B. γ. T. ιβ.

Ἐκ τοῦ κατασοιχείου ἐπιτομὴ τῆς θ. διατάξεως τοῦ ιβ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

ΤΗ πρώτη τῶν πασχαλίων ἡμέρᾳ καὶ μὴ βασιλικῆς ἰδικῆς ἐπὶ τούτῳ καταβαλλούσης κελεύσεως πάντες οἱ ἐν φυλακαῖς ἀπολυέσθωσαν. εἰ μὴ ἄρα ἱερόσυλός ἐστιν ἢ μοιχὸς ἢ παρθένων ἅρπαξ ἢ τυμβορυχὸς ἢ γόης ἢ φαρμακὸς ἢ μονήταν πλαστὴν καταδεξάμενος ἢ φονεὺς ἢ πατροκτόνος ἢ κατὰ βασιλέως ἢ πόλεως μηχανησάμενος.

LIB. III. TIT. XII.

DE FERIIS.

Epitome Conſtit. IX. (*a*) *ex indice Baſilicorum.*

PRimo Paſchali die, etiam ſi non de ea re Imperialis juſſio accedat, omnes, qui in cuſtodiis erant, ſolvantur; niſi ſacrilegus ſit, aut adulter, aut raptor virginum, aut ſepulchri violator, aut impoſtor, aut veneficus, aut falſæ monetæ ſuſceptor, aut cædis, aut parricidii, aut majeſtatis adverſus principem, vel urbem reus.

X. Dies.

Tit. XLIII. De Aleæ luſu, & de Aleatoribus. *Sub hoc titulo duæ Græcæ* (b) *Conſtitutiones deſiderantur: quæ barbare verſæ extant in calce proximi tituli in unius formam connexæ. Prioris verba ſunt hæc:*

Imperator Juſtinianus A. Joanni Præfect. Prætor.

ALearum luſus (*c*) antiqua res eſt, & extra operas pugnantibus (*d*) conceſſa: verum pro tempore prodiit in lacrimas, milia (*e*) extranearum nominationum (*f*) ſuſcipiens. Quidam enim nec ludentes (*g*), nec ſcientes ludum (*h*) nominationum tantum, (*i*) proprias ſubſtantias perdiderunt die, noctuque ludendo argento, apparatu lapidum (*k*), & auro, conſequenter autem ex hac inordinatione blaſphemare conantur, & inſtrumenta conficiunt. Commodis igitur ſubjectorum providere cupientes (*l*) hac generali lege decernimus, ut nulli liceat in publicis, ſeu privatis (*m*) ludere, neque in genere, neque in ſpecie (*n*), & ſi contra factum fuerit; nulla ſequatur condemnatio: ſed ſolutum reddatur, & competentibus actionibus repetatur ab iis, qui dederunt, & eorum heredibus; aut his negligentibus, a Patribus (*o*), ſeu Defenſoribus, eis non (*p*) obſtante demum aliqua temporum, niſi (*q*) quinquaginta annorum (*r*) præſcriptione, Epiſcopis locorum hoc inquirentibus (*s*), & Præſidum auxilio utentibus. Deinceps vero ordinent quinque ludos [tomonobolon, tocondomonobolon, (*t*) Quintanum Contaca, perichyten, & hippicen.] Sed nemini (*u*) permittimus etiam (*x*) his ludere ultra unum ſolidum, & ſi multum dives ſit: ut ſi quem vinci contigerit, caſum gravem non ſuſtineat. Non enim ſolum bella (*y*) bene ordinavimus, (*z*) & res ſacras: (*aa*) ſed iſta; (*bb*) interminantes pœnam tranſgreſſoribus, poteſtatem dando Epiſcopis hoc inquirendi, & auxilio Præſidum ſanandi. (*cc*)

Poſterioris Conſt. verba ſunt hæc.

PRohibemus etiam ne ſint equi lignei. Sed ſi qui (*dd*) ex hac occaſione vicerunt, (*ee*) hoc ipſum recuperetur, (*ff*) domibus eorum publicatis, ubi hæc reperiuntur. Sin autem noluerit recipere is, qui dederit: (*gg*) procurator noſter hæc inquirat, & in opus publicum convertat. Similiter & ju-

[a] *Hanc epitomen cenſeo non eſſe hujus Græcæ Conſt. ſed potius epitomen conſt.* 3. *Latinæ de Epiſc. audiend. quam etiam refert Phot. tit.* 7. *cap.* 1. *Nomocanonis.*

[b] *Epitome harum conſtitutionum extat lib.* 60. *tit.* 8. *cap.* 5. *&* 6. *Baſilicorum. & apud Photium tit.* 13. *cap.* 29. *Nomocanonis.*

[c] Uſus, *alii.* [d] Pugnatoribus, *alii.* [e] Multa milia, *alii.* [f] Nationum, *alii.*

[g] Ludentes, *alii.* [h] Nec ludum ſcientes, *alii elegantius.*

[i] Sed numerationem tantum, *alii rectius: forte*, ſed numerationem tantum.

[k] Lapidibus, *alii.* [l] Proſpicientes, *alii.* [m] Vel privatis domibus, vel locis, *alii plenius.*

[n] Neque inſpicere, *alii.* [o] Ab eorum procuratoribus, vel patribus, *alii.*

[p] Repetit fiſcus non, *alii.* [q] Niſi, *alii.* (r) *Refert Euſtath. tit.* 44. *cap.* 1. *de temporibus.*

[s] Providentibus, *alii.*

[t] *Rejecimus barbara nomina, quæ in aliis libris leguntur*, comonobolon, comodaulon, regindalia, Kempon, & rei puſara, *quorum interpretationem facere multi agreſſi ſunt, potuit nemo. Nos ex Photio ſumpſimus nomina, ex Theodoro Balſamone interpretationem.* [u] Sed nec, *alii.*

(x) Etiam in his, *alii.* (y) Bella ſolummodo, *alii.* (z) Ordinamus, *alii.*

(aa) Sed & res ludicras, *alii.* (bb) Iſtam, *alii.* (cc) Sedandi, *alii.*

(dd) Sed ſi quid, *alii*, & ſi quis. [ee] Vincatur, *alii.* [ff] Ipſe recuperet, *alii.*

(gg) Dedit, *alii.*

judices provideant, ut a perjuriis, & blaſphemiis, quæ eorum inhibitionibus debent puniri, (*a*) homines penitus conquieſcant.

Ἐκ τῶν παρατίτλων τὸ τῆς ἐπιτομῆς μέρος τῆς πρώτης διατάξεως τοῦ. μγ. τίτλου τοῦ. γ. βιβλίου τοῦ κώδικος, ἧς ἡ ἀρχὴ ἡ τῶν κύβων.

Apud Græcos interpretes in paratitlis [b] partem prioris Conſtitutionis reperi in hæc verba.

ΤΗΝ τοῦ κόττου παιγνίαν δύνανται οἱ ἐπίσκοποι ἀναζητεῖν καὶ κωλύειν γενέσθαι.

ALeæ luſum inquirere poſſunt Epiſcopi, & fieri prohibere.

Ἐκ τοῦ τρίτου καὶ δεκάτου τίτλου τοῦ φωτίου ἡ ἐπιτομὴ τῆς αὐτῆς διατάξεως.

Sed & Photius Conſtantinopolitanus Patriarcha in canonum collectione titulo XIII. cap. XXIX. hanc eſſe prioris Conſtitutionis ſententiam ſcribit.

ΟΤΙ ὁ ἡττηθεὶς εἰς κόττον οὐκ ἀπαιτεῖται καὶ καταβαλὼν ἀναλαμβάνει μετὰ διαδόχων ἀπὸ τοῦ νικήσαντος καὶ τῶν κληρονόμων αὐτοῦ διηνεκῶς (1) καὶ πέρε τριακονταέτιας εἰ δὲ μὴ θέλουσιν ἀναλαβεῖν ὁ θέλων καὶ μάλιστα ὁ τῆς πόλεως ἐν ᾗ τοῦτο γέγονε πατὴρ ἢ ἔκδικος ἀπαιτεῖ καὶ δαπανᾷ εἰς (2) ἔργον τῆς πόλεως καὶ ἡ γενομένη ἐπὶ κόττῳ ἀσφάλια ἄκυρος ἐστὶ καὶ ἀποδίδοται. εἰ δὲ καί τις ἐν σχήματι κόττου (3) ἡττήθη θερμίοις ἢ ἑτέρᾳ ὕλῃ οὐκ ἀπαιτεῖται. τῶν ἐπισκόπων ἄδειαν ἐχόντων ταῦτα ζητεῖν βοηθούντων αὐτοῖς τῶν (4) πατέρων καὶ ἀρχόντων καὶ ἐκδίκων. μόνων δὲ παίζειν ἔξεστι (5) (μονόβολον καὶ κοντομονόβολον καὶ κυντανὸν κόντακα χωρὶς τῆς (6) πόρπης καὶ περιχυτὴν καὶ ἱππικὴν) ἄνευ τέχνης καὶ ἐπινοίας καὶ οἱ μὲν σφόδρα πλούσιοι ἑνὸς νομίσματος ἑκάστην σύνθεσιν παίζουσιν οἱ δὲ λοιποὶ πάνυ ἧττονος τὸ δὲ πλέον ἀπαίτησιν οὐκ ἔχει καὶ διδόμενον ἀποδίδοται. προνοοῦσι τούτων οἱ ἄρχοντες δέκα λιτρῶν ποινῆς ἐπικειμένης τοῖς παραβαίνουσιν ἢ συγχωροῦσι παραβαίνεσθαι.

QUI victus eſt alea, non convenitur; ac ſi pecuniam dedit; eam ipſe recuperat, ac ſucceſſores a victore, & ejus perpetuo heredibus poſt triginta quoque annos. Si vero hi repetere eam nolint: tum quicumque velit, ſed præſertim Pater ejus civitatis, vel Defenſor eam recuperat, & in opera urbis impendit. Cautio quoque propter aleam præſtita inutilis eſt, ac reſtituitur. Si quis vero pro teſſeris, lupinis, aut qua alia re utatur: minime convenietur. Habeantque Epiſcopi licentiam hæc inquirendi cum auxilio Præſidum, & Patrum, ac Defenſorum civitatum. Solum vero ludere licet monobolo ſive curſu, contomonibolo ſive ſaltu, Quintano contace, ſive jaculis ſine ferro, perichyte, ſive palæſtra, item equorum curſu ſine fraude, ac dolo. Sed ii, qui locupletiores ſunt, uno nummo aureo in ſingulos jactus depoſito ludere poſſunt. Cæteri multo minoris; plus tamen repetere nequeunt; ac, ſi datum ſit, reſtituitur. Cujus rei Præſides curam gerent; decem librarum auri pœna iis imponenda, qui ea tranſgrediantur, aut tranſgredi patiantur.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ τίτλου ἡ ἐπιτομὴ τῆς δευτέρας διατάξεως τοῦ αὐτοῦ μγ. τίτλου.

Poſteriorem Conſtit. in hanc ſententiam refert.

ΟΤΙ οὔτε τοῖς καλουμένοις ξυλίνοις ἱππικοῖς οὔτε ἄλλῃ κυβείᾳ παίζειν ἔξεστι πλὴν τῶν ἐπιτραπέντων ἐν τῇ προλαβούσῃ διατάξει καὶ οἱ τόποι καθ᾽ οὓς ἐν τοῖς τοιούτοις ἱππικοῖς παίζουσι δημόσιοι γίνονται καὶ τὰ διδόμενα ἀποδίδονται ἢ μὴ βουλομένων ἀναλαβεῖν τῶν δεδωκότων ἀπαιτοῦνται διὰ τοῦ ἐπάρχου καὶ τῶν ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν καὶ προσκυροῦνται τοῖς ἔργοις τῶν πόλεων.

NEque ligneis equis, neque alio genere aleæ ludere licet iis exceptis, quæ ſuperiore conſtitutione permittuntur; loca quoque, in quibus hujuſcemodi equis luditur, publica fiant, & quæ data ſint, repetantur; aut ſi ea nolint repetere, qui ſolverint; per urbis Præfectum, & Præſides provinciarum exigantur, atque addicantur operibus civitatum.

Ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ θεοδώρου τοῦ βαλσαμῶνος.

Horum ludorum (c) interpretationem ex Theodoro Balſamone Photii interprete adſcripſimus.

ΓΙνωσκε δὲ ὅτι μονόβολον λέγεται ὁ δρόμος κοντομονόβολον τὸ πήδημα κυντανὸς κόνταξ χωρὶς τῆς

Scire oportet monobolon, curſum dici, contomonobolon, ſaltum; Quintanus autem contax,

(1) πέρα. (2) ἔργα. (3) ἡττηθῇ.
(4) ἀρχόντων καὶ πατέρων.
(5) μονίβολον καὶ κονδομονίβολον καὶ κυντανὸν καὶ κόνδακα χωρὶς τῆς ὀρπῆς καὶ περιχύτην καὶ ἱππικόν.
(6) πόρτης. & pag. ſeq. v. 1.

[a] Comprimi, *alii.*
[b] *Hæc ſunt lib. 1. tit. 4. Codicis in collectione Græca conſtitutionum eccleſiaſticarum. Videndæ conſtit. 25. & 34. Græcæ de Epiſc. audiend.*
(c) *Vidend. cap. 2. de aleatoribus in Digeſt.*

Si quis certet haſta, vel pilo jacendo, vel currendo, ſaliendo, luctando, pugnando &c.

τῆς πόρπης ὁ ἀκοντισμὸς ἄνευ περόνης ἤτοι σιδήρου ἀποκυΐντου τινὸς οὕτω κληθεὶς περιχυτὴ ἡ πάλη καὶ ἱππικὸν τὸ (1) ἱππόδρομον περὶ δὲ τοῦ ξυλίνου ἱππικοῦ ποτὲ γέγονεν ἀμφιβολία παρὰ τῷ βασιλικῷ βήματι καὶ τινὲς μὲν εἶπον εἶναι τοῦτο τὸ συνήθως παρὰ τῶν παίδων γινόμενον παίγνιον ἔξωθεν τοῦ ἱππικοῦ ἀντὶ ἵππων χρωμένων ἀνθρώποις εἰς διφρηλασίαν. τινὲς δὲ εἶπον εἶναι τοῦτο ξύλινόν τι κατασκεύασμα διὰ κλιμάκων (2) λοξοειδῶν ἀνυψώμενον ἐχουσῶν διὰ μέσου ὀπὰς διαφόρους οἱ γὰρ συνηθηκίζοντες ἐπὶ τῷ τοιούτῳ παιγνίῳ βόλους τέσσαρας ἑτεροβαφεῖς ἄνωθεν τῶν κλιμάκων (3) τιθέμενοι πρὸς τὸ κάταντες ἀπολύουσι καὶ ὁ πρῶτος ἀπὸ τῶν βόλων ἐξερχόμενος διὰ τῶν ὀπῶν ἐκ τῆς τελευταίας ὀπῆς τὴν νικῶσαν δίδωσι τῷ ἔχοντι αὐτὸν ἔοικεν οὖν κἀμοὶ τοῦτο τὸ δεύτερον παίγνιον παρὰ τοῦ νόμου ἀποτρέπεσθαι καὶ κολάζεσθαι ὡς ἔχον αἰτίαν κόττου.

B. δ. T. κ.

Εκ τοῦ κατασοιχείου ἡ ἐπιτομὴ τῆς ι δ.
διατάξεως τοῦ κ. τίτλου τοῦ δ.
βιβλίου τοῦ κώδικος.

ΧΡεία δὲ ἐν τῇ ἀποδείξει μαρτύρων πέντε ἐὰν μὴ ὦσι δικαιώματα πρὸς σύστασιν ἐπιτήδεια. εἰ δὲ εἰσὶ δικαιώματα ἀρκούμεθα τρισὶ μάρτυσιν. εἰ δὲ τὸ δικαίωμα τοιοῦτον ἐστὶν ὥστε αὐτὶ πάντων ἀρκεῖν. ἴσως γὰρ ὑπόμνημα δημόσιον ᾖ, τότε οὐ δεόμεθα μαρτύρων. ἐπιφέρει δὲ καὶ ἕτερον κεφάλαιον ἡ διάταξις τοιοῦτον. Εάν τις ἐν ὑπομνήμασι καὶ ἐν συμβολαίῳ προσμαρτυρήσῃ ἀνάγκην ἐχέτω πᾶσι τρόποις καὶ δίκης ἐπὶ τῷ πράγματι κινουμένης μαρτυρῆσαι, κἂν ἕτερον ἐπιγράφηται. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο εἴπομεν βλάπτεται ὁ δεηθεὶς τῆς αὐτοῦ μαρτυρίας.

Εκ τοῦ αὐτοῦ ἐπιτομὴ τῆς ι ε. διατάξεως
τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Η Διάταξις κελεύει μὴ μόνον ἐν ταῖς ἐγκληματικαῖς δίκαις ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς χρηματικαῖς ἕκαστον ἀναγκάζεσθαι μαρτυρεῖν ἅπερ ἐπίσταται μεθ' ὅρκου δόσεως ἢ ὀμνύειν ὡς οὐκ ἐπίσταται ὑπεξῃρημένων τῶν προσώπων τῶν ἀπὸ νόμου κωλυομένων μαρτυρεῖν καὶ τῶν ἰλλουστρίων καὶ τῶν ὑπερβεβηκότων αὐτοὺς. εἰ μήγε θεῖος γένηται τύπος. καὶ εἰ μὲν ἐνδημοῦσιν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει δι' οἰκείας φωνῆς μαρτυρεῖν. εἰ δὲ ἀπολιμπάνονται στέλλεσθαι τοὺς τῶν μερῶν ἐντολέας ἐφ' ὧν καταθέσθαι ἅπερ ἐπίστανται ἢ ἐπωμόσασθαι ἅπερ ἀγνοοῦσι. δηλονότι καὶ ἐπὶ τῆς ἐν ὑπομνήμασι μαρτυρίας τῶν αὐτῶν προσώπων ὑπεξῃρημένων, (4) πάσας τε τὰς ἐπὶ τούτοις διαλαλίας καὶ τὰς παραγωγὰς ἀζημίους εἶναι τοῖς μάρτυσιν.

B.

(1) ἱπποδρόμιον.
(2) ξυλοειδῶν.
(3) τιθέμενοι.
(4) πάσας δὲ.

tax, jaculationem ſignificat ſine ferro, quod jaculis additur; ita a Quinto quodam appellatam; perichyte, palæſtra eſt; hippicon vero equorum curſus: de equis ligneis magna fuit dubitatio apud auditorium principis. Erant enim, qui dicerent, eſſe Ludi genus pueris uſitatum, non equeſtre, ſed cum pro equis hominibus uterentur, ac veherentur. Alii machinam quandam eſſe dicebant ligneam ſcalis quibuſdam obliquis erectam, quæ varia intus foramina haberent. Et qui ad eum ludum conſiderent, quattuor calculos colore varios ex ſuperiore parte ſcalarum ponentes, inde in inferiorem partem demittebant: is vero calculus, qui primum per extremum foramen exiret, victoriam ei, cujus fuerat, parabat. Itaque mihi etiam placet, poſteriorem hunc ludum a lege adjecta pœna prohibitum fuiſſe; quod aleæ ſpeciem habere videretur.

LIB. IV. TIT. XX.

DE TESTIBUS.

I. Conſtitutio Græca deſideratur.

II. Si Tibi.

Epitome Conſtit. XIIII. ex indice Baſilicorum.

IN probationibus quinque teſtibus opus eſt: niſi adſint inſtrumenta ad rem oportuna. Si vero ea adſint; tribus teſtibus contenti ſumus. Quod ſi inſtrumentum tale eſt, ut pro omnibus ſufficiat; forte enim publicum monumentum eſt: tunc teſtibus non indigemus. (*alio capite*) Si quis in monumento, aut contractu teſtis fuit: cogatur modis omnibus, ſi cauſa de eadem re mota ſit, teſtimonium ferre; quamvis alterius fori præſcriptionem alleget. Nam, ſi hoc non dicamus, qui ejus teſtimonio indiget, damnum accipiet.

Epitome Conſtit. XV. (*a*) *ex eodem indice.*

HÆC conſtitutio jubet; ut non ſolum in criminalibus cauſis, ſed etiam in civilibus quilibet teſtimonium ferre de iis, rebus, quæ novit, ſacramento præſtito cogatur; aut juret ſe nihil eorum ſcire, illis exceptis perſonis, quæ jure prohibentur, atque etiam illuſtribus, & qui ſupra eos ſunt, niſi de ea re, ſacra forma fiat. Et, ſi in Regia urbe conſiſtunt, ipſi dicant teſtimonium: ſi vero abſint; mittantur partium procuratores, coram quibus deponant, quæ noverint, aut jurent ſe de hiis nihil ſcire. Sed certe neque in hoc perſonarum exceptarum teſtimonio in ſcriptis redigendo, neque in aliis depoſitionibus teſtium, & comparitionibus quicquam damni teſtes patiantur.

XVI. Si quis Teſtibus.

Ee 2 LIB.

(a) *Refert Joſeph. Tenedius in Prochiro ordine litterarum littera* A.

UNED

B. δ. T. κα.

Ἐκ τῆς διατάξεως δ. τοῦ τίτλου λθ. τοῦ ια. βιβλίου τοῦ κώδικος τοῦ θεοδωσίου ἤ ιϛ. διάταξις τοῦ κα. τίτλου τοῦ δ. βιβλίου τοῦ κώδικος.

Τηνικαῦτα γραμμάτια μεγάλην ἰσχὺν ἔχει ὅταν περὶ αὐτῶν τῶν γραμματίων μὴ ἀμφισβήτησις ἐξ ἄλλων ὤφειλε βεβαιοῦσθαι.

Ἐκ τοῦ κατάστοιχεῖον ἡ ἐπιτομὴ τῆς κβ. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Ἐὰν τις ἀπαιτούμενος ἐν δικαστηρίῳ παραγαγεῖν (1) δικαιώματα οὐ καθ' ἑαυτοῦ ἀλλὰ καθ' ἑτέρου τινὸς (2) συμβαλλόμενα ἑτέρῳ παραιτεῖται τοῦτο παραγαγεῖν, ὡς (3) ἐκ τοῦ βλάβην (4) ἀναλαβόμενος ὁ δὲ ἀπαιτῶν τὸν (5) χάρτον (6) προσενεχθῆναι λέγει μηδὲν αὐτὸν ἀδικεῖσθαι, ἀλλ' ἢ χρήματα εἰληφέναι παρὰ τῶν μελλόντων ἐλέγχεσθαι ὑπὸ τοῦ προσφερομένου δικαιώματος ἢ ἑτέραν τινὰ προβάλλεσθαι πρόφασιν. ἑαυτὸν δὲ μεγάλα βλάπτεσθαι μὴ προσφερομένου τοῦ δικαιώματος. βούλεται μὲν ἡ διάταξις τὸν ἔχοντα τὸ δικαίωμα (7) προσφέρειν αὐτὸ, εἰ μηδὲν ἐκ τῆς προκομιδῆς αὐτοῦ μέλλει καταβλάπτεσθαι. εἰ δὲ τῇ ἀληθείᾳ βλάβην αὐτῷ (8) ποιεῖ προσφερόμενον τὸ δικαίωμα, μὴ ἀναγκάζεσθαι αὐτὸν προκομίζειν αὐτὸ, ἐπειδὴ συμφέρει αὐτῷ μᾶλλον κρύπτειν ἢ δημοσιεύειν αὐτό. εἰ δὲ ὁ τοῦ συμβολαίου δεόμενος διαβεβαιοῦται μηδὲν αὐτὸν ἀδικεῖσθαι, ὅρκον διδότω μόνον ὡς νομίζων βλάβην (9) περὶ τὴν ἰδίαν πίστιν ὑπομένειν ἐκ τῆς τοῦ συμβολαίου προκομιδῆς (10) διὰ τοῦτο παραιτεῖται προκομίσαι. ἵνα δὲ μὴ αὐτὸ τοῦτο τὸ μὴ κερδαίνειν τὰ ἐπαγγελθέντα αὐτῷ πρὸς τὸ μὴ (11) προκομίσαι τὸν (12) χάρτον βλάβην οἰκείαν (13) νομίζει, περιεργότερον, παρεχέτω (14) τὸν ὅρκον λέγων ὅτι διὰ τὸ λαβεῖν χρήματα ἢ ἕτερον τι διὰ τὸ μὴ προκομίσαι τὸν χάρτον ἢ διὰ τὸ ἔχειν ἐπαγγελείαν δόσεως (15) οὔτε διὰ φόβον ἐκείνου καθ' οὗ ζητεῖται τὸ δικαίωμα, (16) οὔτε διὰ τὴν φιλίαν αὐτοῦ παραιτεῖται τὴν τοῦ χάρτου προκομιδήν. ἀλλ' (17) ὡς ἐξ ὀρθοῦ περὶ τὴν ἰδίαν οὐσίαν μεγάλα βλαπτόμενος. ὥσπερ γὰρ ὁ νομιζόμενος εἰδέναι τὸ ἀληθὲς περί τινος ὑποθέσεως ἀναγκάζεται καὶ ἄκων πρὸς μαρτυρίαν καὶ οὐδὲ ἐπαγγελείαν ἔχει χρημάτων ὑπὲρ τοῦ μὴ μαρτυρῆσαι οὐδὲ εἰ κατὰ φίλων ἕλκεται πρὸς μαρτυρίαν παραιτεῖται τὴν μαρτυρίαν, οὕτως οὐδὲ ὁ συμβόλαιον ἀπαιτούμενος προσενεγκεῖν οὔτε διὰ τὸ εἰληφέναι τι ἢ ἐλπίζειν λαμβάνειν οὔτε διὰ τοῦ μέλλοντος ἐκ τοῦ συμβολαίου βλάπτεσθαι τὴν φιλίαν δύναται τὴν προκομιδὴν αὐτοῦ παραιτεῖσθαι. ἀλλ' εἰ μέν τις ἐπομόσηται μὴ ἔχειν τὸ ζήτουμενον δι-

καί

(1) δικαίωμα. (2) συμβαλλόμενον δέ.
(3) ἐκ τούτου. (4) ἀναλαβόμενος. (5) χάρτην.
(6) προενεχθῆναι. (7) προφέρειν.
(8) ποιῇ. (9) παρά. (10) καὶ διά.
(11) κομίσαι. (12) χάρτην. & verſ. 37.
(13) νομίζῃ. (14) ὅρκον. (15) οὔτε διὰ τὴν φιλανθρωπίαν αὐτοῦ οὔτε διά.
(16) Deſunt quibuſdam. (17) ἐξ.

LIB. IV. TIT. XXI.

DE FIDE INSTRUMENTORUM.

Conſtit. XVI. (a) ex lib. XI. Cod. Theodoſ.

IMP. Julianus Aug. dixit. Talia inſtrumenta tum magnum robur habent: cum in cauſa fides eorum ex aliis firmanda non eſt.

Epitome XXII. (b) Conſtit. ex indice Baſilicorum.

SI quis urgeatur in judicio exhibere inſtrumenta non contra ſe, ſed contra alium quemvis, quæ utilia ſint alii, ac ſe excuſet, quod vereatur damnum inde pati: is vero, qui inſtrumentum petat exhiberi, dicat eum non damnum paſſurum, ſed potius pecunias accepiſſe ab eis quos impetit, ne inſtrumentum exhibeat, aut alia qualibet ratione ſe excuſare; ſe vero maxime lædi, ſi non producatur: jubet hæc Conſtitutio; ut is, qui habet inſtrumenta, ea proferat, ſi nihil is ex ea productione damni paſſurus eſt. Si vero re vera lædatur ex editione inſtrumenti; non cogatur exhibere: cum utilius ſit ei occultare id potius, quam edere. Quod ſi is, qui indiget inſtrumento, confirmaverit, nihil eum læſum iri: alter ſacramentum præbeat, ſe exiſtimare damnum pati juxta fidem ſuam, ſi inſtrumentum exhibeat; ideoque ſe excuſare ab exhibitione. Ne vero hoc ipſum credatur eſſe ſua læſio, quod lucrum conſequatur ab alio, ne exhibeat; diligentius jusjurandum præſtet, ſe neque ſperare pecuniam, aliudve quicquam pro non productione inſtrumenti, neque habere promiſſionem de ea re, neque ob timorem illius, adverſus quem petatur inſtrumentum, neque ob ejus amicitiam, recuſare exhibitionem: ſed quod recta via in ſuis facultatibus multum lædatur. Ut enim is, qui putat ſe ſcire de aliqua re, cogitur etiam invitus teſtimonium dicere; neque ſi ei pecunia promiſſa ſit, ne dicat; aut contra amicum veniat ad ferendum teſtimonium, excuſatur: ita neque is, qui inſtrumentum exhibere petatur, ſive quod aliquid ceperit; ſive quod aliquid ſperet accipere, ſive propter amicitiam ejus, qui ex inſtrumento læditur; poteſt ſe ab exhibitione excuſare. At ſi quis juret ſe non habere inſtrumentum, quod petatur: nullo modo cogen-

gen-

[a] *In lib. 11. tit. 39. conſtit. 5. Codicis Theodoſiani ita ſcriptum eſt:* Pars actorum habitorum apud Imp. Julianum Aug. Mamertino, & Nevitta Coſſ. X. Kal. April. C. P. in conſiſtorio, adſtante Jovio viro clariſſ. Quæſtore, Anatolio Magiſtro officiorum, Felice Comite ſacrarum largitionum &c. Imp. Julianus Auguſt. dixit.

[b] *Refert Joſeph. Tenedius in Prochiro littera* A.

καίωμα μηδὲ ὅλως ἀναγκάζεσθαι προσφέρειν ὅπερ μὴ ἔχει. εἰ δ' οὐκ ἀνέχεται τὸν τοιοῦτον ὅρκον ὑποσχεῖν, πάντως ἀναγκάζεται προσφέρειν τὸ τοιοῦτο δικαίωμα. εἰ δὲ ἑαυτὸν ἀποκρύψει ὡς μήτε ὀμόσαι, μήτε προσαγαγεῖν τὸ δικαίωμα βουλόμενος, πᾶσαν τὴν ἐκ τούτου συμβησομένην ζημίαν τῷ δεομένῳ τοῦ δικαιώματος οἴκοθεν καταβαλλέτω, τῶν αὐτῶν κρατούντων καὶ εἰς τὰ ἀργυροπρατικὰ βρεβεῖα ἢ τὰ παρ' ἑτέρων τινῶν συμπραττόμενα ἅπερ τις ἐπιζητεῖ προκομισθῆναι οὐ κατὰ τῶν τὰς πυκτὰς ταύτας συντεθεικότων, ἀλλὰ καθ' ἑτέρων τινῶν. ἐκεῖνοι δὲ ἀναγκάζεσθαι προσφέρειν πυκτὰς ἢ δικαιώματα οἱ καὶ μαρτυρεῖν κατά τινος ἀναγκαζόμενοι· καθ' ὧν γὰρ προσώπων ἄκων τις οὐ μαρτυρεῖ κατὰ τούτων οὔτε προκομίζειν πυκτὴν ἢ δικαιώματα ἢ ἕτερον τι τοιοῦτο ἀναγκάζεται. πρόδηλοι δὲ εἰσὶν ἐκ τῶν νόμων οἱ μὴ ἀναγκαζόμενοι κατά τινων μαρτυρεῖν ἄκοντες, καὶ ἐκεῖνοι καθ' ὧν οὐκ ἀναγκάζονται τινὲς μαρτυρεῖν. οὐδενὶ δὲ ἔξεστιν ἄλλως ἀναγκάζειν προσφέρεσθαι δικαιώματα εἰ μὴ ἐν αὐτῷ τῷ δικαστηρίῳ παρ' ᾧ κινεῖται ἡ ὑπόθεσις, τότε δὲ ἀναλώμασι τοῦ ζητοῦντος γίνεσθαι τὴν προκομιδὴν τῆς πυκτῆς τῶν δικαιωμάτων, χρὴ δὲ γίνεσθαι καὶ τὴν ἐμφάνειαν αὐτῶν πρὸς ἅπαξ μόνον. εἰ δὲ ἅπαξ προκομισθέντος τοῦ συμβολαίου ἐπιζητεῖ καὶ δεύτερον γενέσθαι τὴν προκομιδὴν αὐτοῦ ὁ τούτου δεόμενος εἰ εὔλογον φανείη τῷ δικαστῇ καὶ δεύτερον προσενεχθῆναι τὸν χάρτον. ὁ δὲ προκομίσας αὐτὸν ἤδη παραιτεῖται ἀπαρνούμενος τὴν δευτέραν προκομιδὴν λέγων ἀπολωλέναι τὸν χάρτον ἢ ἄλλως πῶς μὴ ἔχων εὐχέρειαν τῆς τούτου προκομιδῆς, ὅρκῳ μόνῳ τοῦτο αὐτὸς πιστούσθω, καὶ μηκέτι ἀναγκαζέσθω προσφέρειν αὐτό. τούτων κρατούντων οὐ μόνον ἐν τῇ βασιλίδι πόλει, ἀλλὰ καὶ ἐν πάσῃ πολιτείᾳ.

gendus eſt id exhibere quod non habet. Si vero renuat id ſacramentum præſtare, aut ſi ſe occultet, ne juret aut, ne exhibeat: omne damnum, quod ex eo ei, qui indiget inſtrumento, obveniet, de ſuo reſtituat. Hæc omnia obtineant tam in argentariorum ſcripturis, quam in aliis aliorum contractibus, quæ quis exhiberi petat; non ſolum contra eos, qui ea composuerunt, ſed etiam contra alios quosvis. Illi autem cogantur exhibere ſcripturas, aut inſtrumenta; qui dicere teſtimonium adverſus aliquem coguntur. Nam adverſus eas perſonas, adverſus quas quis non dicit teſtimonium invitus; nec proferre ſcripturas, aut inſtrumenta, aut alias res cogetur. Certæ autem ſunt perſonæ in jure; quæ non coguntur invitæ adverſus quaſdam alias dicere teſtimonium: & aliæ, adverſus quas dicere non coguntur. Nemini autem liceat alibi cogere inſtrumenta exhiberi, quam in ſuo judicio, ubi controverſia agitatur; tunc vero ſumptibus petentis fieri eorum exhibitionem. Fieri quoque debet ea exhibitio ſemel tantum. Si vero facta ſemel editione inſtrumenti, petat eam iterum fieri, qui eo indiget; ſi id judici æquum videatur, iterum exhibeatur inſtrumentum. Quod ſi is [a], qui jam exhibuit, ſe excuſans neget ſe poſſe iterum id exhibere, vel quia ſcriptura deperdita ſit, aut aliqua alia ratione non habeat facultatem eam exhibendi; ſacramento ſuo fides ei adhibeatur; neque amplius cogatur id inſtrumentum exhibere. Hæc autem locum habeant non ſolum in urbe Regia, ſed etiam in aliis locis reipublicæ.

Sub titulo XXIV. De Actione Pigneraticia *Haloander notat deeſſe I. Græcam Severi, & Antonini Conſtitutionem ad Metrodorum propoſitam, Idib. Octob. Apro & Maximo Coſſ.*

Sud titulo XXXIII. De Nautico Fœnore *prima quoque deeſſe dicitur in veteri quodam Romano libro, niſi forte ultima ſit proximi tituli* De uſuris.

II. Trajectitiam.

III. Cum dicas *& cateræ.*

B. ε. Τ. α.

Εκ τοῦ κατὰ στοιχεῖον ἡ ἐπιτομὴ τῆς. ϛ. διατάξεως τοῦ α. τίτλου τοῦ. ε. βιβλίου τοῦ κώδικος.

LIB. V. TIT. I.

DE SPONSALIBUS, ET ARRIS SPONSALICIIS, ET PROXENETICIS.

Deſideratur vel ab ipſo Accurſio conſtitutio, quæ de proxeneticis diſpoſuerit. Cum itaque a nobis quintam a Græcis referri inventum ſit, quam nos quoque eodem numero habemus; ſextam (b) *deſiderari credidimus. Cujus fortaſſe ea ſententia eſt, quam in indice ordine litterarum, & apud Harmenopolum lib. IV. titulo III. reperimus.*

Ἡ Διάταξις βούλεται τὸν προξενοῦντα γάμον μάλιστα μὲν μηδὲν λαμβάνειν εἰ δὲ ὅλως ἀνέχεται λαβεῖν (1) εἴγε μηδὲν συνεφώνησε περὶ τούτου μηδὲν ὅλως λαμβάνειν. (2) εἰ δὲ συνεφώνησε, μὴ ὑπὲρ τὴν. κ. μοῖραν τῆς προικὸς καὶ τῆς (3) προγάμου δορεᾶς ἐπιζητεῖν δὲ ἐὰν ἡ προὶξ ἔχει διακοσίας λίτρας, λίτρας δέκα χρυσίου. ἔλαττον δὲ εἰ βούλεται λαβεῖν ἐπιτρέ-

πει

Conſtitutio eſt, quæ jubet, ut nuptiarum proxeneta, ſi fieri poſſit, omni munere abſtineat; modo non aliquam conventionem inierit. At ſi quid pactus ſit; non amplius viceſima dotis, aut donationis propter nuptias petere poſſit: ut ſi dos ducentarum librarum auri ſit, decem libras exigat. Minus autem, ſi velit accipere per-

mit-

(1) εἰμὲν. (2) εἰ δὲ καὶ Harmenop.
(3) προγαμιαίας Harmenop.

(a) *Vidend. conſt. 21. ſub hoc titulo, cujus initum* Cum quis.

(b) *De proxeneticis vide lib.* 50. *tit.* 14. *Digeſt. Refert ſententiam huius Conſtit. Prochiron trium Imperator. tit.* 3. *cap.* 4. *& Joſeph. Tenedius littera* Γ.

UNED

πει αὐτόν. εἰ δὲ καὶ ὅσης δήποτε ποσότητος ἡ προὶξ ἐστὶ περετέρω τῶν δέκα λιτρῶν τοῦ χρυσίου, οὐκ ἐπιτρέπει τῷ προξενητῇ λαμβάνειν.

B. ε. T. δ.

Ἐκ τῶν παρατίτλων μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς. κ. θ. διατάξεως τοῦ. δ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου. ἧς ἡ ἀρχὴ πάσης.

Ἡ σκηνικὴ ἀνεθῆναι βουλομένη καὶ παρὰ τοῦ ἄρχοντος κωλυομένη δύναται προσεῖναι τῷ ἐπισκόπῳ, ἵνα προνοίᾳ αὐτοῦ ἐπὶ τὸν σεμνὸν καὶ σώφρονα βίον μετέλθῃ.

B. ε. T. θ.

Ἐκ τῶν παρατίτλων μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς ι α. διατάξεως τοῦ θ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου τοῦ κώδικος.

Ὁ δευτερογαμήσας τὰ ἐκ τοῦ πρώτου γάμου κέρδη τῶν αὐτοῦ παίδων προτελευτησάντων, ἐχέτω καὶ ἐκδικείτω παρὰ τῶν ἐχόντων.

B. ε. T. ι ζ.

Ἐκ τοῦ κεφαλαίου ι δ, τοῦ τίτλου ζ. τοῦ κ η. βιβλίου τῶν βασιλικῶν ἡ ἐπιτομὴ τῆς ι β. διατάξεως τοῦ ι ζ. τίτλου τοῦ. ε. βιβλίου τοῦ κώδικος.

Πολλάκις ὑπεξούσιοι παῖδες μετὰ τῶν ἰδίων γαμετῶν τὰ πρὸς βλάβην τῶν οἰκείων πατέρων μηχανόμενοι ῥεπούδιον ἔπεμπον αὐταῖς μηδεμίαν ἔχοντες εὔλογον αἰτίαν ὥστε τοὺς πατέρας αὐτῶν ἀπαιτεῖσθαι. καὶ τὴν προῖκα ἣν ὑποδέξαντο καὶ τὴν πρὸ γάμου δωρεὰν, ἣν ὑπὲρ αὐτῶν ἐποιήσαντο. ἔμενον δὲ αὐτοὶ καὶ λυθέντος δῆθεν τοῦ γάμου ταῖς οἰκείαις γαμεταῖς συνόντες λαθρέως. ὅθεν ἡ παροῦσα διάταξις βούλεται μήτε ὑπεξουσίους παῖδας μήτε αὐτεξουσίους μήτε ἄρρενας μήτε θηλείας δύνασθαι διαλύειν τοὺς οἰκείους γάμους (1) εἰς βλάβην τῶν οἰκείων πατέρων ἢ μητέρων τὰς τῶν προῖκας ἢ τὰς προγαμιαίας δωρεὰς ἐπιδεδωκότων ἢ ὑποδεξαμένων, ἀλλ' ὥσπερ ἐν τῇ συστάσει τοῦ γάμου περιμένομεν τὴν τῶν πατέρων συναίνεσιν οὕτως μὴ διαλύεσθαι τοὺς γάμους τῶν παίδων παραγνώμην αὐτῶν. εἰ δὲ καὶ πεμφθῇ παραγνώμην τῶν γονέων διαζύγιον μὴ ἁρμόζειν κατ' αὐτῶν τὴν τῆς προικὸς ἢ τῆς προγάμου δωρεᾶς ἀπαίτησιν εἰ καὶ αὐτοὶ ἐπιδεδώκασι ταῦτα ἢ ὑπεδέξαντο ἀλλ' αὐτὸν τὸν υἱὸν ἢ τὴν θυγατέρα τοὺς πέμψαντας ἀλόγως τὸ διαζύγιον ὑποκεῖσθαι τῇ τοιαύτῃ μεθοδείᾳ. ἄτοπον γάρ ἐστι τὸν μὲν πατέρα παρὰ γνώμην τοῦ υἱοῦ μὴ δύνα-

(1) ἐπὶ περιγραφῇ τῶν ἰδίων γονέων.

mittitur. Si vero dos cujuſcumque majoris quantitatis ſit; non amplius decem libri auri proxeneta accipiat.

LIB. V. TIT. VI.

DE NUPTIIS.

In Græcis paratitlis refertur pars ſententiæ XXIX. [*a*] *conſtitutionis, cujus initium eſt* Omnis; *ſed totius conſtitutionis ſententia refertur conſtitut. Græca XXXIII.* De Epiſcopali audientia.

Scenica, quæ ab eo genere vitæ liberari deſiderat, & ab aliquo magiſtratu prohibetur, referat Epiſcopo, ut ejus providentia ad caſtam, honeſtamque vitam revertatur.

LIB. V. TIT. IX.

DE SECUNDIS NUPTIIS.

Ex eiſdem paratitlis XI. [*b*] *conſtitutionis ſententiæ pars eſt.*

IS qui ſecundas nuptias contrahit, lucra prioris matrimonii propter mortem liberorum habebit; & ab iis, qui ea poſſidebunt, vindicabit.

LIB. V. TIT. XVII.

DE REPUDIIS.

Epitome Conſtit. XII. (c) ex lib. XXVIII. Baſilicorum.

SÆpe liberi, qui ſub patria poteſtate ſunt, cum ſuis conjugibus in damnum ſuorum parentum machinantur, repudium eis mittentes nulla juſta cauſa moti; ſed ut parentes reſtituant & dotem, quam acceperunt, & donationem ante nuptias, quam pro eis fecerunt; ipſi vero permaneant fortaſſe etiam ſoluto matrimonio clam ſuis conjugibus adhærentes. Quamobrem jubet hæc conſtitutio; ut neque liberi, qui ſub patria poteſtate ſunt; neque ii, qui ſui juris ſunt tam maſculi, quam feminæ, poſſint diſſolvere matrimonium cum damno ſuorum patris, vel matris, qui dotes, vel donationes ante nuptias dederunt, aut ſuſceperunt. Sed, ut in conſtitutione matrimonii expectamus patrum conſenſum: ita non diſſolvantur liberorum nuptiæ ſine eorum voluntate. Si vero repudium quoque miſſum ſit ſine eorum licentia: non competat in eos dotis, aut ante nuptias donationis repetitio, ſive ipſi ea dederint, ſive ſuſceperint. Sed ipſe filius, aut filia, qui repudium ſine cauſa miſerunt, huic fraudi ſubiiciatur. Abſurdum enim eſt, ut pater ſine filii volunta-

(a) *Ex paratitlis lib.* 1. *tit.* 3. *&* 4. *Codicis in collectione conſtitutionum eccleſiaſticarum.*

(b) *Refertur, ut opinor, Nov.* 2. *Auth. de non eligendo ſecundo nub. coll.* 1.

(c) *Ex lib.* 28. *tit.* 7. *cap.* 14. *Baſilicor. Refert. Nov.* 22. *cap.* 8. *vide Prochiron trium Imperat. tit.* 4. *cap.* 20. *&* *Harmenop. lib.* 4. *tit.* 4. *Prochiri.*

UNED

νασθαι λύειν τὸν γάμον τοῖς δὲ παισὶν ἐπιτετράφθαι ἴσως καὶ ἐλάττοσι τῶν κε. ἐνιαυτῶν ὑπάρχουσι καὶ μὴ δὲ τὸ συμφέρον ἐπισταμένοις ἢ κακίστῃ γνώμῃ περὶ τοὺς γονέας κεχρημένοις λύειν παραγνώμην αὐτῶν τὸν ἴδιον γάμον.

tate nequeat diſſolvere matrimonium; liberis vero permittatur, minoribus fortaſſe XXV. annis, & qui ignorant, quid ipſis utile ſit, aut qui malo animo erga parentes utantur, ut ſine eorum voluntate ſua matrimonia dirimant.

Lib. VI. Tit. III. De Bonis Libertorum, & Jure Patronatus *IV. Conſtitutio Græca, vel Accurſio teſte, deſideratur; ejus ſententia ab Juſtiniano lib. III. inſtitutionum* [a] *refertur in hæc verba:*

NOſtra conſtitutio, quam pro omni natione, Græca lingua compendioſo tractatu habito compoſuimus, ita hujuſmodi cauſam definivit; ut ſiquidem libertus, vel liberta minores centenariis ſint, id eſt minus centum aureis habeant ſubſtantiam, ſic enim legis Papiæ ſummam interpretati ſumus: ut pro mille ſeſtertiis unus aureus computetur; nullum locum habeat patronus in eorum ſucceſſione; ſi tamen teſtamentum fecerint. Sin autem inteſtati deceſſerint nullo liberorum relicto: tunc patronatus jus, quod erat ex lege XII. Tabularum, integrum reſervavit. Cum vero majores centenariis ſint, ſi heredes, vel bonorum poſſeſſores liberos habeant, ſive unum, ſive plures, cujuſcumque ſexus, vel gradus; ad eos ſucceſſiones parentum deduximus, patronis omnibus modis una cum ſua progenie ſemotis. Sin autem ſine liberis deceſſerint: ſi quidem inteſtati, ad omnem hereditatem patronos, patronaſque vocavimus. Si vero teſtamentum quidem fecerint, patronos autem, aut patronas præterierint, cum nullos liberos haberent, vel habentes eos exheredaverint; vel mater, ſive avus maternus eos præterierint, ita quod non poſſint argui inofficioſa eorum teſtamenta: tunc ex noſtra conſtitutione per bonorum poſſeſſionem contra tabulas non dimidiam, ut antea, ſed tertiam partem bonorum liberti conſequantur: vel quod deeſt eis, ex conſtitutione noſtra repleatur, ſi quando minus tertia parte bonorum ſuorum libertus, vel liberta eis reliquerit; ita ſine onere, ut nec liberis liberti, libertæve ex ea parte legata, vel fideicommiſſa præſtentur; ſed ad coheredes eorum hoc onus redundet, multis aliis caſibus a nobis in præfata conſtitutione congregatis, quos neceſſarios eſſe ad hujuſmodi diſpoſitionem juris perſpeximus: ut tam patroni, patronæque, quam liberi eorum, nec non qui ex tranſverſo latere veniunt, uſque ad quintum gradum ad ſucceſſionem libertorum, libertarumve vocentur, ſicut ex ea conſtitutione intelligendum eſt; & ſi ejuſdem patroni, vel patronæ, vel duorum, duarumque, pluriumve liberi ſint, qui proximior eſt, ad liberti, vel libertæ vocetur ſucceſſionem; & in capita, non in ſtirpes dividatur ſucceſſio: eodem modo & in iis, qui ex tranſverſo latere veniunt, ſervando pene enim conſonantia jura ingenuitatis, & libertinitatis in ſucceſſionibus fecimus.

Et alio loco. (*b*)

CUmque antea fuerat ſeptimo loco bonorum poſſeſſio tamquam ex familia, & octavo unde patroni, patronæque & parentes eorum, utramque per conſtitutionem noſtram, quam de jure patronatus fecimus, penitus evacuavimus. Cum enim ad ſimilitudinem ſucceſſionis ingenuorum libertinorum ſucceſſiones poſuimus, quas uſque ad quintum gradum tantummodo coartavimus; ut ſit aliqua inter ingenuos, & libertinos differentia, ſufficit eis tam contra tabulas bonorum poſſeſſio, quam unde legitimi, & unde cognati; ex quibus poſſunt ſua jura vindicare, omni ſcrupuloſitate & inextricabili errore iſtarum duarum poſſeſſionum reſoluta.

Idem eodem libro. (*c*)

NOS nihil perfectiſſimo juri deeſſe cupientes noſtra conſtitutione, quam de jure patronatus humanitate ſuggerente protulimus, ſancimus ſucceſſionem in adgnatorum hereditatibus non eſſe eis denegandam: cum ſatis abſurdum erat, quod cognatis a Prætore apertum eſt, hoc adgnatis eſſe recluſum: maxime cum in onere quidem tutelarum, & primo gradu deficiente ſequens ſuccedit; & quod in onere obtinebat, non erat in lucro permiſſum.

Et poſtea. (*d*)

SED noſtra conſtitutione, quam pro jure patronatus fecimus, quod jus uſque ad noſtra tempora ſatis obſcurum, atque nube plenum, & undique confuſum fuerat; & hoc humanitate ſuggerente conceſſimus; ut ſi quis in ſervili conſtitutus conſortio, liberum, vel liberos habuerit, ſive ex libera, ſive

[a] §. Sed noſtra. *De ſucceſſ. libertor.*
[b] *De bonorum poſſeſſ.* §. Cumque antea.
[c] §. Placebat. *De legit. adgn. ſucceſſ.*
[d] *De ſervili cognat. in princ.*

UNED

ſive ex ſervilis condicionis muliere; vel contra ſerva mulier ex libero, vel ſervo habuerit liberos cujuſcumque ſexus; & ad libertatem his pervenientibus ii, qui ex ſervili ventre nati ſunt, libertatem meruerint; vel dum mulieres liberæ erant, ipſi in ſervitute eos habuerint, & poſtea ad libertatem pervenerint; ut hi omnes ad ſucceſſionem patris, vel matris veniant, patronatus jure in hac parte ſopito. Hos enim liberos non ſolum in ſuorum parentum ſucceſſionem, ſed etiam alterum in alterius ſucceſſionem mutuam vocavimus ex illa lege ſpecialiter eos vocantes: ſive ſoli inveniantur, qui in ſervitute nati, & poſtea manu miſſi ſunt; ſive una cum aliis, qui poſt libertatem parentum concepti ſunt: ſive ex eodem patre, ſive ex eadem matre, ſive ex aliis nuptiis ad ſimilitudinem eorum, qui ex juſtis nuptiis procreati ſunt.

Ἐκ τῶν παρατίτλων τὸ τῆς ἐπιτομῆς μέρος τῆς δ. διατάξεως τοῦ δ. τίτλου τοῦ ϛ. βιβλίου τοῦ κώδικος.

Ὅτι ἡ τῷ δεσπότῃ μέχρι τελευτῆς αὐτοῦ (1) παλλακευθῆσα μὴ ἔχοντι γαμετὴν νόμιμον ἁρπάζεται μετὰ τῶν παίδων αὐτῆς εἰς ἐλευθερίαν καὶ λαμβάνει τὸ πεκούλιον ὅπερ εἶχεν ἐν τῷ τελευτᾷν τὸν δεσπότην πρὸς τὸ νόμιμον μέτρον καὶ οὐκ ἔχουσι κατ' αὐτῆς πατρωνικὸν δίκαιον οἱ παῖδες ἢ οἱ κληρονόμοι ἢ οἱ συγγενεῖς τοῦ τελευτήσαντος.

In paratitlis [a] quoque reperitur hæc ſententia.

QUÆ Domini ſui uſque ad ipſius mortem concubina fuit, cum legitimam uxorem non haberet; cum liberis ſuis in libertatem vindicatur; & peculium, quod habuit tum, cum dominus mortuus eſt, præter legitimam quantitatem retinet, neque habent adverſus eam defuncti liberi, aut heredes, aut cognati jus patronatus.

Ἐκ τοῦ κατὰ στοιχεῖον μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς αὐτῆς διατάξεως.

Ὅτι εἰ μὲν ἐλάττονα τῶν ρ. νομισμάτων ἔχοιεν περιουσίαν, οἱ ἀπελεύθεροι οὐ περιεργάζονται. ἀλλὰ διατίθενται ὡς ἂν βουληθῶσιν. ἀδιαθέτων δὲ καὶ απαίδων αὐτῶν τελευτώντων, κληρονομοῦσιν οἱ πάτρωνες. τῶν δὲ ὑπὲρ τὰ ρ. νομίσματα ἐχόντων οὐσίαν, εἰ μὲν εἴησαν παῖδες ἢ ἔκγονοι, ἢ προέκγονοι, ἢ ἀπέκγονοι, αὐτοὶ καλοῦνται πρὸς τὴν διαδοχὴν ἀπαίδων δὲ ὄντων αὐτῶν, καὶ ἀδιαθέτων καλοῦνται οἱ πάτρωνες. εἰ δὲ διάθωνται ἄπαιδες ὄντες οἱ ἀπελεύθεροι, ἀνάγκην ἐχέτωσαν τὸ τρίτον τῆς περιουσίας αὐτῶν, καταλιμπάνειν τοῖς πάτρωσι. καλοῦνται δὲ, πρὸς μὲν τὴν ἐξ ἀδιαθέτου κληρονομίαν ὅιτε κατιόντες τοῦ πάτρωνος, καὶ οἱ ἐκ πλαγίου δηλονότι κατιόντων μὴ ὄντων μέχρι πέμπτου βαθμοῦ, πρὸς μὲν τὴν μέμψιν τῆς διαθήκης τοῦ ἀπελευθέρου μόνοι οἱ πάτρωνες καὶ παῖδες αὐτῶν καὶ ἔκγονοι ἕως πέμπτου βαθμοῦ μόνον. οἱ δὲ ἐκ πλαγίου οὐκ ἔχουσι τὴν ἐναντίωσιν τῆς διαθήκης, ἐπὶ τῷ λαβεῖν τὸ τρίτον ἐξωτικῶς γραφομένων.

Ex indice Baſilicorum pars ejuſdem Conſtitutionis, aut ejus Epitomes.

UT ſiquidem minus centum aureorum bona liberti habeant; non vexentur: ſed, ut velint, teſtentur. Sed ſi inteſtati, & ſine liberis deceſſerint; patroni ſuccedant. Si vero ultra centum aureos habeant: ſi filii, vel nepotes, vel pronepotes, vel abnepotes ſuperſint; hi vocentur ad ſucceſſionem: ſi ſine liberis, & inteſtati deceſſerint, patroni vocentur. Si vero hi liberti teſtati fuerint, qui liberis careant: cogantur tertiam partem bonorum ſuorum patronis relinquere. Vocantur autem ad inteſtati ſucceſſionem deſcendentes liberi patroni, & ex tranſverſo latere, ſi deſcendentes non extabunt, uſque ad quintum gradum. At ad querellam inofficioſi teſtamenti liberti, ſoli patroni, & filii eorum, atque nepotes uſque ad quintum gradum admittentur; ex tranſverſo autem propinqui non poſſunt contra teſtamentum petere tertiam partem ſcriptis extraneis heredibus.

TIT. XXIII. De Teſtamentis. *Poſt XXIII. Conſtitutionem duas Juſtiniani Græcas Conſtitutiones deſidero, quarum lib. II. Inſtitutionum (b) mentio fit.*

QUia incivile eſſe putavimus ſcripturæ ordinem quidem ſequi; quod & ipſi antiquitati vituperandum fuerat viſum; ſperni autem teſtatoris voluntatem; per noſtram conſtitutionem & hoc vitium emendavimus: ut liceat & ante heredis inſtitutionem, & inter medias heredum inſtitutiones legatum relinquere, & multo magis libertatem, cujus uſus favorabilior eſt.

Et alio loco. (c)

LEgatariis autem, & fideicommiſſariis, quia non juris ſucceſſores ſunt, & aliis perſonis eis conjunctis teſtimonium non denegamus; immo in quadam noſtra conſtitutione & hoc ſpecialiter eis conceſſimus.

Sub

(1) παλλακευθεῖσα.

(a) *Refert Photius tit.* 13. *cap.* 5. *Nomocanonis.*

(b) §. Ante heredis, *de legat. vide Conſt.* 24. *Latinam ſub hoc titulo.*

(c) *De teſtam.* §. Legatariis.

Sub titulo XXV. De Inſtitutionibus, *vel ſubſtitutionibus, ſeu reſtitutionibus ſub condicione factis VI. Conſtitutio Juſtiniani in Norico libro deſideratur.*
VII. Generaliter.
VIII. Si quis.

Tit. XLVIII. De Incertis Perſonis. *Sub hoc titulo unica Conſtitutio Græca deſideratur, quæ in plura capita diviſa erat, ut Græci interpretes referunt; ejus initium fuiſſe dicunt* Incertus. *A noſtris titulus ipſe cum proximo* Ad S. C. Trebellianum *conjunctus eſt. Hujus tamen conſtitutionis ab Juſtiniano ipſius legis auctore mentio fit lib. II. & III. inſtitutionum.* (*a*)

LEgari, *inquit*, illis ſolum poteſt, cum quibus teſtamenti factio eſt. Incertis vero perſonis neque legata, neque fideicommiſſa olim relinqui conceſſum erat. (*b*) Nam ne miles quidem incertæ perſonæ poterat relinquere, ut D. Hadrianus reſcripſit. Incerta autem perſona videbatur, quam incerta opinione animo ſuo teſtator ſubiiciebat, veluti ſi quis ita dicat: quicumque filio meo filiam ſuam in matrimonium dederit, ei heres meus illum fundum dato: Illud quoque quod iis relinquebatur, qui poſt teſtamentum ſcriptum primi conſules deſignati eſſent; æque incertæ perſonæ legari videbatur, & denique multæ aliæ hujuſmodi ſpecies ſunt. Libertas quoque incertæ perſonæ non videbatur poſſe dari: quia placebat nominatim ſervos liberari. Sub certa vero demonſtratione, ideſt, ex certis perſonis incertæ perſonæ recte legabatur, veluti: ex cognatis meis, qui nunc ſunt, ſi quis filiam meam uxorem duxerit, ei heres meus illam rem dato. Incertis autem perſonis legata, vel fideicommiſſa relicta, & per errorem ſoluta, repeti non poſſe, ſacris conſtitutionibus cautum erat. Poſtumo quoque alieno inutiliter antea legabatur: (*c*) eſt autem alienus poſtumus, qui natus inter ſuos (*d*) heres teſtatori futurus non eſt: ideoque ex emancipato filio conceptus nepos, extraneus erat poſtumus avo. Sed nec hujuſmodi (*e*) ſpecies penitus eſt ſine juſta emendatione relicta: cum in noſtro Codice conſtitutio poſita ſit, per quam & huic parti medemur, non ſolum in hereditatibus, ſed etiam in legatis, & fideicommiſſis, quod evidenter ex ipſius conſtitutionis lectione clareſcit. Tutor autem nec per noſtram conſtitutionem incertus dari debet: quia certo judicio debet quis pro tutela ſuæ poſteritati cavere. Poſtumus autem alienus heres inſtitui & antea poterat, & nunc poteſt: niſi in utero ejus ſit, quæ jure noſtro uxor eſſe non poteſt.

Idem ſub titulo de bonorum poſſeſſionibus. [*f*]

SI alienus, *inquit*, poſtumus heres fuerit inſtitutus; quamvis hereditatem jure civili adire non poterat; cum inſtitutio non valebat: honoratio tamen jure bonorum poſſeſſor efficiebatur, videlicet cum a Prætore adjuvabatur. Sed & is a noſtra conſtitutione hodie recte heres inſtituitur, quaſi & jure civili non incognitus.

Ἐκ τῶν παρατίτλων μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς πρώτης καὶ μόνης διατάξεως τοῦ μη. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου ἧς ἡ ἀρχὴ Incertus ἐν τῷ η. κεφαλαίῳ.

VIII. Capite hujus Conſtitutionis refertur a Græcis (*g*) *hæc ſententia.*

Ὅτι δύναταί τις ληγάτον ἐκκλησίᾳ καταλιμπάνειν ἢ καὶ κληρονομίαν.

POteſt quis legatum, vel hereditatem Eccleſiæ relinquere.

Καὶ ἐν ἄλλῳ μέρει τῆς αὐτῆς διατάξεως.

Et alio loco. (*h*)

Ὅτι ἔρρωται τὸ καταλιμπανόμενον θεμιτῷ συστήματι ἢ σωματείῳ· οἷον συγκλητικοῖς ἢ βουλῇ ἢ τάξει ἄρχοντος ἢ ἰατροῖς ἢ διδασκάλοις ἢ συνηγόροις ἢ στρατιώταις ἢ ὁμοτέχνοις ἢ ἱερεῦσιν ἢ ἑτέρω τινὶ καὶ μερίζονται κατὰ πρόσωπον ἐξ ἴσου οἱ ἐν τῷ

VAlet quod relinquitur licito collegio, aut corpori; ut puta ſenatoribus, aut curiæ, aut apparitoribus, aut medicis, aut præceptoribus, aut advocatis, aut militibus, aut artificibus, aut ſacerdotibus, aut aliis perſonis. Partes autem æquis portionibus ſinguli capiunt, qui tempore

[a] §. Legari, & *ſequentibus: de legatis.*
[b] Relinqui poſſunt, *Theophilus, qui alia quoque verba in præſens tempus ex præterito mutat.*
[c] Legamus, *Theophil.*
[d] Suus, *idem Theophil. tam hoc loco, quam in tit. de bonor. poſſeſſ. in princ.*
[e] Sed hæc quidem omnia olim. *Sed extat Conſtitutio noſtri Imperatoris in ipſo Codice poſita, quæ hæc omnia incertarum perſonarum capita mire corrigit Theophil.*
[f] *Adde in princ. ubi Theophilus addit,* quis ſit alienus poſtumus: *hoc eſt is, qui ſi naſcatur, ſuus heres futurus non eſt illi, cui alienum eſſe dicimus.*
[g] *Hoc invenies in paratitlis lib.* 1. *tit.* 3. *Codicis in collectione Conſtitutionum eccleſiaſt.*
[h] *Phot. tit.* 2. *cap.* 1. *Nomocan.*

χειρῷ τῆς πλάτης ἐν τῷ καταλόγῳ εὑρισκόμενοι εἰ μὴ ῥητὸν ποσὸν ὁ διαθέμενος ἑκάςῳ ὁρίσει.

mortis in eorum numero reperiuntur; niſi nominatim teſtator partes tribuerit.

Καὶ ἐν τῷ τέλει τῆς αὐτῆς.

In calce (*a*) *ejuſdem Conſtitutionis.*

OTI ἐὰν προσάπαξ ἢ ἐτήσιον καταλειφθῇ εὐσεβῶς ἢ ἐκκλησίαις ἢ ξενῶσιν ἢ πτωχείοις ἢ εὐαγέσιν οἴκοις ἢ κοινῷ κλήρῳ ἢ εἰς αἰχμαλώτων λύσιν ἢ αὐτοῖς τοῖς πτωχοῖς ἢ τοῖς αἰχμαλώτοις κρατεῖ ἡ τοῦ πλατήσαντος βούλησις.

SI quid præſens, aut annuum relictum ſit pietatis cauſa eccleſiis, aut xenonibus, aut ptochiis, aut piis locis, aut clero, aut ad captivos redimendos, aut ipſis pauperibus, ſive captivis: defuncti voluntas ſervanda eſt.

TIT. XLIX. Ad S. C. Trebellianum. *Vereor, ne non ſub hoc titulo deſit Juſtiniani Conſtitutio, qua Pegaſiani, S. C. vires in Trebellianum transferantur. Quod ſignificare videtur lib. II. Inſtitutionum,* (*b*) *& in Græca & Latina Conſtitutione, quam ſub titulo de vetere jure rettulimus,* (*c*) *item Novella* 1. (*d*)

Sub titulo LXI. De Bonis, quæ liberis, *videntur tres Conſtitutiones deeſſe. Namque XI. Conſtitutionem referri a Græcis ſcio, niſi mendum in eorum libris ſit.*

Lib. VII. TIT. XI. Qui manumittere non poſſunt. *Sub hoc titulo VIII. Conſtitutionem Juſtiniani deſidero, de qua in Inſtitutionibus* (*e*) *ita ſcriptum eſt.*

CUM libertas inæſtimabilis res ſit, & propter hoc ante viceſimum ætatis annum antiquitas libertatem ſervo dare prohibebat: ideo nos mediam quodammodo viam eligentes non aliter minori XX. annis libertatem in teſtamento dare ſervo ſuo concedimus, niſi XVII. annum impleverit, & XVIII. attigerit. Cum enim antiquitas hujuſmodi ætati & pro aliis poſtulare conceſſerit; cur non etiam ſui judicii ſtabilitas ita eos adjuvare credatur, ut ad libertatem dandam ſervis ſuis poſſint pervenire?

B. η. T. ι.

H. ιβ. διάταξις τοῦ δεκάτου τίτλου τοῦ. η. βιβλίου τοῦ κώδικος.

AΥτοκράτωρ καῖσαρ ζήνων εὐσεβὴς νικητὴς τροπαιοῦχος ἀειμέγιστος ἀεισέβαστος αὔγουστος ἀδαμαντίῳ ἐπάρχῳ πόλεως. ἐκ δικῶν εἰρήνης (1) ἀπολαύοντας ἐκ τῶν ἔξωθεν πολέμων ἀπαλλάττεσθαι τοὺς ὑπηκόους βουλόμενοι νουθετεῖν ἑκάστῳ τε προθυμούμεθα. διὸ καὶ τὸν παρόντα φέρομεν νόμον ἱκανῶς ἀποδεικνύντα ὡς καὶ ἡ σὴ μεγαλοπρέπεια δικαίως ἐδίδαξεν καὶ ἡμεῖς προνοητικῶς τὰ τὴν δυσχέρειαν λύοντα διορίζομεν καὶ μικρὸν ἀποστάντες τῶν πρεπωδεστέρων τῇ πολιτείᾳ ῥημάτων τοῖς τῷ πλήθει γνωριμοτέροις χρησώμεθα ὅπως ἂν ἕκαστος αὐτῶν ἐν τυγχάνων τῷ νόμῳ μὴ δέοιτο ἑτέρου βοηθοῦ πρὸς τὴν οἰκείαν χρείαν, ἔγνωμεν τοίνυν ἐκ τῶν ἐνεχθέντων παρὰ τοῦ σοῦ μεγέθους ὡς ὁ θεῖος νόμος τοῦ τῆς ἀθανάτου μνήμης πατρὸς ἡμετέρου λέοντος ὃν ἔθετο περὶ τῶν ἐν τῇ δὲ τῇ ἐνδόξῳ πόλει κτίζειν βουλομένων ἀμφιβόλως εἶναι κατά τινα μέρη δοκεῖ διὰ τὰς τῶν φαύλως ἑρμηνευόντων ἐπινοίας καὶ ἡμεῖς προστάττομεν τοὺς τὰς ἰδίας οἰκίας ἀνανεοῦντας

LIB. VIII. TIT. X.

DE ÆDIFICIIS PRIVATIS.

(*f*) *XII. Imp. Cæſ. Zeno, Pius, Victor, Triumphator, Max. ſemper Auguſtus Adamantio Præf. vrbis.*

ET judiciorum pace frui, & a bellis externis abſtinere noſtros ſubditos cupientes; admonere ſingulos curavimus; cur hanc quoque conſtitutionem fecerimus; qua dilucide oſtenditur, quid tua nos recte Magnificentia docuit, quidque nos ipſi provide definivimus; ut difficultas omnis diſſoluta ſit. Atque in ea parum diſcedentes ab civilibus noſtræ Reipublicæ verbis, utimur his, quæ in vulgus nota ſunt; ut quiſquis in hanc legem inciderint, non alio interprete ad ipſius uſum indigeat. Novimus itaque ex iis, quæ a tua magnitudine ſuggeſta ſunt, ſacram illam conſtitutionem (*g*) immortalis recordationis Leonis patris noſtri, quam de iis tulit, qui in hac inclita urbe ædificare volebant; ambigue eſſe aliqua ex parte ſcriptam videri, ob pravorum hominum iniquas interpretationes. Nos vero jubemus (*h*), ut qui domos ſuas renovant, nullo

(1) ἀπολαύοντες. alii ἀπολαύοντε.

[a] *Ex Photio d. cap.* 1.
[b] §. Sed quia. *de fideicommiſſ. hered.*
[c] §. Quintus. [d] *Authent. de hered. & Falc.* §. Etenim.
[e] *Tit.* Quibus ex cauſis man. non licet, *in fine.*
[f] *Hanc Græcam reperimus in bibliotheca Beſſarionis Cardinalis Venetiis in libro Novellarum Juſtiniani; alterum exemplum habuimus ex Laurentiana bibliotheca Florentiæ. Refert Juſtinianus Coſtitutione proxima, & Novella* 43. *&* 163. *Authent. de operis novi nunt.*
[g] *Hanc Conſtitutionem Leonis deſideramus.*
[h] *Refertur hæc ſententia a tribus Imperatorib. tit.* 26. *cap.* 4. *& aliis Prochiri, & a Conſtant. Harmenop. lib.* 2. *tit.* 4. *& a Michaele Ataliota tit.* 34. *Prochiri, & a Joſepho Tenedio littera* κ.

τας τὸ ἀρχαῖον σχῆμα μηδαμῶς (1) παρεξεῖναι ὥστε μὴ τοὺς οἰκοδομοῦντας ἀφαιρεῖσθαι φῶτα ἢ (2) ἀπόβλεψιν τῶν γειτόνων παρὰ τὸ πάλαι καθεστηκὸς οὐ μὴν προσθήσω (3) τι δήποτε δέοι κρατεῖν οἷον ὁ τῇ οἰκοδομίᾳ χρώμενος δίκαιον (4) ἔχων προσῆκον αὐτῷ ἐκ συμφώνου ἢ ἐπερωτήσεως ἐπιτρέπον ἀμείβειν εἰ (5) βουληθῇ τὸ (6) παλαιὸν σχῆμα (7) διὸ θεσπίζομεν εἰ σύμφωνον ἢ ἐπερώτησις (8) βοηθῇ τῷ κτίζοντι ἐξεῖναι αὐτῷ κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ συμφώνου ἢ τῆς ἐπερωτήσεως οἰκοδομεῖν (9) εἰ καὶ τοὺς γείτονας οἷς ἐναντιοῦται τὸ σύμφωνον ἐντεῦθεν βλάπτειν δοκοίη τῆς δέμου τῆς διατάξεως εἰπούσης καὶ εἰ δώδεκα ποδῶν χρῆναι καταλιμπάνειν μέσον τῆς τε ἰδίας καὶ τῆς τοῦ γείτονος οἰκίας τὸν οἰκοδομεῖν μέλλοντα καὶ τὸ πλέον ἢ ἔλαττον (10) προσθήσει ᾧ μεγίστην ἀσφάλειαν εἰκότως (11) ποιεῖ τὸ γὰρ ἐνδοιάζον οὐκ ἐπιτήδειον εἰς ἀμφιβολίας ἀναίρεσιν περιφανῶς κελεύομεν δύο καὶ δέκα πόδας εἶναι μέσους ἑκατέρας οἰκίας ἀρχομένους μὲν ἀπὸ τοῦ ἐπικειμένου τοῖς θεμελίοις οἰκοδομήματος παραφυλαττομένους δὲ μέχρι πέρατος τοῦ ὕψους καὶ τῷ τοῦτο τοῦ λοιποῦ παραφυλάττοντι ἐξεῖναι τὴν οἰκίαν ἐγείρειν ἐφ᾽ ὅσον (12) θελήσειεν ὕψος καὶ θυρίδας κατασκευάζειν τὰς καλουμένας παρακυπτικὰς καὶ φωταγωγοὺς κατὰ τὴν θείαν νομοθεσίαν εἴτε νέαν οἰκίαν (13) βούληται κτίζειν εἴτε παλαιὰν ἀνανεοῦν. εἴτε διαφθαρεῖσαν ἐκ πυρὸς οἰκοδομεῖν μηδαμῶς ἐκ τούτου τοῦ διαστήματος συγχωρεῖσθαι, ἀφαιρεῖν τοῦ γείτονος ἄποψιν θαλάσσης εὐθεῖαν καὶ οὐ βεβιασμένην ἐξ οἱουδήποτε πλευροῦ τῆς οἰκίας ἣν ὁ γείτων ἑστὼς ἔνδον ἐν τοῖς ἰδίοις ἢ καὶ καθήμενος (14) ἔχειν μὴ παρατρέπων ἑαυτὸν ἐν τῷ παρακύπτειν εἰς τὸ πλάγιον καὶ βιαζόμενος ὥσπερ ἰδεῖν θάλασσαν τὸ γὰρ τῶν κήπων τε καὶ τῶν δένδρων (15) οὔτε περιείληπται τῇ προτέρᾳ νομοθεσίᾳ οὔτε τῇ παρούσῃ προστεθήσεται. οὔτε γὰρ προσήκει (16) τοιαύτην δουλείαν κρατεῖν. μηδενὶ δὲ ἐξέστω (17) κτίζειν οἰκίαν ἐν μέσῳ ὄντος στενωποῦ ἢ πλατείας (18) ὑπέρους δεκαδύο (19) ποδῶν διὰ τοῦτο παραιρεῖσθαι μέρος τῆς πλατείας ἢ τοῦ στενωποῦ καὶ τῷ οἰκείῳ προσνέμειν οἰκοδομήματι. οὐ γὰρ τὰ τῷ δημοσίῳ προσήκοντα βλάπτειν βουλόμενοι καὶ τοῖς κτίζουσιν ἀπονέμειν δεκαδύο ποδῶν εἶναι διάστημα ἐν μέσῳ τῶν οἰκιῶν διωρίσαμεν, ἀλλ᾽ ὥστε μὴ στενότερα εἶναι τὰ μεταξὺ τῶν οἰκιῶν διαστήματα (20) καὶ τὸ πλέον (21) περιόντι ἐῶντες ἔχειν ὡς ἔχει καὶ τοῦτο μειοῦσθαι μὴ συγχωροῦντες ἵνα τῇ πόλει τὰ οἰκεῖα περισώζηται δίκαια. εἰ δὲ τὸ παλαιὸν οἰκοδόμημα καὶ τὸ ἀρχαῖον σχῆμα τοιοῦτον ἦν ὥστε ἔλαττον εἶναι τῶν δώδεκα ποδῶν μεταξὺ ἑκατέρας οἰκίας διάστημα μὴ ἐξέστω παρὰ τὸ (22) παλαιὸν ἢ ὑψοῦν τὸ οἰκοδόμημα ἢ θυρίδας ποιεῖν [(23) εἰ δὲ μὴ δέκα (24) ποδῶν εἴη] ἐν μέσῳ, τηνικαῦτα γὰρ παρακυπτικὰς μὲν ὁ κτίζων οὐ δυνήσεται ποιεῖν οὐκ οὔσας (25) παλαιὰς ὡς εἴρηται φωταγωγοὺς δὲ ποιήσει

ἀπὸ

[1] παρεξιέναι. [2] ἄποψιν.
[3] ὅτε δήποτε. [4] ἔχοι διαπροσῆκον.
[5] βουληθείη. [6] παρὸν. [7] τότε γάρ.
[8] βοηθοῖ. [9] καὶ. [10] προσθήσει ὃ.
[11] ποιεῖται. alii ποιῇ. [12] θελήσειεν.
[13] βούλοιτο. [14] ἔχει. [15] οὖν.
[16] Deſunt hæc alicubi. [17] κτίζοντι.
[18] ὑπὲρ τοὺς. [19] πόδας. [20] καὶ.
[21] εἴπερ πλέον ὄντως. [22] παλαιὸν σχῆμα.
[23] εἰ μὴ. [24] πόδες εἶεν. [25] πάλαι.

lo pacto veterem formam tranſgrediantur: ut ne qui ædificant, lumen auferant, aut proſpectum vicinis præter id, quod antea fuerat conſtitutum. Neque tamen adiicimus, idem ſervari oportere; ſi iis, qui ædificat, jus aliquod habet, quod ei ex conventione, aut promiſſione competat; quo permittatur mutare, ſi velit, veterem formam: etenim ſancimus, ut ſi pactione, aut ſtipulatione ædificans juvatur; licere ei ſecundum conventionis, aut promiſſionis vires ædificare, quamvis vicini, quibus obſtat conventio, ex eo lædi videantur. Sed & cum ea conſtitutione dicatur, ut duodecim pedum ſpatium inter ſuum, & vicini ædificium relinquere eum oporteat, qui velit ædificare: ei intervallo plus, minuſve adiectum eſt; unde major incertitudo orta fuit: neque enim dubiis rebus res dubias decidere oportet. Jubemus (*a*) autem aperte, ut duodecim pedes interſint inter utrumque ædificium, initio ſumpto ab extremis fundamentis, & ad ultimam ædificii altitudinem eodem ſpatio obſervando: atque ei, qui hoc deinceps obſervaverit, liceat opus extollere in quantam velit altitudinem, feneſtraſque tam eas, quibus proſpiciatur, quam eas, quæ lumen admittant, ſecundum ſacræ legis obſervationem aperire, ſive novam domum fabricari velit, ſive veterem renovet, ſive igne conſumptam ædificet. Neque tamen ex hoc intervallo liceat vicino rectum proſpectum maris auferre, non obliquum ex aliquo ædium latere; cum vicinus intra domum aut ſtans, aut ſedens proſpicere poteſt, neque ſe aliquorſum convertit, ut captet maris proſpectum. Hortorum [*b*] vero, & arborum proſpectus, neque priori lege, neque hac ipſa circumſcribitur: neque enim decet hujuſmodi ſervitutem in eis locum habere. Nemini [*c*] autem fas ſit, dum ædificat, ad angiportus, aut vias, quæ latiores XII. pedibus ſint: ea de cauſa adimere viæ, aut angiportui partem, & ſuæ domui applicare. Neque enim lædere voluimus, quæ juris publici ſunt, eaquæ ædificantibus addicere, cum XII. pedum intervallum definivimus inter ædificia: ſed ut non eſſet anguſtius intervallum; ac ſi quid plus eſſet, apud eum conſiſtere ſivimus, qui id obtineret; neque deminui permiſimus ut civitati ſua jura conſerventur. Si vero vetus (*d*) ædificium, & antiqua ejus forma talis ſit; ut anguſtius intervallum XII. pedibus ſit inter utramque domum: non liceat præter veterem formam, aut ædificium erigere, aut feneſtras apperire, niſi X. pedes interſint: eo enim caſu proſpectus cauſa, quæ antea non fuerint, non poterit; luminis gra-

Ff 2 tia

[a] *Refertur hæc ſententia a collectore judicis Baſilicorum ordine litterarum littera* κ. *&* *a trib. Imperat. d. tit. 26. c. 5. & ab Harmenop. d. tit. 4. Prochiri.*

[b] *Harmenop. d. tit. 4. refert, Papinianum lib. 3. quæſtionum ultima quæſtione reſpondiſſe, montium proſpectum neminem impedire poſſe.*

[c] *Referunt tres Imperat. d. tit. 26. c. 9.*

[d] *Referunt iidem Imperat. c. 10. ejuſdem libri, & Ataliota. d. tit. 34.*

ἀπὸ ἓξ ποδῶν τοῦ πάτου εἰς ὕψος μηδαμῶς τὸ καλούμενον ψαδόπατον ποιεῖν ἐν τῷ (1) ἑαυτοῦ οἰκήμασι τολμῶντος [(2) φωταγωγοὺς θυρίδας κατασκευάζειν] κατὰ τὸ εἰρημένον τῶν ἓξ ποδῶν ὕψος καὶ σοφίζεσθαι τὸν νόμον. εἰ γὰρ τοῦτο ἐξείη πάλιν αἱ φωταγωγοὶ δία τοῦ ψαδοπάτου (3) παρακυπτικῶν πληροῦσι χρείαν καὶ τὸν γείτονα βλάψουσιν ὅπερ (4) γενέσθαι κωλύομεν οὐδαμοῦ τὴν ἐκ τῶν συμφώνων ἤτοι ἐπερωτημάτων ἁρμόζουσαν (5) βοήθειαν καὶ (6) εἴ περ ὅλως ὑπάρχει τοιαύτη τις ἀναιροῦντες (7) ἔπι δὲ τοῦ προτέρου νόμου κελεύοντος ἑκατὸν πόδας ἐξεῖναι τὰς οἰκίας εἰς ὕψος αἴρειν τὰς ὑπό τοῦ πυρὸς πρώην διαφθαρείσας εἰ καὶ περὶ θαλάττης ἄποψιν ἕτερος βλάπτοιτο καὶ ταύτην ἀναιροῦντες τὴν ἀμφιβολίαν θεσπίζομεν τοῦτο αὐτὸ κρατεῖν ἐπὶ τῶν ἐμπρησθειστῶν οἰκιῶν εἴτε τῶν ἀνανεουμένων καὶ ἐπὶ τῶν οὐκ οὐσῶν μὲν πρότερον κτιζομένων δὲ νῦν (8) μετὰ ταῦτα καὶ ἐπὶ τοῦ πυρὸς μὲν βλάβην μὴ δεξαμένων διὰ παλαιότητα δὲ ἢ καί τινα οὖν ἄλλην αἰτίαν σαθρῶν γενομένων (9) ἵνα ἐπὶ πάσης οἰκίας οἰκοδομουμένης ἑκατὸν ποδῶν εἴη διάστημα ἐν μέσῳ τῶν ἀμφιβαλλομένων τόπων κωλύματος χωρὶς (10) (γένηται οἰκοδόμημα (11) εἰ καὶ τῆς) ἄλλῳ διαφερούσης οἰκίας τὴν ἐπὶ θάλασσαν ἄποψιν (12) λυμαίνηται τὰς δὲ ἀπὸ μόνων μαγειρείων ἢ τῶν καλουμένων ἀποπάτων ἢ ἀφεδρώνων ἢ κλιμάκων ἢ διαβάσεων πρὸς πάροδον μόνην χρησίμων ἢ καὶ ταῦτα ἃ καλοῦσιν οἱ (13) παλαιοὶ βαστέρνια ἄποψιν εἰς θάλασσαν βλάπτειν ἐξέστω καὶ ἐντὸς ἑκατὸν ποδῶν βούλητό τις οἰκοδομεῖν (14) δώδεκα μέντοι πόδες ἐν μέσῳ (15) τυγχάνοιεν ὄντες. ταῦτα δὲ παραφυλαχθῆναι θεσπίζομεν ὅτε μὴ ὑπάρχει τινὶ σύμφωνον ἐπιτρέπων οἰκοδομεῖν τοὺς δὲ κτίζοντας ἀπὸ συμφώνου τοῦ γείτονος ἐμμένειν τοῖς στοιχηθεῖσι τηνικαῦτα γὰρ καὶ μὴ παραφυλαχθέντος (16) διάστημα τῶν συμφώνων ἐπιτρέπομεν ἐγείρεσθαι τὰς οἰκοδομὰς (17) καὶ βλάπτοιεν περὶ θαλάττης ἄποψιν τοὺς συμφωνήσαντας ἢ τοὺς τὰς ἐκείνων οἰκίας διαδεξαμένους ((18) ἐπειδὴ τέλεια τισὶν (19) ὑπάρχουσιν ἐκ (20) συμφώνου δίκαια οὐ προσήκει (21) δι' αὐτῶν τὸν γενικὸν ἀναιρεῖσθαι (22) νόμον) ἔτι θεσπίζομεν τὰ καλούμενα (23) σωλάρια μετὰ τὸν παρόντα νόμον μὴ ἐκ μόνων ξύλων τε καὶ σανίδων γίνεσθαι ἀλλὰ τῷ τῶν λεγομένων ῥωμανισίων οἰκοδομεῖσθαι σχήματι δέκα δὲ ποδῶν εἶναι διάστημα μεταξὺ δύο σωλαρίων (24) ἀντικρυ ὄντων (25) ἀλλήλων εἰ δὲ τοῦτο μὴ δυνατὸν εἴη δία στενοχωρίαν τοῦ τόπου ἐκ παραλλαγῆς γίνεσθαι τὰ σωλάρια (εἰ δὲ αὐτὸς ὁ στενωπὸς μὴ περαιτέρω δέκα ποδῶν εἴη μὴ δέ ἐπιχειρεῖν ἐκ μηδετέρου μέρους σωλάρια ἤτοι ἐξώστας κατασκευάζειν καὶ τὰ (26) γενόμενα δέον (27) τρόπον εἴρηται κελεύομεν ἀφεστάναι τοῦ ἐδάφους (28) εἰς ὕψος πο-

tia aperire poterit altiores feneſtras ſex pedibus a ſolo. Neque vero tum adminiculum, quod ψαδόπατον dicitur, ſuæ domi facere quiſquam audeat, & lumen admittentes feneſtras ſupra illam ſex pedum altitudinis menſuram aperiat; quo legi fraus fiat. Id enim ſi liceat, lumini ſervientes feneſtræ, propter id adminiculum proſpectui erunt accommodatæ; & vicinos lædent, quod fieri prohibemus; minime tamen auferendo, quod ex conventione, aut ſtipulatione auxilium competit, ſi modo id cuiquam competierit. Jam vero cum priori lege jubeatur, ut liceat ad centum pedes eas domos erigere, quæ prius igne conſumptæ fuerunt, quamvis in maris proſpectu aliquis læderetur: hanc quoque difficultatem tollendo ſancimus, hoc ipſum locum habere tam in combuſtis ædibus, quam in iis, quæ renovatæ ſunt, aut quæ antea quidem non erant, ſed nunc primum ædificantur; aut etiam in iis, quæ ab igne nihil damni paſſæ ſunt, ſed ob vetuſtatem, aut ob aliam cauſam dirutæ ſunt. Ut in quocumque genere ædificii centum pedum intervallum ſit inter id, & loca, cum quibus lis eſt, ac ſine prohibitione opus fiat, quamvis alterius domui in maris proſpectu officiatur. At cum e culinis ſolum proſpicitur, aut e latrinis, aut ex aliis ſeceſſibus, aut ex ſcalis, ſive e ponticulis, quibus ad tranſeundum utantur, aut ex iis locis, quæ veteres βαστέρνια (*a*) appellabant: offici poteſt, & ſi intra centum pedes ædificetur, quamvis tantum pedum XII. intervallum ſit. Hæc vero obſervanda eſſe ſancimus, quotiens nulla conventio ſit, ex qua aliter ædificari permittatur. Nam qui ex pacto vicinorum ædificant, conventioni tantum ſatisfacient; & vel non derelicto intervallo juxta pactionem extollere eis ædificia permittimus; & ſi alii lædantur in maris proſpectu, tam qui contraxerunt, quam qui eas domos ab eis acceperunt. Etenim jura, quæ perfecte aliquibus ex conventione competunt, non decet ea generalibus legibus abrogari. Hoc amplius ſancimus; ut ſolaria poſt hanc legem non ex tignis tantum, atque aſſeribus fiant; ſed in eam formam, qua ea, quæ Romana dicuntur, conſtruuntur. Sitque decem pedum intervallum inter duo ſolaria, quæ adverſa inter ſe ſint: quod ſi propter anguſtiam loci fieri id nequeat, aliorſum ſolaria convertantur. Si vero ipſe angiportus non latior decem pedibus ſit; nemo inſtituat ex aliqua parte ſolaria, ſive mæniana (*b*) ædificare; & quæ recte facta ſunt, abeſſe jube-

(1) αὐτοῦ. (2) φωταγωγοῦ θυρίδος κατασκευασθείσης. (3) παρακυπτικὴν πληρώσουσιν.
(4) γίνεσθαι. (5) τοῖς κτίζουσι βοήθειαν.
(6) εἴπερ. (7) ἔτι. (8) μετὰ τοῦ τῶν.
(9) καὶ. (10) γίνεσθαι τὰ οἰκοδομήματα.
(11) ἢ καὶ τῆς ἄλλως. (12) λυμαίνεται.
(13) πολλοὶ. (14) εἰ καὶ δύο καὶ δέκα.
(15) τυγχάνοιεν. (16) διαστήματος κατὰ τὸ σύμφωνον. (17) εἰ καὶ. (18) ἐπεὶ δὲ τέλεια. alii ἐπειδὴ τὰ ἤδη. (19) ὑπάρχοντα. (20) συμφώνων.
(21) διὰ τῶν γενικῶν. (22) νόμων. (23) σολάρια. (24) ἀντικρυόντων. (25) ἀλλήλοις.
(26) γινόμενα. (27) εἴρηται τρόπον. (28) καὶ εἰς τοὺς τοίχους κατασκευάζειν ὥστε μὴ τὸν ἀέρα διὰ τῶν εἰς ὕψος γενομένων σωλαρίων ἀποφράττεσθαι.

(a) Baſternas *Sarmatiæ gentem fuiſſe, ex Strabone, & Livio lib. 40. didici. Eodem nomine vehiculi genus dicitur Palladio, & Servio. Hic ædificii forma eſt ex uſu illius gentis ſumpta.*

(b) σωλάρια ἤτοι ἐξώστας, *ex hoc loco Conſtitutio XI. huius tituli emendanda eſt.*

ποδῶν δεκαπέντε διάστημα καὶ μηδαμῶς κατὰ κάθετον αὐτῶν κίονας λιθίνους ἢ ξυλίνους ἐπὶ τῷ ἐδάφει ἵστασθαι ἢ τοίχους κατασκευάζεσθαι ὥστε μὴ τὸν ἀέρα τὸν ὑπὸ τοῖς ἐν τῷ ὕψει γινομένοις ὡς εἴρηται σωλαρίοις) ἀποφράττεσθαι μήτε ἐντεῦθεν στενώτερον γίνεσθαι τὸν στενωπὸν καὶ τὴν δημοσίαν πάροδον κωλύομεν δὲ καὶ κλίμακας ἀπὸ τοῦ ἐδάφους ἀρχομένας τοῦ στενωποῦ γίνεσθαι ἀναγούσας ἐπὶ τὰ σωλάρια ὥστε (1) ἔκτε τῆς ἀσφαλεστέρας κατασκευῆς (2) καὶ τοῦ μὴ σφόδρα πλησιάζειν ἀλλήλοις τὰ σωλάρια κουφοτέρους καὶ σπανιωτέρους συμβαίνειν ὃ μὴ συμβαίοι ποτὲ καὶ εὐκολώτερον παύεσθαι τοὺς ἐκ τοῦ πυρὸς κινδύνους τῇ πόλει καὶ τοῖς ἔχουσι τὰς οἰκίας. εἰ δὲ καὶ παρὰ τὸν ἡμέτερον νόμον γένηται σωλάριον ἢ κλίμαξ οὐ (3) τὰ γενόμενα ἐκκοπήσεται μόνον ἀλλὰ καὶ ὁ τῆς οἰκίας κύριος δέκα χρυσίου (4) λίτρων ζημίαν ὑπομενεῖ καὶ ὁ διατυπώσας ἀρχιτέκτων ἢ ἐργολάβος ἑτέρας δέκα χρυσίου λίτρας καταθήσει καὶ ὁ ἐργασάμενος τεχνίτης οὐχ οἷός τε ὢν (5) καὶ δία πενίαν (6) ζημιούμενος τὸ σῶμα αἰκισθεὶς τῆς πόλεως ἐξελαθήσεται. πρὸς τούτοις παρακελευόμεθα μηδενὶ ἐξεῖναι πολλοὺς ἐφεξῆς κίονας ἐν ταῖς δημοσίαις στοαῖς ταῖς ἀπὸ τοῦ καλουμένου μιλίου (7) μέχρι τοῦ καπετωλίου ἀποφράττειν οἰκήμασιν (8) ἀλλὰ ἐκ σανίδων (9) μόνον ἢ καὶ ἄλλως ἐν μέσῳ τῶν κιόνων κατασκευαζομένοις ἀλλὰ (10) μὴν τὰ τοιαῦτα οἰκήματα μὴ υπερβαίνειν (11) πλεῖον μὲν ποδῶν ἓξ σὺν τοῖς τοίχοις ἐπὶ τὴν πλατεῖαν (12) ὕψος δὲ πόδας ἑπτά. ἐκ παντὸς δὲ τρόπου διὰ τεσσάρων κιόνων τὰς παρόδους ἐλευθέρας (13) καταλιμπάνεσθαι τὰς ἀπὸ τῶν στοῶν ἐπὶ τὰς πλατείας: καλλωπίζεσθαι δὲ τὰ τοιαῦτα οἰκήματα ἤτοι ἐργαστήρια μαρμάροις ἔξωθεν ὥστε κάλλος μὲν διδόναι τῇ πόλει (14) ψυχαγωγεῖν δὲ τοῖς βαδίζουσι τὰ δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις μέρεσι τῆς πόλεως ἐν τοῖς μέσοις τῶν κιόνων τόποις κατασκευαζόμενα ἐργαστήρια καθάπερ (15) δοκιμάσει ἡ ἐν τῇ πόλει (16) σῇ φρονήσει μεγαλοπρέπεια καὶ τοῦ μέτρου ἕνεκα καὶ τοῦ τρόπου κατασκευάζεσθαι (17) θεσπίζομεν τῆς ἰσότητος δηλαδὴ πᾶσι φυλαττομένης ὥστε μὴ (18) ἐπί τινων γειτόνων ἐπιτραπὲν ἐφ᾽ ἑτέρων κωλύεσθαι ((19) τούτων κατὰ τὸν εἰριμένον τρόπον φανερῶν γενομένων καὶ τῆς τῶν προτέρων νόμων ἔντισι κεφαλαίοις δοξάσης τὰ λοιπὰ μέρη τοῦτο κρατεῖν θεσπίζομεν) (20) κακεῖνο μέντοι νομοθετοῦμεν ὥστε μὴ τὰς τῶν (21) συκοφαντούντων κακοτεχνίας τοῖς ἐπιεικέσι λυμαίνεσθαι. πολλοὶ γὰρ (22) φθόνου δίκας οὐκ ἀδικίματός τινος (23) τὴν οἰκοδομὴν βουλομένοις ὑφαίνοντες ἀναβολῶν αὐτοῖς αἴτιοι γίνονται ὥστε τὸν οἰκοδομεῖν ἀρξάμενον εἶτα κωλυθέντα ((24) καὶ τὸ ἔργον ἀτελὲς (25) καταλιπεῖν ἠναγκασμένον καὶ πρὸς τὸ δικαστήριον ἀφελκόμενον τὰ χρῆμα ἐξ οὗ τὴν οἰκίαν ἐγείρειν ἤλπισεν ἀναλίσκειν περὶ τὴν δίκην καὶ τὸ πάντων ἀτοπώτατον μετὰ τὰ ψήφου νικώσης ἐπιτυχεῖν ἔτι καθάπερ ἀλύτοις τισὶ συμπεπλέχθαι δεσμοῖς τοῦ κωλύσαντος τὸ ἔργον προσχήματι μὲν ἐφέσεως τὰς κυρίας ἀναμένοντος τὰ δὲ ἐμποδὼν γίνεσθαι τῇ οἰκοδομίᾳ ἐπὶ ταῖς τοῦ γείτονος συμφοραῖς εὐφραινομένου προστάττομεν τοίνυν ἐπὶ

bemus a ſolo XV. pedum intervallo in altitudinem, nullo vero pacto ad eorum perpendiculum lapideæ, aut ligneæ columnæ in ſolo ſtatuantur, aut parietes fiant; ut ne aer iis, qui ſubtus conſiſtunt, adimatur; neve ex eo anguſtior angiportus fiat, ac publica via. Item prohibemus ſcalas, quæ ab ſolo angiportus ducant ad ſolaria: ut ex tutiori ædificio, & ex non ita conjunctis ſolariis leviora, & magis rara contingant urbi & dominis, quæ Deus avertat, incendia: quæ ita multo quoque facilius extinguentur. Sin autem adverſus conſtitutionem noſtram ſolarium fiat, aut ſcalæ: non ſolum id, quod factum eſt, excindatur; ſed ædium etiam dominus decem auri libras mulctæ nomine ſolvet; & architectus, aut opifex, qui opus inſtituit, totidem: opifex quoque, qui opus fecit, & ſolvendo non eſt propter paupertatem, corpore plectetur, & verberibus cæſus ex urbe eicietur. Ad hæc jubemus nemini licere plures deinceps columnas in porticibus publicis conſtitutas a miliario ad Capitolium (*a*) occludere ædificiis, ſed aſſeribus tantum, aut aliis rebus inter columnas conſtitutis. At tamen hæc ædificia non excedant cum ipſis parietibus erga viam publicam ſex pedum latitudinem, altitudinem autem ſeptem pedum. At qui omnino poſt quartam quamque columnam tranſitus liber a porticibus in viam relinquatur. Exornentur autem hæc ædificia, ſive officinæ marmoribus extrinſecus; ut & pulchriorem urbem efficiant, & tranſeuntes delectentur. Quæ vero in aliis partibus urbis inter columnas tabernæ fiunt, quemadmodum Magnificentiæ tuæ convenire videbitur, eadem menſura, & modo ædificari ſancimus, æquitate videlicet omnibus ſervata; ne quod aliis permittitur, aliis prohibeatur. Illud ſane conſtituimus: ne calumniantium fraudes modeſtos homines lædant. Namque multi invidiæ potius, quam damni cauſa litem ædificare volentibus parantes, ſuis dilationibus cauſam præbent, ut qui cœperat ædificare, eum poſtea damni prætextu prohibeatur, imperfectum opus cogatur derelinquere: & in judicium adductus pecuniam, ex qua conſtruere domum ſperabat, in litibus conſumat; quodque maxime abſurdum eſt, poſt ſententiam victricem conſecutam; in ſolubilibus adhuc quibuſdam vinculis implicetur; eo, qui prohibuit ædificari, occaſione appellationis tempora ſolita expectante, & ſe impedimento operi fuiſſe cum vicini calamitate gaudente. Jubemus igitur, ut in his caſibus, ſi remiſſio data ſit ad-

[a] *De miliario vide l.* Mille paſſus. *Dig. de verb. ſignif. ut Romæ, ita Conſtantinopoli, quæ nova Roma dicta eſt, & miliarium, & Capitolium fuit. Videndus incertus ſcriptor de regionibus urbis CP.*

[1] ἐκ. [2] καὶ ἐκ τοῦ. [3] τὸ γεγονός. [4] λίτρας. [5] δία. [6] ζημιοῦσθαι
[7] ἄχρι τοῦ καλουμένου. [8] ἐκ. [9] μόνων. [10] μεν. [11] πλάτους. [12] ὕψους πόδων.
[13] καταλείπεσθαι. [14] ψυχαγωγεῖ. [15] αὖ δοκιμάσειε τῇ. [16] συμφέρειν ἡ σῇ. alii συμφρονήσει. [17] τῆς. 18] τὸ ὑπότινων. [19] Deſunt alicubi non ſine cauſa. [20] κακεῖνο δὲ.
(21) συκοφαντῶν. (22) φθόνῳ. (23) τοῖς οἰκοδομεῖν. (24) τὸ.
(25) ἀπολιμπανόμενον ζημίας ἀφορήτους ὑπομένειν τὸν οἰκοδομεῖν βουληθέντα. vide pag. ſeq. v. 12.

ἐπὶ τῶν τοιούτων ὑποθέσεων εἰ ἄφεσις ἐπιδοθείη κατὰ τῶν τυπωθέντων παρὰ τοῦ διαγνώμονος ἅμα τῷ δοθῆναι παρὰ τοῦ δικαστοῦ τὴν ἀναφορὰν ἤτοι τύπον ἔγγραφον [1] καὶ παραφυλαχθείσης κυρίας ἐξεῖναι τῷ νενικηκότι καὶ τὸ ἡττηθέντι ἅμα ἢ κατὰ μόνας εἰς τὸ δικαστήριον τῆς σῆς εἰσιέναι μεγαλοπρεπείας καὶ τοῦ ἀντιδίκου κληθέντος κατὰ τὸ συνήθες εἰ ἄπεστι τὸν ὅρον τοῦ διαιτητοῦ φανερὸν ποιεῖν ἵνα πάσης ἀναβολῆς ἐκκοπείσης νόμιμον ἐπιτεθείη πέρας τῇ ὑποθέσει καὶ μὴ χειμῶνος εἰ τύχοι παρόντος ἢ πλησιάζοντος ἕως περιμένουσι τοὺς μακροὺς τῶν ἐμπροθέσμων χρόνους τῶν οἰκοδομεῖν βουληθέντα καὶ μὴ δικαίως κωλυθέντα ζημίας ἀφορήτους ὑπομένειν. παραπλήσιον δὲ εἰ καί τις ὑποθέσει τοιαύτῃ ἐφεῖναι βουληθείη μεμφόμενος τοῖς παρὰ τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας ἐψηφισμένοις παραχρῆμα τὴν καλουμένην Conſulationa γίνεσθαι καὶ δίδοσθαι καὶ αὐτῷ καὶ τῷ νενικηκότι [2] σκοπεῖσθαι κατὰ τὸ εἰωθὸς τὴν ψῆφον ἐν τῷ θείῳ ἡμῶν παλατίῳ μηδεμιᾶς ἀναβολῆς γινομένης γινωσκέτωσαν δὲ πάντες ὅσοι κωλύειν ἐπιχειροῦσι τοὺς οἰκοδομοῦντας ὡς ἡττηθέντες καὶ τὰς ζημίας αὐτοῖς πάσας τὰς συμβάσας καταθήσουσι καὶ τὴν τῶν ὑλῶν τιμὴν ἃς εἰκὸς διαφθαρῆναι ἢ χείρους γίνεσθαι ἐν τῷ τῆς δίκης χρόνῳ καὶ τῶν οὐ δικαίως ἐπιχειρησάντων οἰκοδομεῖν εἰ ἡττηθεῖεν καὶ τὰς ζημίας τῷ κεκωλυκότι τὸ οἰκοδόμημα καὶ δίκην εἰπεῖν περὶ τούτων ἠναγκασμένῳ καταπιθέντων πᾶσαν μέντοι τοιαύτην δίκην ἐξ ἀποφάσεως μόνου τοῦ δικαστηρίου τοῦ σοῦ μεγέθους κρίνεσθαι κελεύομεν καὶ μήτε ἄλλον τινὰ τῶν ἐνδόξων ἀρχόντων ἀκροάσασθαι τοιαύτης ὑποθέσεως μήτε τινὰς τῶν ἀγωνιζομένων τοιαύτην ὑπόθεσιν στρατείας ἢ φόρου χρῆσθαι παραγραφῇ ἕνεκα τοῦ μὴ δικάσασθαι ἢ μὴ (3) καταθεῖναι τὰς ζημίας ὅσας δοῦναι τῇ ψήφῳ τοῦ ἐνδοξοτάτου ἐπάρχου τῆς πόλεως ἢ παρ' αὐτοῦ δοθέντος διαιτητοῦ προσαχθείη ἀλλὰ τὴν ἀπαίτησιν ὑπομένειν τὸν ἡττηθέντα διὰ τῆς τάξεως τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας μηδενός ἐπὶ τούτῳ χρωμένου φόρου παραγραφῇ προνοείτω δὲ ἡ σὴ μεγαλοπρέπεια τοῦ μήτινας τῶν ἐργολάβων ἢ τεχνιτῶν ἀρξαμένους ἔργου τοῦτο καταλιμπάνειν ἀτελὲς ἀλλ' αὐτὸν μὲν τὸν ἀρξάμενον λαμβάνοντα τὸν μισθὸν ἀναγκαζέτω πληροῦν τὸ ἔργον ἢ διδόναι τὴν ἐντεῦθεν συμβαίνουσαν ζημίαν τῷ οἰκοδομοῦντι καὶ πᾶσαν τὴν ἐκ τοῦ μὴ τὸ (4) ἔργον γινομένην βλάβην. εἰ δὲ πένης τε εἴη τυχὸν ὁ τοῦτο ἁμαρτὼν πληγάς τε λαμβανέτω καὶ ἐκβαλλέσθω τῆς πόλεως μὴ κωλυέσθω δὲ ἕτερος τῆς αὐτῆς τέχνης τὸ παρ' ἑτέρου ἀρχθὲν ἐκπληροῦν ὅπερ ἔγνωμεν τολμᾶσθαι κατὰ τῶν οἰκοδομούντων οἰκίας παρὰ τῶν ἐργολάβων τεχνιτῶν οὔτε αὐτῶν τὸ τέλειον ἐπιτιθέντων οἷς ἤρξαντο ἐργάζεσθαι οὐδὲ ἑτέρους τὰ αὐτὰ ἔργα ἀναπληροῦν συγχωρούντων ἀλλὰ ἐνεγκεῖν ἀφόρητον ζημίαν ἐντεῦθεν τοῖς τὰς οἰκίας κατασκευάζουσι μηχανωμένων ὁ δὲ παραιτούμενος τὸ παρ' ἑτέρου ἀρχθὲν ἐκπληρῶσαι δι' αὐτὸ τοῦτο ὅτι ἕτερος ἤρξατο καὶ αὐτὸς παραπλησίαν τῷ καταλιπόντι τὸ ἔργον ὑπεχέτω δίκην.

adverſus nuntiationem ab eo, qui cauſam cognovit; una cum relatione ab ipſo judice data, aut forma conſcripta, & non obſervato tempore, liceat victori, & ſuperato aut ſimul, aut per ſe ingredi judicium tuæ Magnitudinis, & adverſario, ſi abſit, ut ſolet, vocato illam judicis dati ſententiam oſtendere: ut omni dilatione præciſa legitimus finis cauſæ imponatur; neque hieme forte præſente, aut adventante, dum expectant longa dilationum tempora, is, qui ædificare volebat, neque jure prohibebatur, damnum patiatur grave. Simili modo, ſi quis in eadem cauſa provocare voluerit, incuſans ea, quæ a Magnificentia tua decreta ſunt, ſtatim Conſultatio [a] fiat; & concedatur ipſi, atque victori; ut de ea ſententia, ut conſuetum eſt, in ſacro noſtro palatio ſine ulla dilatione cognoſcatur. Noverint autem omnes, qui prohibent ædificantes, ſe, ſi victi ſint, & omne damnum, quod evenit, ſoluturos, & materiæ æſtimationem, quæ corrupta eſſe videbitur, aut deterior facta judicii tempore. Illi vero, qui non jure ædificare cœperunt, ſi victi fuerint, & damnum opus prohibenti præſtabunt, qui cauſam dicere his de rebus coactus eſt. Omnem ſane hujuſmodi controverſiam tantum ex reſponſo judicii tuæ Magnitudinis judicari jubemus, neque alius quiſquam glorioſorum magiſtratuum audiat hanc cauſam: neve quis reus in ea militiæ utatur, aut fori præſcriptione; quo minus judicetur, aut condemnetur ad damna præſtanda, quæ glorioſiſſimi Præfecti urbis ſententia, aut judicis ab eo dati præſtare juſſus eſt. Sed exactionem condemnatus patiatur per officium tuæ Magnificentiæ; neque quiſquam hac in re præſcriptionem fori obiciat. Tua vero Magnitudo provideat; ne quis opifex, aut artifex, qui opus inchoaverit, id imperfectum relinquat: ſed eum, qui id inchoaverit, ac mercedem acceperit, cogat opus perficere; aut præſtare damnum, quod ex ea re evenerit domino ædificii, & quod paſſus eſt ob opus imperfectum. Sed ſi forte pauper ſit ille, qui ita deliquit; verberibus cæſus in exilium extra urbem mittatur. Neque vero alius ejuſdem artificii prohibeatur, quod ab alio cœptum eſt, perficere, quod ſcimus auſos fuiſſe quoſdam architectos adverſus Dominos ædificiorum: ut neque ipſi explerent, quæ cœperant ædificare, neque alios eadem opera perficere paterentur; ſed potius ut grave inde damnum ſentirent, qui ædificabant, operam dabant. Itaque qui recuſaverit, quod ab alio cœptum eſt, perficere ob eam tantum cauſam, quod alius id cœperit: ipſe quoque idem judicium patietur, quod is, qui opus imperfectum dereliquit.

XIII. Cum dubitaretur.
XIV. De operis (*b*) novi.

B. TIT.

(1) καὶ μὴ, quidam recte.
(1) σκοπῆσθαι.
(3) καταθεῖναι.
(4) ἔργον τελεσθῆναι, quidam.

(*a*) *De hac lib 7. Codicis titulo de appellationibus, & conſultationibus videndus Julianus Nov. 23. cap. 2. & Nov. 62. cap. 1.*

(b) *Titulus de operis novi nuntiatione neque in veteribus Latinis libris extat, neque in Græcis; ideo hæc Conſtitutio collocanda eſt ſub titulo de ædificiis privatis.*

B. η. T. ια.

Ἐκ τοῦ κατασοιχείου μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς γ. διατάξεως τοῦ ι α. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

ΜΗτε μοναχὸς μήτε ἕτερος τὶς ἐν δημοσίῳ τόπῳ ἢ ἐν ᾧ θέα ἐπιτελεῖται σαυρὸν ἐπιβαλλέτω ἢ λείψανον ἅγιον.

B. θ. T. μζ.

Ἐκ τοῦ κατασοιχείου μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς ιβ. διατάξεως τοῦ μ ζ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

ΜΗ δὲ παραξένοις τοῖς ἔξω ῥώμης οἰκοῦσι διαθέτεως ἀδελφότης σιωπάσθω κἂν τις ὡς ἀδελφος ἀπολειφθεὶς κληρονόμος γραφῇ, ἐκπιπτέτω τῆς κληρονομίας. ἡ θέσις μιμεῖσθαι ὀφείλει τὴν φύσιν, οὐδεὶς δὲ ἑαυτῷ γεννᾷ ἀδελφῷ.

B. θ. T. δ.

Ἐκ τῶν παρατίτλων μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς. ς. διατάξεως τοῦ τετάρτου τίτλου τοῦ. θ. βιβλίου τοῦ κώδικος ἧς ἡ ἀρχὴ οὐδενα.

Ο (1) θεοφιλέστατος κατὰ τόπον (2) ἐπίσκοπος μίαν ἑκάστης ἑβδομάδος ἡμέραν (3) ἢ τὴν τετράδην ἢ τὴν παρασκευὴν τὰς φυλακὰς (4) διερευνάτω.

Ἐκ τοῦ κατασοιχίου μέρος τῆς αὐτῆς διατάξεως.

Ο Κατασχεθεὶς μὴ ἐπὶ πολὺν χρόνον μενέτω ἐν τῇ φυλακῇ. χρὴ γὰρ αὐτὸν συντόμως ἀπολυθῆναι ἢ συντόμως τιμωρηθῆναι. κελεύομεν οὖν τὸν ὑπομνηματογραφον ἀφ᾽ οὗ ἐνεβλήθη τὶς ἐν τῇ φυλακῇ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἕως τριάκοντα ἡμερῶν προσφέρειν τῷ ἄρχοντι τὴν γνῶσιν τῶν ἐγκεκλεισμένων ἐν ᾗ δεῖ περιέχεσθαι καὶ τὴν ποιότητα τῶν ἁμαρτημάτων. εἰ δὲ μὴ ταῦτα γένηται ἡ μὲν τάξις κ. λιτρῶν χρυσίου προστιμωρηθήσεται ὁ δὲ ἄρχων ἐκπίπτων

(1) οἱ θεοφιλέστατοι. (2) ἐπίσκοποι.
(3) τὴν τετράδα. (4) διερευνάτωσαν.

LIB. VIII. TIT. XI.

DE OPERIBUS PUBLICIS.

Epitome Conſtit. III. ex indice Baſilicorum.

NEque monachus, neque alius quiſquam in loco publico, aut in eo, ubi ſpectaculum agitur, crucem, aut ſanctas reliquias ſtatuat.

IV. Prætoria.

LIB. IX. TIT. XLVII.

DE ADOPTIONIBUS.

Pars Epitomes Conſtit. XII. (a) ex indice Baſilicorum.

NE etiam a peregrinis, (*b*) qui extra urbem Romam habitant, fratres per adoptionem conſtituantur. Quod ſi quis ut frater heres relictus teſtamento eſt; amittat hereditatem. Adoptio enim naturam imitetur oportet: atqui nemo fratrem ſibi procreat.

LIB. IX. TIT. IV.

DE CUSTODIA REORUM.

(*c*) *VI. Conſtitutio, cujus initium erat* Neminem, *refertur a Græcis, eadem, ut arbitror, quæ XXII. De Epiſcopali audientia Juſtiniani ad Menam P. P. Græca relata eſt. Hujus autem epitomes pars refertur his verbis.*

REligioſiſſimus cujuſque regionis Epiſcopus aliquo uniuſcujuſque hebdomadis die quarta puta, aut ſexta feria carceres diligenter perſcrutetur.

Ex indice II. Baſilicorum pars ejuſdem Conſtitutionis, aut ejus epitomes, cujus verba poſtea reperi lib. LX. tit. XXXV. cap. XXI. & XXII. Baſilicorum, & animadverti partem priorem eſſe Epitomen Conſtit. V. Latinæ. Græcæ epitomes initium eſt Neminem.

QUI carcere tenetur, non multo tempore in cuſtodia maneat. Oportet enim eum aut cito abſolvi, aut cito puniri. Jubemus igitur Commentarienſem, poſteaquam injectus quis eſt in cuſtodiam, ſingulis diebus uſque ad trigeſimum cujuſque diem proferre magiſtratui indicem incluſorum, in quo qualitas etiam delictorum contineatur. Si vero hæc facta non ſint: cohors quidem viginti libris auri multetur, magiſtratus au-

[a] *Refert præter indicem Baſilicorum ordine litterarum, Joſeph. Tenedius in Prochiro littera* A. *vidend. Harmenop. lib. 4. t. 6. Prochiri.*

[b] παρὰ ξένοις, *quod verbum* hoſpites, & advenas *ſignificat; non male etiam* provinciales *hoc loco intelligi poſſent.*

[c] *Prior Epitome ſumpta eſt ex paratitlis lib. 1. tit. 3. & 4. Codicis, quæ ſunt in collectione conſtitutionum eccleſiaſticarum.*

πτων τῆς ἀξίας ι. χρυσίου λιτρῶν εἰς τοῖς ἡμετέροις. εἰσαχθήσεται θησαυροῖς. οὐδένα χρὴ ἐμβάλλεσθαι φυλακῇ χωρὶς κελεύσεως τῶν μεγάλων ἀρχόντων ἢ τῶν κατὰ τὸν τόπον ἐκδίκων. χρὴ δὲ τὸν ἐπίσκοπον κατὰ τετράδην ἢ παρασκευὴν ἐπισκέπτεσθαι τοὺς ἐν φυλακῇ διὰ τί ἐνεκλείσθησαν καὶ εἰ μὲν δοῦλοι εἰσὶν εἴσω (1) η. ἡμερῶν ἐκβάλλεσθαι αὐτοὺς ἢ σωφρονιζομένους καὶ τοῖς δεσπόταις παραδιδομένους ἢ ἐὰν μὴ φαίνηται ὁ δεσπότης ἀπολύειν αὐτούς. εἰ δὲ ἐλεύθεροι εἰσὶν ἐπὶ ἀταξίᾳ κατεχόμενοι παραχρῆμα κρίνειν αὐτοὺς ἢ ἐὰν ἄλλης δήποτε αἰτίας παρασχεῖν αὐτοὺς ἐγγυητάς. εἰ δὲ μὴ ἔχωσιν ἐγγυητὰς εἰ μὲν ἐπὶ ἐγκλήματι κατέχονται χωρὶς φόνου εὐτάχει αὐτοὺς κρίνεσθαι. εἰ δὲ κεφαλικόν ἐστὶ τὸ ἔγκλημα εἴσω λ. ἡμερῶν ἐὰν δὲ μετὰ χρεῖα πλείονος ὑπερθέσεως μηδαμοῦ παρέχοντος αἰτίαν τοῦ ἐγκεκλεισμένου δοθῆναι αὐτῷ ἐπὶ ἐξομοσίᾳ ἵνα τὸ ψῆφος γένηται κατ᾽ αὐτοῦ ἐὰν ἀπολειφθῇ. ἐὰν δὲ φόνου ἐστὶν εἰ μὲν ἀπὸ ἀναφορᾶς δημοσιευόντων εἴσω ἓξ μηνῶν κρίνεσθαι εἰδότων τῶν δημοσιευόντων ὅτι ἐὰν ψεύσωνται τῇ αὐτῇ ὑπόκεινται τιμωρίᾳ. εἰ δέ τις ἐγγραψάμενος αὐτῶν γέγονε τῆς ἐνοχῆς δίδωσθαι αὐτὸν ὑπὸ ἐγγύας ἢ ἐὰν μὴ εὐπορῇ ἐγγυητῶν μεῖναι μὲν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τέμνεσθαι δὲ τὴν δίκην ἐν τὸς ἐνιαυτοῦ. προλήψεος δὴ παρ᾽ αὐτοῦ γενομένης ὡς ὑπεύθυνος εἶναι αὐτὸν ἐν τῇ φρουρᾷ ἕως ὅτι περαιωθῇ ἡ δίκη. εἰ δὲ ἤδη ψῆφος γέγονε περὶ τῶν ἐγκεκλεισμένων ἐκβιβάζεσθαι αὐτὴν εἴτε σωματική ἐστιν εἴτε χρηματική.

autem cadat a dignitate, & decem auri libras noſtris theſauris inferat. Neminem oportet cuſtodiæ tradi, ſine juſſione magnorum Magiſtratuum, aut Defenſorum eorundem locorum. Epiſcopus vero (a) debet quarta, vel ſexta feria inquirere, qua de cauſa ſinguli incluſi ſint. Et ſi quidem ſervi ſint, intra viginti dies educantur; & caſtigati, ſi dominos habuerint, eis tradantur; aut ſi domini non appareant, abire permittantur. Si vero liberi fuerint: rei ſeditionis ſtatim judicentur: ſi alia de cauſa detinentur; fidejuſſores dent. Si eos non habeant; & de crimine accuſentur non [capitali nec] cædis [b]; cito judicentur. Si capitale [c] crimen eſt, intra triginta dies judicentur. Quod ſi res indiget majore dilatione; & vinctus non præbeat cauſam: dimittatur cum cautione juratoria; ita ut ſententia eo quoque abſente in eum feratur. Si vero de cæde [d] accuſetur: ſi quidem ex relatione publicorum accuſatorum; intra ſex menſes judicetur, ſcituris eiſdem, ſi falſa detulerint, eandem pœnam ſubituros eſſe. Si vero quis (ab aliis accuſatus) reus ſcriptus ſit (e); datis fidejuſſoribus liberetur. Si non habeat fidejuſſores: maneat in vinculis, & judicium intra annum finem accipiat. Quod ſi contra eum præſumptio fuerit, quod obnoxius ſit: maneat in cuſtodia, quoad cauſa terminetur. Si vero ſententia de cuſtodiis lata ſit, ſive in rem, ſive in perſonam, exequatur.

Additur in Baſilicis. [*f*]

SI pecuniaria pœna ſit, facultas conceditur bonis cedendi. Epiſcopi moneant Præſides, ut hæc ſervent, alioquin ipſi, & eorum officium decem libras inferent; & Epiſcopis liceat negligentiam Præſidum Principi deferre.

Ἐκ τοῦ Εὐσταθίου μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς αὐτῆς διατάξεως.

ΕΠὶ τῶν χρηματικῶν αἰτήσεων ὁ μὴ εὐπορῶν ἐγγυητὴν παρασχεῖν οὐκ ὀφείλει πλέον τῶν λ. ἡμερῶν μεῖναι ἐν τῇ φυλακῇ, εἰ δὲ χρεῖα ἐστὶ πλείονος ὑπερθέσεως ὀφείλει ἐξωμοσίᾳ καταπιστευθῆναι

Ex Euſtathio (*g*) *pars Epitomes ejuſdem Conſtitutionis.*

IN cauſis pecuniariis, qui non poteſt præbere fidejuſſorem, non debet ultra triginta dies in cuſtodia manere. Sed ſi opus eſt majore dilatione, ſub cautione juratoria dimittatur.

Καὶ πάλιν.

ΕΑΝ ἐξ ἀναφορᾶς δεμοσίων προσώπων ἐπὶ φόνῳ (2) κατενεχθῶσι τινὲς, οὐκ ὀφείλουσιν ἐγγυηταῖς (3) καταπιστευθῆναι ἀλλὰ βληθῆναι εἰς φυλακὴν (4) μέχρις ἑξαμήνου περαιουμένου τοῦ πράγματος. εἰ δὲ ὑπὸ ἰδιωτῶν (5) κατηγορηζῶσι δηλονότι μετὰ ἐγγράφων νομίμων, ὀφείλουσιν ἐγγύας διδόναι ἢ μένειν ἐν τῇ φυλακῇ ἕως ἐνιαυτοῦ τεμνομένου τοῦ πράγματος.

Alio loco.

SI ex relatione publicarum perſonarum propter cædem aliqui detineantur: non oportet eos fidejuſſoribus committere; ſed in cuſtodia teneri non ultra ſex menſes, intra quos cauſa terminetur. Quod ſi a privatis accuſantur, ſub legitima videlicet inſcriptione; fidejuſſores dare debent, aut annum in cuſtodia manere, quoad cauſa finem accipiat.

B. LIB.

(1) κ. (2) κατηνέχθησαν. alii κατεσχέθησαν.
(3) καταπιστεύεσθαι. (4) μέχρι ἓξ μηνῶν.
(5) κατηγορήθησαν.

[a] *Refert Euſtath. tit.* 3. *cap.* 5. & *tit.* 10. *cap.* 1. *de temporibus.*

[b] Non cædis, *Græce; ſed illud magis placet.*

[c] *Refert Euſtath. tit.* 11. *cap.* 5.

[d] *Refert idem tit.* 19. *cap.* 13. & 17. *cuius verba apertius declarant hoc caput; quamobrem ea poſtea retulimus.*

[e] ἐγγραψάμενος, *hoc eſt*, ſub inſcriptione a privatis accuſatus, *ex Euſtathio.*

[f] *Sumpſimus hæc ex interpretatione Jacobi Cuiacii lib.* 60. *tit.* 35. *cap.* 22. *qui Græca verba non edidit.* [g] *Dicto titulo* 11. & 19.

B. Θ. T. ε.

Ἐκ τῶν παρατίτλων μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς. β. διατάξεως τȣ̃. ε. τίτλȣ τȣ̃ αὐτȣ̃ βιβλίȣ ἧς ἡ ἀρχὴ ἰδιωτικὰς

ΕΑΝ τὶς (1) ἐμβληθῇ ἐν ἰδιωτικῇ φυλακῇ προνοίᾳ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἀφελέσθω παραχρῆμα τῆς φυλακῆς. [2] σημείωσαι ὅτι ῥᾳθυμȣμένȣ [3] τȣ́τȣ τȣ̃ πράγματος δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀναφέρειν τῷ κατὰ καιρὸν προεστῶτι τῶν θείων πριβάτων τȣ̃το γὰρ φησὶ μὴ ποιήσαντες ȣ̓ τὴν (4) παρὰ μόνην τὴν ȣ̓σίαν ἀλλὰ καὶ τὸν παρὰ τὴν σωτηρίαν αὐτὴν ὑποστήσονται κίνδυνον.

Ἐκ τȣ̃ θεοδώρȣ τȣ̃ ἑρμȣπολίτȣ ἐπιτομὴ τῆς αὐτῆς διατάξεως.

ΟΝόμος ȣ̓ βȣ́λεται ἰδιώτην ἔχειν φυλακὴν ἰδίαν, ἀλλὰ τὸν ἔχοντα κατά τινος ἀναγκάζει τοῖς ἄρχȣσι προσιέναι. κἀκεῖνοι εἰ συνείδοσι δίκαιον φυλακὴν γενέσθαι, ἐπιτρέπȣσι τȣ̃το. εἰ δὲ τȣ́τȣ μὴ φροντίσας, ὁ ἰδιώτης κατάσχῃ τὸν ἀντίδικον αὐτȣ̃ ἐν φιλακῇ ἰδίᾳ, ἀτιμώρητος ȣ̓κ ἔσαι. ἀλλὰ καὶ ἐπιτιμίῳ ὑποκείσεται. καὶ τοσαύτας ἡμέρας ἐν δημοσίᾳ φρȣρᾷ διάξει, ὅσας ἐποίησεν ὁ παρ' αὐτȣ̃ ἐγκληθεὶς ἰδιωτικῇ φυλακῇ ὁ ποίας καὶ εἴη τύχης ἐκπίπτων καὶ τῆς κατ' ἐκείνȣ ἀγωγῆς. δίδωσι δὲ ἄδειαν καὶ τοῖς ἐπισκόποις ἐκβάλλειν καὶ τȣ̀ς ἐμβαλλομένȣς ταῖς ἰδιωτικαῖς φυλακαῖς, καὶ τοῖς τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχȣσι ȣ̃ς τινας ἔρχονται. καὶ τῷ τῆς ἱεροσυλίας ὑποβ...ει ἐγκλήματι ἐὰν ῥᾳθυμήσωσιν, καὶ τȣ̀ς πρώτȣς της τάξεως αὐτῶν.

LIB. IX. TIT. V.

DE PRIVATIS CARCERIBUS INHIBENDIS.

(*a*) *II. Conſtitutio, cujus initium* Privatos, *ſimilis, ni fallor, XXIII. De Epiſcopali audientia in hanc ſententiam refertur.*

SI quis in privatum carcerem miſſus ſit; providentia religioſiſſimi Epiſcopi inde ſtatim auferatur. Significare quoque videtur hæc conſtitutio, ut ſi id negligatur; oporteat Epiſcopum Comiti Rerum Privatarum referre. Namque additur, qui non fecerint, non ſolum de omnibus bonis, ſed de ipſa etiam ſalute periclitaturos.

Ex Theodoro Hermopolita (*b*) *epitome ejuſdem Conſtitutionis.*

HÆC lex neminem privatum vult carcerem habere proprium. Sed eum, qui habet in aliquem paratum, cogit adire magiſtratus; eis enim permittentibus jure habere carcerem poterit. Si id negligens adverſarium in carcerem privatum immittat; non impunitus evadet. Sed pœnæ ſubjacebit; & tot dies in publica cuſtodia manebit, quot adverſarium in privato carcere tenuit; & cujuſcumque fortunæ fuerit, amiſſione ejus, & actionis in perſonam, quam vinxit, plectetur. Habeant etiam poteſtatem Epiſcopi educendi e carceribus privatis incluſos, & provinciarum Præſides in eorum provinciis: quod ſi facere neglexerint; ſacrilegii crimine ipſi Præſides, & eorum primi apparitores ſubiiciantur.

Sub titulo VI. Si reus, vel accuſator mortuus fuerit. *I. Conſtitutio Græca in Norico, & in veteri quodam libro deſideratur; in alio tamen libro ante titulum deeſſe Conſtitutionem notabatur. Fieri tamen poteſt, ut utroque loco deſit. Nam & video lib. LX. Baſilicorum titulo LVI. ante conſtitutiones, quæ ſub hoc titulo ſunt, eſſe unius conſtitutionis hanc ſententiam.* Si miles deſertor militiæ deceſſerit, ſolvitur crimen.

Sub titulo VIII. Ad legem Juliam Majeſtatis, non dubito VI. conſtitutionem deſiderari, in qua duo illa Pauli, & Martiani capita Latine relata eſſent; quæ in noſtris libris duæ conſtitutiones eſſe putantur. Sic apud Modeſtinum ſub titulo de excuſationibus lib. XXVII. Digeſtorum pleraque relata extant Latine, cum ipſe Græce cætera tradidiſſet. Videnda Epitome hujus Conſtitutionis lib. LX. tit. XXXVI. cap. ult. Baſilicorum.

B. Θ. T. ια.

Ἐκ τȣ̃ κωνσαντίνȣ τȣ̃ ἁρμενοπούλȣ ἡ ἐπιτομὴ τῆς δευτέρας διατάξεως τȣ̃ ια. τίτλȣ τȣ̃ θ. βιβλίȣ τȣ̃ κώδικος.

ΓΥνὴ μὴ ἔχȣσα ἄνδρα τῷ ἰδίῳ δȣ́λῳ μιγεῖσα, εἰ μὲν μὴ ἔχȣσα παῖδας τȣ̃το (5) διαπράξεται, τυπτέσθω

LIB. IX. TIT. XI.

DE MULIERIBUS,

Quæ ſe propriis ſervis junxerunt.

Epitome Conſtit. II. [*c*] *ex lib. LX. tit. XXXVII. Baſilicorum, & Conſtant. Harmenopol. lib. VI. tit. II. Prochiri.*

MUlier, quæ viro caret, ſi ſervo ſuo ſe conjunxerit; ſi quidem liberos non habeat, ver-

Tom. II. G g

(1) βληθῇ. (2) σημειωτέον. (3) τȣ̃.
(4) περὶ μόνην. (5) διαπράξηται.

(a) *Prior Epitome ſumpta eſt ex paratitlis lib.* 1. *tit.* 3. *&* 4. *Codicis, quorum antea mentionem fecimus.*

(b) *Lib.* 3. *tit.* 1. *cap.* 4. *Baſilicorum. Eandem ſententiam reperies lib.* 60. *tit.* 55. *cap.* 2. *Baſilicorum, & in indice ordine litterarum littera* Φ. *& apud Harmenop. lib.* 6. *tit.* 14. *Prochiri, & Mich. Ataliotam tit.* 35. *Prochiri, & Joſeph. Tenedium littera* Φ.

(c) *Referunt tres Imperat. tit.* 27. *c.* 43. *Prochiri, a quo ſumpſit Harmenop. lib.* 6. *tit.* 2.

θω καὶ κουρευέσθω, καὶ ὁ τοιοῦτος δοῦλος τυπτόμενος καὶ κουρευόμενος πιπρασκέσθω, καὶ ἡ τιμὴ αὐτοῦ εἰσκομιζέσθω. εἰ δὲ ἐπὶ παισὶ τοῦτο διαπραχθῇ καὶ ἡ ὑπόστασις (1) αὐτῆς πᾶσα κατὰ δεσποτείας τρόπον παραυτίκα τοῖς παισὶν ἀνεκποιήτως φυλαττέσθω, τῆς χρήσεως μόνης παρ' αὐτῇ μενούσης, καὶ ἡ τιμὴ δὲ τοῦ πραθέντος δούλου τοῖς παισὶν ἀνήκει.

verberetur, & tondeatur, & ſervus is verberatus, & tonſus vendatur, pretiumque ejus inferatur in publicum. Si vero liberos habuerit, cum id facinus admiſit: etiam bona ejus omnia jure dominii ſtatim liberis ſine ulla alienatione conſerventur, ſolo uſufructu apud eam manente, pretium quoque ſervi venditi ad liberos pertineat.

B. θ. T. ις.

Ἐκ τοῦ κατὰ στοιχεῖον ἡ ἐπιτομὴ τῆς δ. διατάξεως τοῦ ις. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

LIB. IX. TIT. XVI.

AD LEGEM CORNELIAM.

De ſicariis.

Sub hoc titulo videtur deeſſe Græca Conſtitutio poſt eam, quæ quarta (a) edita eſt, cujus initium eſt Si ut allegas, *quam ut tertiam videtur referre liber LX. Baſilicorum tit. XXXIX. ea vero, quæ in noſtris libris tertia eſt, omittitur. Ejus initium* Si quis percuſſorem. *Græcæ epitomen reperi in indice Baſilicorum ordine litterarum, & in eodem tit. XXXIX.*

Ἐξέστω παντὶ τὸν ἐν τοῖς ἀγροῖς νυκτὸς ἐπιόντα ἢ παρακαθήμενον τὰς ὁδοὺς καὶ οὕτως ἐπιβουλεύοντα τοῖς παροδεύουσιν ἀκινδύνως ἀναιρεῖν, κἂν στρατιώτης ἐστί. κρεῖττον γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις βοηθεῖν ἑαυτῷ ἢ μετὰ τὸ παθεῖν ἐπιζητεῖν ἑαυτῷ τὴν ἐκδίκησιν.

Liceat cuilibet nocturnum aggreſſorem in agris, vel viarum obſeſſorem, qui viatoribus inſidiatur, impune occidere, quamvis miles ſit. Præſtat enim (b) in his rebus ſibi conſulere, quam poſt damnum paſſum vindictam ſibi quærere.

V. Eum qui.

B. θ. T. ιη.

Ἐκ τοῦ κατὰ στοιχεῖον ἡ ἐπιτομὴ τῆς ι. διατάξεως τοῦ ιη. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

LIB. IX. TIT. XVIII.

DE MALEFICIS ET MATHEMATICIS.

Epitome Conſtit. IX. (c) ex indice Baſilicorum.

Οἱ μαθηματικοὶ (2) τὰς οἰκείας βίβλους ἐπ' ὄψεσι τῶν ἐπισκόπων καιέτωσαν. οὕτω τε τῇ ὀρθοδόξῳ θρησκείᾳ παραδιδόσθωσαν μηδεμίαν ἐπανόδου πρὸς τὴν οἰκείαν πλάνην ἐλπίδα φυλάττοντες μὴ ἀνεχόμενοι δὲ καὶ τῆς ῥώμης αὐτῆς, καὶ τῆς ἐν ἑκάστῃ πόλει διαγωγῆς ἐκβληθήσονται. εἰ γὰρ μετὰ ταῦτα ἢ ἐν πόλει φανῶσιν ἢ ταῖς αὐτῶν χρώμενοι διδασκαλίαις ἐξοριζέσθωσαν.

Mathematici ſuos libros in conſpectu Epiſcoporum comburant. Sicque catholicæ religioni tradantur, ut nullam revertendi ſpem ad eorum errores conſervent. Qui vero non abſtinuerint; & ab ipſa urbe Roma, & a converſatione in unaquaque alia expellantur. Nam ſi poſthac aut in urbe videantur, aut eorum diſciplinis utentur; exulabunt.

B. θ. T. κθ.

Ἐκ τοῦ κωνσταντίνου τοῦ ἁρμενοπούλου ἡ ἐπιτομὴ τῆς β. διατάξεως τοῦ κθ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

LIB. IX. TIT. XXIX.

DE CRIMINE SACRILEGII.

Inter primam, & ſecundam [d] Conſtitutionem hujus tituli relatam lib. LX. tit. XLV. Baſilicorum, additur epitome cujuſdam conſtitutionis, quam Græcam fuiſſe ſuſpicamur. Itaque ſecundam deſiderari opinamur: ejus epitomes verba ex Hermanopulo lib. II. tit. IX. Prochiri, & ex dicto titulo XLV. Baſilicorum retulimus.

Ὁ τὸν προσφεύγοντα εἰς τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν ἰδίᾳ χρώμενος αὐθεντίᾳ ἀποσπάσας, (3) τυπτόμενος καὶ κουρευόμενος ἐξοριζέσθω.

Qui confugientem ad ſanctam eccleſiam propria auctoritate abſtrahit: verberatus, & tonſus in exilium mittatur.

III. Diſputare.

B. LIB.

(1) αὐτῆς. (2) τὰς ἑαυτῶν. (3) διαιρόμενος.

[a] *Hanc exiſtimo eſſe epitomen conſtit. 1. Latinæ ſub titulo, quando liceat unicuique ſine judice ſe vindicare, & in confectione Baſilicorum inſertam fuiſſe hoc loco.*

[b] *Cicero pro Milone:* Silent enim leges inter arma; nec ſe ſpectari jubent: cum ei, qui ſpectare velit, ante injuſta pœna luenda ſit, quam juſta repetenda.

[c] *Refert Joſeph. Tenedius in Prochiro Litera* M.

[d] *Referunt tres Imp. tit. 27. cap. 7. Prochiri. Hujus nulla mentio fit in paratitlis lib. 1. tit. 12. Codicis in collectione eccleſiaſticarum conſtit. Vereor, ne non hæc adjecta ſint in confectione Baſilicorum, aut mutata pœna conſt. 6. d. tit. 12. cujus initium* Præſenti: *quod in aliis animadverti.*

B. θ. T. λϛ.

Ἐκ τοῦ κατὰ στοιχεῖον καὶ ἐκ τοῦ Ἁρμενοπούλου ἡ ἐπιτομὴ τῆς πρώτης διατάξεως τοῦ λϛ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

ΠΑΣ ὁ εὑρίσκων φλυαρίαν ἐσφραγισμένην ἢ ἀσφράγιστον καὶ μὴ παραχρῆμα καίων ἀλλ' ἀναγινώσκων, ὑποκείσθω τῇ τιμωρίᾳ ᾗ τινὶ ὑπέκειτο καὶ ὁ συντεθεικὼς τὴν φλυαρίαν.

B. θ. T. λζ.

Ἐκ τοῦ κατὰ στοιχεῖον μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς β. διατάξεως τοῦ λζ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

ΟΙ (1) ἀπελάται ἅπαξ μὲν τοῦτο (2) πλημμελοῦντες τυπτέσθωσαν, ἐκ δευτέρου δὲ διαπραττόμενοι ἐξορίζέσθωσαν. εἰ δὲ (3) καὶ τρίτον φωραθεῖεν (4) τὸ τοιοῦτο κατατολμῶντες χειροκοπείσθωσαν, τῆς (5) ἀπειλασθείσης ἀγέλης δηλονότι τῇ ἰδίᾳ δεσποτείᾳ παρ' αὐτῶν ἀποκαθισταμένης.

B. θ. T. μζ.

Ἐκ τῶν παρατίτλων μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς κϛ. διατάξεως τοῦ μζ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου ἧς ἡ ἀρχὴ θεσπίζομεν.

ΟΙ κατὰ τόπον ἐπίσκοποι φροντιζέτωσαν παραφυλαχθῆναι ἐπὶ τοῖς ἐξοριζομένοις διηνεκῶς ἢ ἐπί τινα χρόνον ῥητὸν τὰ προστεταγμένα τῇ διατάξει.

LIB. IX. TIT. XXXVI.

DE FAMOSIS LIBELLIS.

Ex lib. LX. tit. LXIII. Baſilicorum ante eam conſtitutionem, (a) quæ ſola ſub hoc titulo in Latinis libris reperitur, epitomen alterius conſtit. invenimus. Eandem apud Harmenop. lib. VI. tit. IX. & in indice Baſilicorum.

QUicumque invenit famoſum libellum ſignatum, vel non obſignatum, neque ſtatim eum igni tradit, ſed eum recitat: ſubjaceat eidem punitioni, cui ſubiicitur is, qui eum libellum compoſuit.

II. Si quis.

LIB. IX. TIT. XXXVII.

DE ABIGEIS.

Epitome Conſtit. II. (b) ex indice Baſilicorum.

ABigei ſemel id crimen committentes, verberentur, iterum patrantes exulent; ſi tertio idem facere auſi fuerint, manus eis abſcindantur, abacto videlicet grege domino reſtituto.

LIB. IX. TIT. XLVII.

DE PŒNIS.

Refertur a Græcis XXVI. (c) Conſtitutio, cujus initium eſt Sancimus, *in hanc ſententiam.*

CUram gerent cujuſque regionis Epiſcopi: ut hæc conſtitutio, quæ de in tempus, aut in perpetuum exulantibus diſponit; cuſtodiatur.

Ex lib. LX. tit. LI. cap. LXVI. Baſilicorum epitome ejuſdem Conſtitutionis, Jacobo Cujacio interprete.

COnſtitutio jubet; ut ne miſſi in exilium eis locis, in quæ miſſi ſunt, degant in cuſtodia, & ut ne quis relegetur in propugnaculum Gypſi, vel alia præſidia, (*d*) Sed ſi quidem morte dignum

(1) τὰς ἀλλοτρίας ἀγέλας οἱ ἀπελαύνοντες.
(2) ποιοῦντες. (3) καὶ τὸ τρίτον. (4) τοῦτο ποιοῦντες.
(5) ἀπελαθείσης.

[a] *Refert Theodorus Balſamon in ſcholio ad Photium tit. 9. cap. 36. Nomocan. vidend. Joſeph. Tenedius littera* x.

[b] *Eſt lib. 60. tit. 25. cap. 4. & in Prochiro trium Imperat. tit. 27. cap. 52. unde ſumpſit Harmenop. lib. 6. tit. 5. in fine, Mich. Ataliota tit. 55. Prochiri, Joſephus Tenedius littera* A. *Mihi tamen videtur in his pœnas fuiſſe in editione Baſilicorum immutatas.*

[c] *Prior epitome ſumpta eſt ex paratitlis lib. 1. tit. 3. Codicis, quæ ſunt in collectione Græca conſtit. eccleſiaſticarum.*

[d] *Hujus loci mentio fit N. 22. & 142. Authent. de nuptiis.* §. Quod autem. *& videtur inſulam ſignificare, in qua Gypſum effoderetur. Nam cum de iis, qui in metallum damnantur, verba faceret Juſtinianus d. Nov. 22. addidit,* quale hodie eſt in Prœconeſo, ſive Proconeſo (*utrumque enim legi in veteribus libris*) & in ea, quæ vocatur Gypſus. *Quæ etiam verba reperies lib. 28. tit. 4. cap. 46. Baſilicorum. Apud Stephanum inſula in Æthiopia eſt Gypſeis, quæ juxta Æthiopiam, quæ ſub Aegypto eſt, & in Arabico ſinu conſtituitur Ptolemæo, dicta ab eo Gypſitis; vel, ut in Græcis libris eſt mendoſe, ni fallor, Gythites. Eſt & Gypſara, vel Gypſaria portus in Mauritania Cæſarienſi, & in Arabia Petræa urbs Gypſaria eidem Ptolemæo; atque Præconneſus inſula in Propontide, quam Stephanus Proconeſum eppellat. Plinius ad extremum libri*

gnum ſit crimen, huic pœnæ ſubiiciatur; ſi exilio perpetuo, vel temporario; tum in exilium mittatur ita tamen, ut non jubeatur eſſe in cuſtodia eis locis, in quæ mittitur; ſed in provinciam eat, quam judex ſtatuerit, citra provincias, & civitates inferius exceptas, cum poteſtate verſandi in tota provincia, qua tamen exire nequeat, nec manens in ea quicquam ſeditioſe, & inciviliter agere, niſi velit ultimo ſupplicio affici a Præſide provinciæ, vel a Præſide illorum locorum, in quibus exulat. Et conjecti in carcerem, ut in Regia urbe, in eo non ſint ſupra conſtitutum jam tempus in ſuperiori titulo de cuſtodiis, (a) & ſimili modo in provinciis; ut compendio criminum cauſæ finiantur, & reus, ſi dignus exilio, damnetur; non in cuſtodiam, ſed in provinciam, quæ non ſit ex prohibitis, ea lege, ut ultimo ſupplicio afficiatur, ſi provincia exceſſerit, vel ibi inciviliter quid admiſerit. Magiſtratus autem Alexandriæ, & Thebaidos ſolos jubet in Gypſum, & in Oaſin mittere, (b) vel in ſex menſes, vel ad ſummum in annum. Quod ſi perpetuum ſit exilium, neque in Gypſum mittere, neque in Oaſin, neque in cuſtodiam alterius provinciæ; ſed, ut dictum eſt, in provinciam integram ea condicione, ut ſi quid deliquerint, vel ſi exceſſerint juſſa Præſidum, qui miſerunt; ultimo ſupplicio afficiantur. Jubet autem officiales cujuſque judicii hujus legis commonefacere Præſides; nec quemquam detinere ultra relegationis tempus, ſed ſtatim dimittere ſine damno, & mora; & eum, qui quid auſus fuerit accipere, quadruplum reddere. Prohibentur vero Præſides relegare in provincias, & civitates conſtitutioni ſubjectas (c).

B. θ. T. μθ.

Ἐκ τοῦ ἀττατθείου μέρους τῆς ἐπιτομῆς τῆς ια. διατάξεως τοῦ μθ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

ΟΙ ἔχοντες πράγματα τοῦ κατακριθέντος ἐπὶ τυραννίδι ἐν τῇ βασιλίδι πόλει εἴσω δύο μηνῶν καὶ εἴσω ὀκτὼ ἐν ταῖς ἐπαρχείαις ὀφείλουσι καταμηνύσαι (1) ἐπεί τοιγε μετὰ τῶν πραγμάτων τὸ τετραπλάσιον παρέχουσιν.

Ex

(1) εἴπειτα.

LIB. IX. TIT. XLIX.

DE BONIS PROSCRIPTORUM, SEU DAMNATORUM.

Pars epitomes Conſtit. XI. (d)

QUI bona damnati affectatæ tyrannidis (e) habent, in Regia urbe, intra duos menſes; in provinciis, intra octo denuntiare debent: ne poſtea bona, & quadruplum reſtituant.

Ali-

libri quinti ait, inſulam eſſe in Propontide ante Cizicum Elaphonneſum, unde Cizicenum marmor, eandem Neurin, & Proconneſum dictam. Ex hoc loco Plinii apparet marmor effodi, aut cædi, Proconnenſi, ut in latomiis Syracuſis, & aliis locis.

(a) *Hæc verba non ad proximum titulum referuntur; eſt enim quartus hujus libri titulus de cuſtodia reorum in Cod. Juſtiniani, & in Baſilicis 35. lib. 60. ſed intellige ſuperiorem longo intervallo.*

(b) *Græcus interpres Baſilicorum Oaſin locum eſſe ait in Ægypto Nilo circundatum culicibus & muſcis infeſtum relegatis; in eumque Magnum Athanaſium relegatum fuiſſe ab Imp. Conſtantio. Ulpian. cap. 7. de interdictis, & relegatis*: Eſt quoddam genus quaſi in inſulam relegationis in provincia Ægypto in Oaſin relegare. *Quod verbum una littera addita mendoſum eſt in Pand. Florent. eſt enim* in O aſin. *Unde Oaſenam deportationem appellant Honorius, & Theodoſius conſtit. ſingulari de Nili aggerib. lib. 9. tit. 32. Codicis Theodoſiani, quod verbum dedita opera, an caſu omiſſum eſt ſub eod. titulo lib. 9. Codicis Juſtiniani. Oaſam mendoſe ſcriptum bis reperio apud Hieronymum in vita Hilarionis in editione Romana cæteroquin elegantiſſima. Mendoſe idem nomen ſcriptum eſt in fine voluminis Chalcedonenſis concilii, dum Petrum quendam Antiochenum pſeudo Epiſcopum a Leone Imp. fuiſſe Ooſam, ſive Oaſam deportatum refertur. At Liberatus Carthaginenſis diaconus in Breviario de Neſtorianis cap. 6. in fine, quod ſecundo volumine conciliorum extat, refert Socratem affirmare Neſtorium Oaſim miſſum in exilium. Longum eſſet referre, quæ ſinguli hiſtorici de eodem oppido ſcripſerint, Theodoritus, Socrates, Sozomenus, Evagrius, Zonaras, Nicephorus, Anaſtaſius, in eccleſiaſtica hiſtoria, & Procopius lib. 1. belli Perſici.* Apud hos Oaſis parvi oppidi nomen, & deſerti cujuſdam in Ægypto eſt. *Ptolemæus lib. 4. cap. 5. de Marmarica, & Ægypto diſſerens, in Oaſitis Oaſin parvam, & Oaſin magnam ſtatuit. In quibuſdam tamen libris* Oaſſis *ſcriptum eſt.*

(c) *Quænam hæ fuerint, incertum eſt.*

(d) *Prior epitome ſumpta eſt ex Euſtathio de temporibus, altera ex indice Baſilicorum ordine litterarum.*

(e) *Perduellionis potius, quam majeſtatis, ſi veterum Romanorum memoriam repetamus. In declamationibus ex Græcorum more affectatæ tyrannidis.*

Ἐκ τοῦ κατασοιχείου ἕτερα ἐπιτομὴ τῆς αὐτῆς διατάξεως.

ΕΑν τις ὡς ἐπὶ (1) τυραννίδος ἐλεγχθεὶς δήμευσιν (2) ὑπομείνῃ οἱ μὲν ἔχοντες (3) αὐτοῦ πράγματα καὶ διάγοντες ἐν τῇ βασιλίδι πόλει εἴσω δύο μηνῶν ὀφείλουσιν αὐτὰ (4) προσαγγέλειν. (5) εἰ δὲ μὴ διάγοντες ἐν αὐτῇ εἴσω ὀκτὼ μηνῶν. εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσουσιν μετὰ τῶν πραγμάτων τὸ (6) τετραπλοῦν παρέχουσι.

B. ι. T α.

Ἐκ τοῦ νς. βιβλίου τῶν βασιλικῶν μέρος τῆς ια. διτάξεως τοῦ α. τίτλου τοῦ ι. βιβλίου τοῦ κώδικος.

ΠΑσα δημοσία δίκη ἐντὸς ἓξ μηνῶν μετὰ τὴν προκάταρξιν μετρουμένων πληρούσθω, εἰ μὴ ἄρα συμβῇ κατὰ τὸ ἀναγκαῖον ἢ πρόσωπα ἢ δικαιώματα τινὰ ἕτερα ἐξ ἐπαρχιῶν ἀχθῆναι κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν ἢ αὐτοὶ οἱ ἐναγόμενοι τὴν αἰτίαν ὑπερθέσεως παράσχωσιν ὡς ἀπαράσκευοι.

Ἐκ τοῦ Εὐσαθίου περὶ χρονικῶν διαστημάτων μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς αὐτῆς διατάξεως.

ΠΑσα φισκαλία δίκη ἤτοι τοῦ δημοσίου ταμιείου εἴσω ἓξ μηνῶν μετὰ τὴν προκάταρξιν περαιούσθω, εἰμὴ ἄρα ὑπέρθεσις ἀναγκαία ἐστὶν. ὡς βιβλίου ι. τοῦ κώδικος τίτλου. α. διατ. ια. τῶν δὲ βασιλικῶν βιβλίου. νς. τίτλου. β. κεφάλαιον τελευταῖον.

B. ι. T. β.

Ἐκ τῶν παρατίτλων μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς. ι. διατάξεως τοῦ. θ. ἤτοι. β. τίτλου τοῦ. ι. βιβλίου τοῦ κώδικος ἧς ἡ ἀρχὴ θεσπίζομεν.

ΣΗμείωσαι ὅτι ὁ βουλευτὴς καὶ ὁ ταξεώτης δύνανται γίνεσθαι κληρικοὶ κἂν δημόσια χρεωστῶσιν, ἑτέρῳ δὲ λόγῳ ὅτι τολμηρῶς καὶ ῥιψοκινδύνως ἔῤῥωται ἡ ἐπὶ τούτοις χειροτονία.

B. ι. T. γ.

Ἐκ τοῦ ἀδήλου ἤτοι ἐκ τῶν βασιλικῶν ἡ διάταξις ζ. τοῦ γ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.
Αὐτοκράτωρ Ζήνων. *

ΕΑΝ δημευθεύτος τινὸς ἡ οὐσία πιπράσκεται ἔξεστι καὶ τῷ κόμιτι τῶν ἰδιοκτήτων τοῦ βασιλέως καὶ

(1) τυραννίδι. (2) ὑποστῇ. (3) αὐτοῦ τὰ.
(4) προσαγγεῖλαι. (5) οἱ δὲ. (6) τετραπλάσιον.

Aliter.

SI quis (*a*) affectatæ tyrannidis accuſatus publicationem ſuſtinuit: qui ejus bona obtinent, & intra Regiam urbem ſunt, intra duos menſes debent ea denuntiare: qui extra eam ſunt, intra menſes octo. Si qui id non egerint, quadruplum cum ipſis bonis præbebunt.

LIB. X. TIT. I.
DE JURE FISCI.

Pars undecimæ Conſtitutionis (b) ex lib. LVI. Baſilicorum.

OMnis publica actio intra ſex menſes poſt litis conteſtationem peragatur; niſi forte contingat, ut ſit neceſſe, vel perſonas, vel inſtrumenta quædam ex provinciis accerſiri in Regiam urbem, aut ſi ipſimet, qui conveniuntur, cauſam dilationis præbeant, utpote ſi ſe imparatos dixerint.

Pars epitomes ejuſdem Conſtitutionis, ex Euſtathio de temporibus.

OMnis fiſcalis actio, ſive ærarii publici, intra ſex menſes poſt conteſtationem finem accipiat, ni forte dilatio neceſſaria fuerit.

LIB. X. TIT. II.
DE CONVENIENDIS FISCI DEBITORIBUS.

Refertur a Græcis (c) X. conſtitutio tituli IX. ſed ipſe huic titulo magis convenire crediderim. Hujus initium eſt Sancimus. *Cujus epitome infra ſcribitur.*

VUlt hæc conſtitutio curialem, & cohortalem poſſe clericos fieri, quamvis fiſci debitores ſint. Et alio loco dicitur, audacter, & ſine periculo valere hujuſmodi ordinationem.

LIB. X. TIT. III.
DE FIDE,

Et jure haſtæ fiſcalis, & de adjectionibus.
VII. Imp. Zeno. A. *

SI alicujus bona publicentur, atque vendantur, licet tam Comiti rerum privatarum Auguſti, quam

(a) *Eſt lib. 60. tit. 52. cap. ult. Baſilicor. & refert Mich. Ataliota tit. 35. Prochir. & Joſeph. Tenedius litteris* Δ, *&* Τ.

(b) *Horum trium poſtremorum librorum Græcas conſtitutiones ſumpſimus ex libris Jac. Cujacii, paucis exceptis, quarum mentionem faciemus.*

(c) *Id reperies in paratitlis lib.* 1. *tit.* 3. *Codicis in collectione conſtit. eccleſiaſticarum.*

καὶ τῇ σχολῇ τῶν παλατίνων καὶ τῷ τοῦ δημοσίου συνηγόρῳ ἀγοράζειν τινὰ πράγματα ἐκ ταύτης τῆς οὐσίας μηδενὸς διαβάλλοντος τὸ συνάλλαγμα. PP. III. Kal. Aug. Poſt. Conſ. *

B. ι. T. ια.

Ἐκ τῶν βασιλικῶν μέρος τῆς διατάξεως ζ. τοῦ ια. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

ΟΥτε οἰκέτῃ οὔτε ἐλευθέρῳ ἔξεστι καταμηνύειν ὅθεν μηδεὶς ἀλλαβείσθω μήτε θάνατον μήτε οὐσίας ἀφαίρεσιν. εἰ δέ τις ἢ ἄλλως πῶς καταμηνύσει τινὰ ἢ ὡς εὑρόντα θησαυρὸν διαβαλεῖ, οἰκέτης μὲν ὢν παραχρῆμα διδόσθω πυρί, καὶ μάλιστα εἰ τοῦ δεσπότου κατηγορεῖ, ἐλεύθερος δὲ ὑπάρχων καὶ τῆς οὐσίας ἐκπίπτων καὶ τῆς πολιτείας ἔξω τῶν ὅρων τῆς ῥωμαϊκῆς γινέσθω βασιλείας.

Ἐκ τοῦ ρδ. κεφαλαίου τοῦ α. τίτλου τοῦ ϛ. βιβλίου τῶν βασιλικῶν ὡς Θεόδωρος φησί, μέρος τῆς αὐτῆς διατάξεως.

ΜΗτε ὁ κόμης (1) τῆς ἰδικῆς περιουσίας, μήτε τις ἕτερος τῶν ἐν κωνσταντινουπόλει ἢ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἀρχόντων τὸν περὶ (2) θησαυροῦ καταμηνύοντα (3) προσδεχέσθω. εἰ δὲ περί τινος ἑτέρου φισκαλίου προσαγγέλει ὑπὸ ἐγγύην εὐθὺς οὐχ ἧττον. ε. λιτρῶν γινέσθω. καὶ μὴ δέ τις σφραγὶς ἢ (4) ἀναγραφὸς, ἢ καινισμὸς ὁ τυχὼν ἐπὶ τοῖς προσαγγελθεῖσι προσερχέσθω πράγμασι πρὸ διακρίσεως ἐγγράφου.

Ἐκ τοῦ ζ. τίτλου τοῦ ϛ. βιβλίου τῶν αὐτῶν μέρος τῆς διατάξεως η. τοῦ αὐτοῦ τίτλου, ἤτοι ἐπιτομὴ τῆς αὐτῆς

ΜΗ ἐξέστω τοῖς τοῦ δημοσίου συνηγόροις λέγειν ὡς περιηχήθησαν τινὰ κατέχειν δημόσια, καὶ διὰ ταύτης τῆς ἀφανοῦς κατηγορίας ἐπιβουλεύειν ἑτέροις, ἀλλὰ καὶ ὁ καταμηνυτὴς παρέστω, καὶ ἡ ποιότης αὐτοῦ σκοπείσθω, καὶ μηδὲ υἱὸς πατέρα ἢ μητέρα, ἢ ἀπελεύθερος πάτρωνα ἐπὶ δημοσίοις καταμηνυέτω, μηδὲ ὁ ἐξορίαν ὑπομείνας, ἢ ἐπὶ συκοφαντίᾳ κατακριθεὶς, ἢ πληγὰς παρὰ τοῦ ἄρχοντος δεξάμενος. μηδὲ ἕτερον πρόσωπον ἀπὸ νόμου εἰργόμενον ἀκουέσθω. οἰκέτης δὲ ἢ ἐπὶ δημοσίᾳ αἰτίᾳ ἢ ἐπὶ ἄλλῃ τινὶ τοῦ δεσπότου κατηγορῶν ἐν αὐτῷ τὸ φθέγγεσθαι τὴν κατηγορίαν ἀποτεμνέσθω, εἰ καὶ ἀληθεύει κατὰ τοῦ δεσπότου. καὶ ἡ σχολὴ δὲ τῶν παλατίνων ἐὰν καταμηνύσῃ τινὸς (μόνη γὰρ αὕτη καὶ δύναται καταμηνύειν καὶ ἀναγκάζεται) ἢ καὶ ἕτερος ὁ ἐκ τοῦ νόμου συγχωρούμενος μνημονευέτω τοῦ καταμηνύοντος ὁ τοῦ δημοσίου προεστὼς καὶ εἰ μὲν ἐπὶ τῆς βασιλίδος πόλεως ἐστὶν ὁ καταμηνυθεὶς ἐκ διαλαλιᾶς τοῦ κόμητος τῶν ἰδικῶν ὑπομιμνησκέσθω καὶ μηδὲν πλέον πάσῃ τῇ τῶν παλατίνων σχολῇ καὶ τῷ κατὰ καιρὸν πριμι-

(1) τῶν πριβάτων.
(2) καταμηνυόντων.
(3) προσδέχεσθαι.
(4) ἀναγραφή.

quam ſcholæ Palatinorum, quam etiam fiſci advocato emere aliquas res ex eadem auctione; iſque contractus a nemine calumnietur. Propoſ. III. Kal. Aug. Poſt. Conſul. *

LIB. X. TIT. XI.

DE DELATORIBUS.

Pars Conſtit. VII. ſive epitomes, ex Baſilicis.

NEque ſervo, neque libero homini liceat deferre id, ex quo quiſquam aut mortem, aut bonorum ſuorum amiſſionem pertimeſcat. Quod ſi quis aliter fecerit, vel ſi proptereaquod theſaurum invenerit, deferat quemquam, ſervus quidem ſtatim igni tradatur, maxime ſi dominum ſuum detulerit: liber autem homo bonis ademptis, & civitate emiſſa extra fines Romani imperii abeat.

Ejuſdem Conſtit. pars, ſive alterius, quæ ſub hoc, aut alio titulo Græca deeſt.

NEque Comes (*a*) rerum privatarum, neque quiſquam alius Conſtantinopolitanus, aut provincialis magiſtratus delatorem theſauri ſuſcipiat. Si vero de aliqua alia re fiſcali renuntiet, fidejuſſorem ſtatim non minoris quinque librarum æſtimationis det. Nullum quoque ſigillum, aut deſcriptio, aut innovatio quævis de rebus denuntiatis fiat, ante adjudicationem conſcriptam.

Pars VIII. Conſtit. ſive ejus epitomes, ex Baſilicis.

NE liceat advocatis fiſci dicere ſibi eſſe relatum, detinere quemquam bona ad fiſcum pertinentia, & propter hanc occultam accuſationem inſidias aliis agere. Sed delator adſit, ejuſque qualitas conſideretur; & neque filius patrem, vel matrem, aut libertus patronum de rebus fiſcalibus deferat: neque exilium paſſus, aut calumniæ cauſa damnatus, aut fuſtibus a magiſtratu cæſus, aut alius a jure prohibitus audiatur. Servus autem (*b*) ſive in fiſcali cauſa, ſive in alia qualibet dominum accuſaverit: ejus vox in ipſa accuſationis oratione opprimatur, etiam ſi vera contra dominum detulerit. Schola vero Palatinorum, quæ ſola & poteſt, & cogitur delationes facere; aut is, cui a jure permittitur, ſi quemquam deferat; patronus fiſci delatoris meminerit. Atque ſi eſt in urbe Regia is, qui delatus eſt, ex decreto Comitis rerum privatarum conveniatur: neque amplius quattuor nummis toti Palatinorum ſcholæ, & pro tempore Primicerio, atque fi-

[a] *Ex Theod. Hermapolita lib. 6. tit. 1. c.* 104. *Baſilicor. & ex indice eorundem littera* K.

[b] *Refertur ab eodem indice Baſilicorum dicta littera* K.

μικηρίῳ καὶ τοῖς τοῦ δημοσίου συνηγόροις διδότω τῶν τεσσάρων νομισμάτων μήτε ὑπὲρ τῆς ὑπομνήσεως μήτε ὑπὲρ προβολῆς τοῦ ἐντολέως καθ' ἑκάστην δὲ διάγνωσιν τὰ νεμομισμένα δαπανήματα ἐν τῷ εἰρημένῳ δικαστηρίῳ παρεχέτω, καὶ ὑπὲρ τῆς διγνώσεως αὐτῆς καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν πεπραγμένων ἐκλήψεως καὶ ἀνεύθυνος μὲν ὢν ἀπαλλαττέσθω τῆς δίκης. εἰ δὲ ὑπεύθυνος φανείη μὴ αὐτὰ μόνα ἅπερ ἔχων εὑρίσκεται πράγματα, ἢ τὸ χρέος ὅπερ ἐχρεώστει ἀποδιδότω ἀλλὰ καὶ τὰ σύμβαντα τῷ ταμείῳ δαπανήματα ἐν (1) διπλασίων διδότω ὑπὲρ ὧ μάτην ἐδικάσατο. ἐὰν δὲ πράγματα μόνα καταμηνύεται ὡς διαφέροντα τῷ ἱερωτάτῳ ταμείῳ ἀγνοεῖται δὲ ὁ ταῦτα διακρατῶν καὶ ἐν τῇ βασιλίδι πόλει τὰ πράγματα ἢ ὑπὸ τὴν αὐτῆς ἐνορίαν (2) ἢ ἀκινήτοις μὲν ἔστιν αὐτοῖς μὴ ἐπιβαλλέτω τίτλους (3) ἢ χολὴ τῶν παλατίνων, μήτε ἐπιβαινέτω αὐτοῖς. ἀλλὰ προγράμματα προτιθέτω ὁ κόμης τῶν ἰδιοκτήτων τοῦ βασιλέως ἐν τοῖς περιφανέσι τόποις τῆς βασιλίδος καὶ ἐν οἷς τὰ πράγματα διάκειται, ἐπιτρέπων ἑκάστῳ ἀντιποιουμένῳ τούτων τῶν πραγμάτων εἴσω τριάκοντα ἡμερῶν καταλαμβάνειν τὸ αὐτοῦ δικαστήριον, καὶ συνίστασθαι τοῖς ἑαυτοῦ δικαίοις ἐπὶ ταῖς εἰρημέναις δαπάναις εἴτε αὐτὸς ὁ κατέχων τὰ πράγματα βούλεται ἀπαντῆσαι, εἴτε φίλος αὐτοῦ εἴτε οἰκέτης, εἴτε ἀπελεύθερος ὅταν ἄπεστιν ὁ τῇ ἀληθείᾳ ταῦτα κατέχων πληρουμένων καὶ ἐπὶ αὐτῷ πάντων ὅσα περὶ τοῦ φύλακος τῆς νομῆς νενομοθέτηται. ἐὰν δὲ μήτε αὐτὸς ὁ τῆς ὑποθέσεως κύριος, μήτε ἐντολεὺς αὐτοῦ (4) νεμόμενος, μήτε φύλαξ τῆς νομῆς φανείη εἴσω τριάκοντα ἡμερῶν καὶ τοῦτο αὐτὸ γένηται δῆλον ἐν ὑπομνήμασι γινέσθω μὲν ἐπὶ νομῆς τῶν πραγμάτων τὸ ταμεῖον μηδενὸς προκρίματος ἐπαγομένου τῷ κυρίῳ τῶν πραγμάτων ἐν ταῖς ἁρμοζούσαις αὐτῷ περὶ τούτων δικαιολογίαις. εἰ δὲ κινητὰ ἢ αὐτοκίνητα εἴη τὰ καταγγελθέντα πράγματα, μηδὲ ταῦτα κατεχέτω τις προπετῶς ἀλλ' ἀναζητείσθω ὁ ταῦτα νεμόμενος καὶ ὑπομνησθεὶς ἀγωνιζέσθω τὴν δίκην ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις δαπανήμασι καὶ ὅροις διὰ δὲ πάντων τῶν ἐννόμων τρόπων καὶ ἀποδείξεων ἐγγράφων καὶ ἀγράφων ἀνερευνάσθω τὰ πράγματα καὶ διὰ τῶν δυναμένων εἰδέναι τὸ ἀληθὲς προσώπων, εἰδότος τοῦ ἐναγομένου ὡς ἐὰν ἡττηθῇ οὐ μόνον τὰ περὶ τὴν δίκην γινόμενα δαπανήματα ἀπαιτηθήσεται ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ πράγματα παρ' αὐτῷ φανέντα καὶ τὴν τούτων διατίμησιν. ταῦτα καθόλου περὶ τῶν δημοσίων πραγμάτων ἡ διάταξις νομοθετήσασα ἐπιφέρει λοιπὸν ἰδικὴν νομοθεσίαν περὶ τῶν διὰ τυραννίδα δημευομένων λέγουσα τοὺς ἐπὶ τούτοις καταμηνύοντα μηδὲ μηνυτὴν καλεῖσθαι, ἀλλὰ ἑτοίμως προσέχεσθαι, καὶ εἰ μὲν συκοφαντήσωσιν οἱ προσαγγείλαντες ὁμοίως τοῖς ἄλλοις μηνυταῖς αὐτοὺς τιμωρεῖσθαι. ἐὰν δὲ διελέγξωσι τὰ μηνυθέντα μὴ μόνον ἀπαλλάττεσθαι τῆς τιμωρίας ἀλλὰ καὶ ὀγδόην μοῖραν τῶν προσαγγελθέντων πραγμάτων αὐτοὺς κομιεῖσθαι, τοὺς δὲ καταγγελθέντας ἐὰν μὲν τὰ παρ' αὐτῶν κατεχόμενα πράγματα ἤτοι ἡ οὐσία πᾶσα ἐλάττων εἴη τῶν πεντήκοντα τοῦ χρυσίου λιτρῶν πρὸς τὴν διατίμησιν αὐτῶν τὰς ἐγγύας διδόναι. εἰ δὲ ὑπερβαίνει τὰς πεντήκοντα λίτρας ἄχρι μὲν τῶν πεντήκοντα παρέχειν καὶ αὐτοὺς τὰς ἐγγύας, ἐπὶ δὲ τῇ λοι-

(1) διπλασίῳ. (2) εἰ ἀκινήτοις.
(3) ἡ σχολή. (4) νεμομένου forte.

fiſci advocatis pro citatione, aut pro comparatione procuratoris exſolvat. Sed in ſingulis cognitionibus conſtitutas expenſas in jam dicto judicio præbeat, tam pro ipſa cognitione, quam pro actorum conſcriptione. Quod ſi innocens ſit, abſolvatur a petitione: ſi vero obnoxius eſſe videatur; non ea ſolum, quæ habeat, aut debitum, quod debeat, exſolvat; ſed etiam ſumptus, quos fiſcum feciſſe contigerit, in duplum auctos reſtituat, ex quo temere litem ſuſcepit. Si vero ſolum bona deferantur, ut ad ſacrum ærarium pertinentia; & ignoretur eorum poſſeſſor; ſint tamen ea intra Regiam urbem, aut in ſuburbanis; ſi quidem immobilia fuerint, non eis titulos ſchola Palatinorum imponat, neve ea occupet: ſed Comes rerum privatarum Auguſti edita in celebrioribus Regiæ urbis locis proponat, & ubi ea conſiſtunt, quibus permittat cuicumque contradicturo de his rebus intra triginta dies (*a*) ſuſcipere apud ſe judicium, & cum ſuis rationibus comparere, expenſas ſolvendo ſupra dictas: ſive ipſe poſſeſſor bonorum ſit, qui velit ſe opponere, ſive amicus ipſius, aut ſervus, vel libertus, cum abeſt is, qui vere ea bona poſſidet, ea quoque in hoc negotio peragantur, quæ de cuſtode poſſeſſionis conſtituta ſunt. Si vero neque ipſe dominus rei, neque procurator poſſidentis, neque cuſtos poſſeſſionis intra triginta dies appareat, idque actis expreſſum ſit, in poſſeſſionem mittatur fiſcus eorum bonorum ſine præjudicio domini in eis, quæ ipſi competunt, actionibus. Si vero bona delata mobilia, aut ſe moventia fuerint; non temere ea apprehendantur: ſed prius perquiratur eorum poſſeſſor, iſque conveniatur, & litiget expenſas ſolvendo jam dictas, aliaque ſupra ſcripta ſervando. At qui omnibus legitimis modis & probationibus ſcriptis, & non ſcriptis diſcutiatur de his rebus: & qui ſcire quidquam poſſunt, examinentur. Sciat vero is, qui convenitur, ſe, ſi ſuccubuerit, non ſolum ſumptus in eo judicio factos ſoluturum, ſed & illa, quæ apud ipſum reperiantur, reſtituturum; & eorum adjecturum æſtimationem. Hæc cum generaliter de rebus fiſcalibus conſtitutio ſtatuiſſet, propriam deinceps ſanctionem de publicatis ob crimen læſæ majeſtatis decernit. Ut de eo crimine renuntians nullo pacto delator appelletur, ſed recte ſuſcipiatur, & ſi quidem hi nuntiatores calumniati fuerint, ut cæteri delatores puniantur; ſi vero vicerint in delatione, non ſolum pœna careant, ſed etiam octavam partem [*b*] bonorum, delatorum accipiant. Delati autem, ſi res ab eis poſſeſſa, vel eorum facultates minores quinquaginta auri libris æſtimabitur; ejus quantitatis quæcumque fuerit, fidejuſſores dabunt: ſi vero excedent eam ſummam; uſque ad quinquaginta eaſdem libras nihilominus dabunt fidejuſſores: pro reliqua autem quantitate

[a] *Refert Euſtathius tit. 3. cap. 13. de temporibus.*

[b] *Refert index Baſilicorum ordine litterar. & Joſeph. Tenedius littera* M.

λοιπῇ ποσότητι διομνύσθαι προστιθέντας ἐν τῇ ἐξωμοσίᾳ ὡς προσεδρεύσωσι τῷ δικαστηρίῳ αὐτοὶ ἢ οἱ τούτων ἐντολεῖς καὶ οὐκ ἀπολειφθήσονται τοῦ δικαστηρίου τῶν θείων ἰδικῶν τοῦ βασιλέως, ἐὰν δὲ μετὰ τὴν ἐξωμοσίαν ἀπολειφθέντες τρίτον κληθεῖεν ἑκάστης κλήσεως ὑπὲρ δέκα ἡμέρας γενομένης, γένηται δὲ καὶ τρία κατ' αὐτῶν κηρύγματα, καὶ μήτε οὕτως φανεῖεν αὐτοὶ ἢ οἱ ἐντολεῖς αὐτῶν ἢ διεκδικηταὶ ἐπιβαινέτω μὲν τοῖς πράγμασι τὸ ἱερώτατον ταμεῖον φυλάττεσθαι δὲ τὸ ἀπόκριτον τοῖς ἀπολιμπανομένοις. εἰ δὲ τὰ προσαγγελθέντα πράγματα ἐν ἐπαρχίᾳ διάκεινται καὶ ἢ ἀφ' ἑαυτοῦ κινούμενος ὁ τῆς ἐπαρχίας ἄρχων ἢ ἐκ προστάξεως τοῦ κόμιτος τῶν ἰδικῶν τοῦ βασιλέως ἐξετάζει τὴν ὑπόθεσιν μηδὲν ταραχῶδες μηδὲ βίαιον γινέσθω, ἀλλὰ τὰ μὲν δαπανήματα τῆς δίκης εἰς τὸ τρίτον μέρος τῶν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει γινομένων παρεχέσθω. ἕκαστος δὲ προσαγγέλλων ἢ τῷ κόμητι τῶν θείων ἰδικῶν τοῦ βασιλέως ἢ τῇ σχολῇ τῶν παλατίνων ἢ τοῖς λαμπροτάτοις τοῦ δημοσίου συνηγόροις ἢ τοῖς λαμπροτάτοις ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν γινωσκέτω ὡς εἴτε ἐπιμείνας τῇ δίκῃ φανείη συκοφάντης εἴτε ἀποστῇ τῆς κατηγορίας καὶ ἀφανὴς γένοιτο σύμμετρον μὲν ἔχων περιουσίαν καὶ μὴ δεδιὼς τὴν ἐν αὐτῇ τιμωρίαν, καὶ πληγὰς βαρυτάτας ὑπομένει καὶ διηνεκῶς ἐξορίζεται. ἐὰν δὲ στρατείαν ἔχῃ ἢ σεμνὸν ἐπιτήδευμα ἢ περιουσίαν ἀρκοῦσαν, ἐκπίπτει καὶ τῆς στρατείας καὶ τῆς οὐσίας καὶ οὐ δὲ τὴν βασιλίδα πόλιν οὐ δὲ τὴν ἐπαρχίαν οἰκῆσαι συγχωρεῖται παραφυλαττόντων τὸν νόμον τοῦ τε κόμητος τῶν ἰδικῶν τοῦ βασιλέως καὶ τῆς πειθομένης αὐτῷ σχολῆς καὶ τοῦ παραβαίνοντος αὐτὸν ἐφ' ἑκάστῳ κεφαλαίῳ πεντήκοντα χρυσίου λίτρας πρόστιμον ἀπαιτουμένου. εἰ δὲ ἐν ἐπαρχίᾳ παραβαθείη τι τούτων ἐφ' ἑκάστῃ αἰτίᾳ ἀνὰ τριάκοντα χρυσίου λιτρῶν καὶ οἱ τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες καὶ αἱ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς ἀπαιτείσθωσαν. ἵνα δὲ τὰ τῶν προστίμων τούτων μὴ λανθάνῃ, ἔξεστι καὶ αὐτοῖς τοῖς ἠδικημένοις καταμηνύειν τὸν παραβάντα τὸν νόμον καὶ προσαγγέλλειν τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ ἢ τῷ ἐνδοξοτάτῳ μαγίστρῳ ἀζημίως ἵνα ταῦτα δι' αὐτοῦ μανθάνων ὁ βασιλεὺς αὐτῷ τῷ μαγίστρῳ τὴν τῶν προστίμων εἴσπραξιν ἐπιτρέψῃ.

B. ι. T. ις.

Ἐκ τοῦ νς. βιβλίου τῶν βασιλικῶν μέρος τῆς α διατάξεως τοῦ ις. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

ΑΙ σχολάζουσαι τὸ λοιπὸν ἀννῶναι καὶ αἱ κεφαλιτίωναι τῷ δημοσίῳ διεκδικείσθωσαν καὶ μὴ διαιρείσθωσαν παρὰ τῶν ἀρχόντων ἑτέροις ἢ εἰς δημόσια ἔργα δίχα θείου τύπου καὶ τὴν δόσιν καὶ τὸν τρόπον τοῦ δαπανήματος διορίζοντος, ἀλλὰ μηδὲ ἐκ τοῦ δημοσίου κανόνος εἰς ἰδιωτικὸν ἢ δημόσιον ἔργον ὕλαι μεταφερέσθωσαν ἢ εἰς ἀγορασίαν ὑλῶν χρήματα διδόσθωσαν ἄνευ θείου τύπου τοῦ παραβαίνοντος οἴκοθεν τὸ δημόσιον πληροῦντος καὶ τοῦ προσφόρου σκρινίου βαρυτάτοις ἐπιτιμίοις ὑποκειμένου.

te jurabunt, addentes in eadem cautione juratoria ſe adſuturos in judicio ſacrarum privatarum Auguſti aut per ſe ipſos, aut per procuratores, neque id tribunal deſerturos. Si vero poſt id jusjurandum deferant, ter vocentur, denis diebus inter ſingulas vocationes interpoſitis; fient quoque tria proclamata contra eos; & ſi ne tunc quidem veniant aut ipſi, aut eorum procuratores, vel defenſores; poſſeſſionem bonorum ſacer fiſcus apprehendat, abſentibus reſervata eorum defenſione. Quod ſi bona delata in provincia ſint; & Præſes provinciæ ſive ſponte ſua, ſive ex juſſione Comitis rerum privatarum Auguſti de cauſa cognoſcat; nihil cum tumultu, aut per vim fiat: ſed expenſæ ſolvendæ ejus judicii tertiam partem earum, quæ in Regia urbe ſolvuntur, non excedant. Unuſquiſque autem deferens ſive Comiti rerum divinarum privatarum Auguſti, ſive ſcholæ Palatinorum, ſive clariſſimis fiſci advocatis, ſive etiam clariſſimis Præſidibus provinciarum, noverit, ſe, ſive in cauſa perſeveret, & calumniator eſſe detegatur: ſive ab accuſatione deſiſtat, & latitet; ſi mediocres facultates habeat, eaſque amittere pro nihilo ducat, graviſſimis verberibus caſtigandum, & perpetuo fore relegandum. Si vero militiam habeat, vel honeſtum aliquod officium, aut idoneas facultates; excidet tum a militia, tum ab aliis facultatibus, & neque intra urbem Regiam, neque in ea provincia habitare permittetur: ſervabiturque hæc lex tam a Comite privatarum Auguſti, quam a ſchola, quæ ſub eo eſt, eamque violans ob ſingula capita ejus violata quinquaginta auri libras multæ nomine exſolvet: ſi vero in provincia eorum aliquid violetur; in ſingulos eventus triginta auri libras tam qui provinciis præſunt, quam ſubjectæ eis cohortes exolvent. Ne vero quiſquam eam multam effugiat, liceat etiam injuria affectis deferre legis tranſgreſſorem, & renuntiare id impune ſacratiſſimo Auguſto, aut glorioſiſſimo Magiſtro; ut ea cognoſcens Imperator ipſi Magiſtro multarum exactionem committat.

LIB. X. TIT. XVI.

DE ANNONIS ET TRIBUTIS.

Pars Conſtitutionis primæ ex lib. LVI. Baſilicorum.

VAcantes deinceps annonæ, & capitationes a fiſco exigentur: neque a magiſtratibus ſeparabuntur, ut aliis concedantur, aut in publica opera inſumantur, ſine ſacra forma; qua & donatio, & modus ſumptuum explicetur. Sed neque etiam ex publico canone in privatum, vel publicum opus materiæ arborum transferantur, aut in emptionem materiæ pecunia tribuatur ſine ſacra forma. Qui contravenerit, de ſuo fiſci damnum ſarciat; & competens ſcrinium graviſſimis pœnis ſubiiciatur.

II. Æs Quidem.

Εκ τοῦ ἀδήλου ἤτοι ἐκ τῶν βασιλικῶν ἡ διάταξις ιγ. τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Αὐτοκράτωρ ἀναστάσιος ἀνθεμίῳ ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων, ἐὰν μὲν αἰτήσῃ ἐπαρχία ἢ πόλις κουφισμὸν λαβεῖν (1) τυχικῆς συντελείας ἢ ἐπόπτην ἢ ἐξισωτὴν πεμφθῆναι, ἀναφερέσθω μὲν ἡ δέησις αὐτῶν εἰς βασιλέα καὶ ἐξ ἐπιλογῆς αὐτοῦ ὁ ἐπιτήδειος πρὸς τοῦτο πεμπέσθω, ὅρκον πρότερον διδοὺς, καὶ ἐὰν τι μηνύσῃ οὗτος τοῖς ἐπάρχοις μηδεὶς τύπος διδόσθω ἐπὶ τὴν μήνυσιν αὐτοῦ εἰ μὴ αὐτοὶ οἱ ἔπαρχοι ἀναδιδάξωσι βασιλέα πάντα τὰ παρ᾽ αὐτοῦ ἀναδιδαχθέντα καὶ ζητηθέντα καὶ οὕτως θεῖος ἐκφωνηθείη τύπος ὀφείλων πᾶσι τρόποις παραφυλάττεσθαι. ὁ δὲ καθ᾽ εἷς ἄνθρωπος δεήσεις περὶ τοιούτων ἐννοιῶν μὴ ἐπιδιδότω. μήτε δὲ κουφισμὸς ἢ μείωσις διηνεκῶς ἢ προσκαίρως μήτε ἐποψία μήτε ἐξίσωσις γινέσθω χωρὶς βασιλικῆς ἐγγράφου κελεύσεως ἀλλὰ μήτε ἐκταγὰς ποιείτωσαν οἱ ἔπαρχοι ὑπὲρ χρόνων προλαμβανόντων τὴν αὐτὴν ἀρχὴν μήτε σιτηρέσια τισὶν ἀφοριζέτωσαν ἢ ἄλλως πῶς χρήματα ἢ μὴ παρεχόμενα τὴν ἀρχὴν ἢ παρεχόμενα μὲν διὰ δὲ τὴν ἔλλειψιν τῶν ταῦτα κομιζομένων σωμάτων ἀργήσαντα ἢ διὰ τὸ παυθῆναι τὴν αἰτίαν σχολάσαι δι᾽ ἣν παρείχοντο τὴν ἀρχὴν ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἐκ βασιλικῆς μόνης αὐθεντίας γινέσθω κατὰ τὸν θεῖον ἔγγραφον τύπον. οἱ δὲ μὴ τοῦτο παραφυλάττοντες καὶ τὸ διδόμενον οἴκοθεν ἀποδιδότωσαν καὶ πᾶσαν ἄλλην ζημίαν ἣν ἂν ὑποστῇ τὸ δημόσιον. μήτε δὲ ὑπερθέσεις ἢ προθεσμίας ἐπὶ τούτοις ὀφειλομένοις δημοσίοις ἐνδιδότω, τὶς ἢ τὰς νενομισμένας προθεσμίας χωρὶς ἐγγράφου θείας κελεύσεως. ὁ δὲ τοῦτο κατὰ αὐθεντίαν οἰκείαν ποιῶν οἴκοθεν καταβαλλέτω τὰ κεχρεωστημένα τῷ δημοσίῳ. μήτε δὲ τὰ πολιτικὰ χρήματα ὅσα ἢ τῷ δημοσίῳ εἰσφέρεται ἢ τοῖς πόλεσιν ἀφώρισται εἰς ἑτέρας μεταφερέσθω χρείας ἢ προσώποις τισὶν ἀφοριζέσθω χωρὶς θείας κελεύσεως. καὶ ἡ τάξις δὲ τῶν ἐπάρχων εἰ μὴ πάντα τὰ περιεχόμενα τῇ διατάξει ταύτῃ παραφυλάξει καὶ διδάξει τοὺς ἐπάρχους καὶ οἱ ἄρχοντες τῶν ἐπαρχιῶν καὶ αἱ πειθόμεναι τάξεις αὐτοῖς καὶ οἱ λοιποὶ δημοσιεύοντες (2) εἰ ταῖς τοιαύταις κελεύσεσιν ὑπουργήσοιεν οἴκοθεν διδότωσαν τὴν συμβαίνουσαν τῷ δημοσίῳ βλάβην καὶ ὡς τοῦ νόμου καταφρονήσαντες πεντήκοντα χρυσίου λίτρας προστιμάσθωσαν. τριμερῶς δὲ πάντα τὰ δημόσια εἰσφερέσθω τάτε ἄλλα καὶ τὰ λεγόμενα ἀρμενιακὰ τουτέστι καλάνδαις ἰανουαρίαις καὶ καλάνδαις μαΐαις καὶ πρὸς τῷ τέλει τῆς ἐπινεμήσεως ἐξ ἴσων τριῶν μερῶν διαιρουμένων τῶν δημοσίων καὶ μηδεμίας καινοτομίας ἐν τῷ μέσῳ γινομένης κατὰ τῶν συντελῶν. ἐπειδὴ δὲ τὰ ἀρμενιακὰ τελέσματα ἐν δύο καταβολαῖς συνετελεῖτο ἔξεστι τοῖς ταῦτα συντελοῦσιν εἰ βούλονται τὴν πρότεραν συνήθειαν προτιμᾶν καὶ ἐν δύο καταβολαῖς ἀνὰ ἥμισυ καταβάλλειν καὶ τὸ ἕτερον ἥμισυ ἐν τῷ σεπτεμβρίῳ τῆς μελλούσης ἐπινεμήσεως καταβάλλειν. εἰ δὲ καὶ τριμερῶς βούλονται τὰ ἀρμενιακὰ δημόσια καταβάλλειν ἐχέτωσαν τὸν σεπτέμβριον μῆνα τῆς μελλούσης ἐπινεμήσεως πρὸς ὑπέρθεσιν αὐτοῖς δεδομένον. τὸ δὲ προαπεσταλμένον κατὰ (3) συνήθεσιν εἰσφερέσθω ἐν τῷ (4) προνομίῳ ἑκάστης ἐπινεμήσεως ἐπειδὴ τοῦτο δηλοῖ καὶ ἡ προσηγορία αὐτοῦ. Dat. Kal. April. Paulo V. C. COS.

XIII. Imp. Anaſtaſius A. Anthemio Præf. Præt.

SI quidem provincia, vel civitas petierit relevationem corporalis muneris, aut mitti inſpectorem, vel peræquatorem; ad Imperatorem petitio eorum referatur, & ex ejus electione idoneus ad eam rem, ſacramento prius ab eo præſtito, mittatur. Et ſi is renuntiaverit Præfectis; nulla ſacra forma ad ejuſdem relationem præbeatur, niſi ipſi Præfecti declaraverint Principi ea omnia, quæ is eos docuerit, aut petierit, atque ita ſacra forma efferatur, quæ modis omnibus debeat obſervari. Quæ vero petitiones a ſingularibus hominibus de his rebus excogitantur, exhiberi non debent. Nulla quoque relevatio, nec deminutio perpetua, vel ad tempus, nec inſpectio, nec peræquatio fiat ſine imperiali ſcripto concepta juſſione. Verum nec Præfecti exigant, quæ ante eorum magiſtratus tempus debebantur, neve annonas aliquibus applicent, aut pecuniam undecumque, aut quæ ab initio præſtita non fuerunt, aut præſtita quidem, ſed propter corporum defectum, quibus hæc erant præbenda, vacantia; aut ex eo, quod cauſa præſtationis antiquæ ceſſaverit: ſed hæc omnia ex ſola principis auctoritate ſacra forma conſcripta adminiſtrentur. Qui vero id non obſervaverint; & id, quod dederint, de ſuo reſtituent, & quidquid aliud fiſcus damni paſſus fuerit. Neque etiam prorogationes, aut dilationes his debitoribus fiſci quiſquam præbeat, præter legitimas dilationes, ſine conſcripta divina juſſione. Qui autem id propria auctoritate fecerit, de ſuo, quod debebitur, fiſco reſtituet. Neque etiam civitatum pecunias, aut fiſco inferendas, aut civitatibus deputatas in alios uſus transferat, aut aliis perſonis aſſignet ſine divina juſſione. Officium quoque Præfectorum niſi hæc omnia hac conſtitutione comprehenſa obſervaverit, & docuerit Præfectos; atque ii, qui provinciis præſunt, & eis ſubdita officia, & reliqui fiſcales res tractantes, niſi his juſſionibus paruerint; de ſuis bonis damnum reſarcient, quod fiſco eveniet; & ut legis contemptores quinquaginta libris auri multabuntur. Ter autem omnia fiſcalia inferantur, tam quæ Armeniaca dicuntur, quam reliqua omnia; hoc eſt Kalendis Januarii, & Kalendis Maii, & ad finem indictionis tribus æqualibus portionibus fiſcalibus rebus diviſis; neque medio tempore aliquid contra collatores innovetur. Sed, quoniam Armenica tributa ſolent duabus tantum penſionibus ſolvi: liceat collatoribus, ſi velint, veterem conſuetudinem ſequi, & duabus penſionibus æqualibus inferre, ut alterum dimidium menſe Septembri futuræ indictionis inferatur. Quod ſi malint tribus æquis portionibus Armenica fiſcalia ſolvere; habeant hoc amplius totum Septembrem menſem futuræ indictionis. Quod vero προαπεσταλμένον, hoc eſt, ante miſſum dicitur, juxta conſuetudinem inferatur initio ſingularum indictionum; quando id etiam nomen ipſum ſignificat. Dat. Kal. April. Paulo V. C. COS.

(1) ψυχικῆς quidam. (2) εἰ μή. (3) τὸ συνήθες quidam. (4) προοιμίῳ forte.

B. ι. T. ιθ.

Ἐκ τοῦ ἀδήλου ἤτοι ἐκ τῶν βασιλικῶν ἡ θ. διάταξις τοῦ ιθ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

Αὐτοκράτωρ ἀναστάσιος ἀνθεμίῳ ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων. ἵνα μὴ πολλῶν ἀπαιτούντων τὰ δημόσια καὶ οἱ συντελεῖς βλάπτωνται καὶ αὐτὸς ὁ δημόσιος λόγος εἶς μόνος κανονικάριος εἰς ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐκ τοῦ προσφόρου πεμπέσθω σκρινίου, ὀφείλων κατεπείγειν τὴν ἐξαύσιν τῶν κεχρεωστημένων τίτλων τῷ ἰδίῳ σκρινίῳ. ἐξπελλευτὴς μέντοι μὴ πεμπέσθω εἰ μὴ μετὰ παραδρομὴν τῆς ὁρισμένης προθεσμίας καὶ ἑτέρου μηνός. τούτου δὲ τοῦ χρόνου διατρέχοντος πεμπέσθω ὁ ἐξπελλευτὴς προστιμωμένου, καὶ τοῦ ἄρχοντος καὶ τῆς τάξεως αὐτοῦ καὶ τοῦ κανονικαρίου πρὸς τὸν ὄικον τῶν μὴ ἀπαιτηθέντων χρημάτων καὶ πρὸς τὴν τῆς ῥαθυμίας ποσότητα ὥστε τὸν αὐτὸν ἐξπελλευτὴν, καὶ τὰ λοιπαζόμενα δημόσια καὶ τὸ πρόστιμον μεθοδεύειν. μόνῳ δὲ τῷ ἄρχοντι καὶ τῇ τάξει καὶ τῷ κανονικαρίῳ ὁ ἐξπελλευτὴς ἐπικείσθω ἀφοριζομένης αὐτῷ παραμυθίας καὶ πρὸς τὴν ἐπαρχίαν τὴν χρεωστοῦσαν καὶ πρὸς τὰ διαστήματα τὴν δὲ παραμυθίαν ταύτην ὁ ἄρχων ἐπιγινωσκέτω καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ καὶ ὁ κανονικάριος ὡς αἴτιοι γενόμενοι τοῦ παμφθῆναι τὸν ἐξπελλευτὴν, ἐξπελλευτὴς δὲ ἕτερος μεδέποτε πεμπέσθω μὴ δὲ ἄλλος τὶς μετὰ τὸν ἐξπελλευτήν. ἐὰν δὲ νομίσωσιν οἱ ἔπαρχοι χρειῶδες εἶναι τὸ καὶ ἕτερον ἐκπέμψαι μετὰ τὸν ἐξπελλευτὴν τὰ αὐτὰ καὶ ἐπὶ τούτῳ κρατείτω καὶ τὴν ὁριζομένην αὐτῷ παραμυθίαν ὁ αἴτιος τοῦ πεμφθῆναι αὐτὸν παρεχέτω τουτέστιν ὁ τῆς ἐπαρχίας ἄρχων καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ καὶ ὁ κανονικάριος καὶ ὁ ἐξπελλευτής. ἡ γὰρ ἀφορισθεῖσα τῷ κανονικαρίῳ παραμυθία πᾶσι τοῖς μετ' (1) αὐτῶν πεμπομένοις ἀπαιτηταῖς ἀρκεῖ καὶ μηδὲν περαιτέρω μήτε τὰ συστήματα τῶν πόλεων, μήτε οἱ συντελεῖς ἀναπείσθωσαν εἰ καὶ πλείονες πρὸς ἀπαίτησιν ἐκπεμφθείησαν προστιμωμένων ἑκάστοτε πάντων τῶν ἐκπεμπομένων καὶ μὴ ἀνυόντων τὰ δημόσια καὶ ὅσαι δὲ γίνονται ἐνταγαὶ τῷ κανονικαρίῳ πεμπέσθωσαν ὥστε δι' αὐτοῦ καὶ ταύτας ἀνύεσθαι μὴ αὐξάνεσθαι δὲ διὰ τοῦτο τὴν ἀφορισμένην αὐτῷ παραμυθίαν. ἐνδοματικὰ δὲ μηδεὶς λαμβανέτω ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα παντελῶς ἀπαλειφέσθω, εἰ δὲ κατά τι παραβαθείη τὰ νομοθετηθέντα πεντήκοντα χρυσίου λιτραὶ ἐπιτίμιον ἔστω καὶ κατὰ τῆς τάξεως τῶν ἐπάρχων καὶ κατὰ τῶν ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τῶν τάξεων αὐτῶν καὶ κατὰ τῶν λοιπῶν τῶν δημοσιευόντων προσώπων. Dat. XII. Kal. Aug. CP. Paulo V. C. COS.

Ἐκ τῶν παρατίτλων μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς ιη. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου ἧς ἡ ἀρχὴ θεσπίζομεν.

Περὶ τῶν προσφευγόντων ταξεωτῶν ἢ πολιτευομένων ὅπως δεῖ αὐτοὺς ἀπαιτεῖσθαι τὰς δημοσίους εἰς φορὰς φησὶν ἡ διάταξις παρακελευσαμένη μηδέ-

(1) αὐτὸν forte.

LIB. X. TIT. XIX.

DE EXACTIONIBUS TRIBUTORUM.

IX. (a) Imp. Anaſtaſius A. Anthemio Præf. Præt.

NE multis exigentibus res fiſci; tam collatores, quam ipſa fiſci ratio lædatur, ſinguli tantum in ſingulas provincias canonicarii ex ſcrinio competenti mittantur, qui ſollicite curent exactionem ſingulorum titulorum eidem ſcrinio debitorum. Executor vero ἐξπελλευτὴς appellatus, non mittatur, niſi poſt curſum definiti temporis, & unius menſis (*b*). Hoc autem tempore tranſacto, is executor mittatur, ac multetur Præſes, & ejus officium, atque canonicarius juxta non exactæ pecuniæ, & negligentiæ quantitatem, ita ut executor & reliqua fiſcalia, & multam ſtudioſe exigat. Hiſque ſolis Præſidi, & officio, & canonicario executor immineat. Solatium vero præſtetur ei juxta provinciæ debitricis, & itineris qualitatem; quod ſolatium Præſes, ejuſque officium, & canonicarius ſolvant, qui cauſam præſtiterunt, ut is executor mitteretur. Poſt hunc unum executorem alter executor, aut aliquis alius non mittatur. Quod ſi præfecti putaverint alterum mitti oportere; eadem in eo ſervetur, & competens ei ſalarium is, qui in cauſa eſt, ut mittatur, exſolvat; hoc eſt, is, qui provinciæ præeſt, ejuſque officium, & canonicarius, atque ille prior executor. Solatium namque canonicario debitum aliis omnibus poſt eum miſſis exactoribus ſufficit, & nihil amplius aut corpora civitatum, aut collatores præſtare cogantur; & jam ſi plures mittantur ad eam exactionem: ipſi enim ſinguli multabuntur, qui publica debita non explicaverint. Delegationes canonicario mittantur, ut ab eo quoque expediantur, ſed non ideo augeatur ſolatium ei conſtitutum; & quod vocant ἐνδοματικὸν, nullo pacto accipiant; quod ipſum tam nomine, quam re omnino aboleatur. Quod ſi ea, quæ ſancita ſunt, aliqua in parte violentur; multa quinquaginta librarum auri violatores puniantur, tam officia Præfectorum, quam præſides provinciarum, eorumque officia, quam etiam cæteræ publicæ tractantes perſonæ. Dat. XII. Kal. Aug. CP. Paulo V. C. COS.

Epitome XVIII. [c] Conſtit. cujus initium fuit Sancimus, *ex Paratitlis.*

HAC conſtitutione tractatur de confugientibus (in Eccleſias) cohortalibus, ac publicis perſonis, quo pacto oporteat exigere ab ipſis publi-

[a] *Hæc appellatur a quibuſdam conſt. 18. & initium ejus fuiſſe dicitur* Sancimus. *Vidend. Julianus Nov. 128. cap. 6.*

[b] *Refert Euſtath. tit. 11. cap. 17. de temporibus.*

[c] *Ex paratitlis lib. 1. tit. 12. Codicis, quæ ſunt in collectione eccleſiaſt. conſtitutionum.*

δένα καταβάλλειν ἐπ' αὐτοὺς τὰς συντελίας εἰ μὴ (1) δημοσιεύσωσιν. ἐπὶ γὰρ τοὺς προσφεύγοντας ἢ ἄλλως (2) κρύβοντας ἑαυτοὺς οὐδεμίαν βούλεται γίνεσθαι παρὰ τῶν συντελεστῶν ἐπ' αὐτοὺς καταβολήν.

B. ι. T. κζ.

Ἐκ τοῦ νζ. βιβλίου τῶν βασιλικῶν μέρος τῆς β. διατάξεως τοῦ κζ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

Οἱ τὰς πόλεις οἰκοῦντες ἢ ἐν αὐταῖς κεκτημένοι μὴ ἀναγκαζέσθωσαν εἰς ἑτέραν πόλιν ἢ εἰς τὴν μητρόπολιν εἴδη χορηγεῖν. εἰ δὲ καὶ τὶς ἀπαραίτητος αἰτία καταναγκάσῃ τοῦτο γενέσθαι τοῖς δικαίοις τιμήμασι τοῖς ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει κρατοῦσιν ἐξ ὧν τὰ εἴδη παρέχεται πιπρασκέτωσαν ἐκείνων ταῦτα μετακομιζόντων τῶν δεομένων τῶν εἰδῶν. ὑπολογιζέσθω δὲ τοῖς πιπράσκουσι τὰ τιμήματα τῶν εἰδῶν εἰς τὰ συντελούμενα ἐν χρυσῷ παρ αὐτῶν δημόσια. οὐδὲ γὰρ δίκαιον νῦν μὲν ἀπαιτεῖσθαι τινὰ παρέχειν εἴδη μετὰ χρόνον δὲ αὐτῷ τὰ τιμήματα λογίζεσθαι οὕτως ῥᾳθυμίας γενομένης τοῦ λαμπροτάτου ἄρχοντος ἑκάστης ἐπαρχίας ἐγκινδυνεύοντος εἰς τὸ καταλογίζεσθαι τὰ τῶν εἰδῶν τιμήματα κατὰ τὰς ὡρισμένας προθεσμίας ὑπὲρ αὐτῶν ἐκπέμπεσθαι. μηδεὶς δὲ ἀναγκαζέσθω πιπράσκειν πᾶσαν χρείαν αὐτοῦ ἀλλὰ τὰ ἐκπερισσεύοντα εἴδη ἄσεβες γάρ ἐστιν ἀποστερεῖσθαι τινὰ οἰκείων καὶ ἑτέροις ταῦτα χορηγεῖν ρ. χρυσίου λίτρας ὑφισαμένου ζημίαν καὶ κινδυνεύοντος εἰς τὴν ἀξίαν καὶ τὴν ζώνην αὐτοῦ τοῦ παραβαίνοντος τὸν νόμον ἢ συγχωροῦντος αὐτὸν παραβασθῆναι. μηδεὶς ποτὲ χωρὶς μεγάλης ἀνάγκης ἐπιταττέσθω τοῖς κτήτορσιν συνωνὴ καὶ ὅτε δὲ γίνεται κατὰ θείαν μόνον κέλευσιν γινέσθω ἐφ' ὧτε (3) τῷ τῆς συνωνῆς χρυσίον ἐκ τῆς συντελουμένης παρὰ τῶν κτητόρων ἐν χρυσῷ συντελείας παρακατέχεσθαι ἐὰν ὅλως τὰ τῆς οἰκείας αὐτῶν συντελείας ἀρκῇ πρὸς τὴν συνωνήν. ἐὰν δὲ μὴ χρεωστῶσι δημόσια οἱ τὴν συνωνὴν ἐπιταγέντες ἢ μερὸς χρεωστῶσιν ἐν νομίσμασιν εὐστάθμοις πρότερον τὸ χρυσίον λαμβανέτωσαν καὶ οὕτως τὸ εἶδος ἀπαιτείσθωσαν μηδενὸς τολμῶντος ἢ παράσταθμα δοῦναι τὰ νομίσματα ἢ ἐλλιπῶς ταῦτα καταβαλεῖν ἢ ἄλλως πῶς ζημιῶσαι τοὺς ὑποτελεῖς ἀλλὰ καὶ τὸ τετραπλάσιον παντὸς τοῦ παρ' ἀλλήλου καὶ τῆς ζημίας ἀπαιτουμένου καὶ τοῦ ἐλλιπῶς καταβάλλοντος. εἰ δὲ καὶ τὶς συνωνὴν ἐπιτάξας τολμήσῃ ἢ τὴν ἐπιταγεῖσαν παρανόμως ἐκβιβάσει πεντήκοντα χρυσίου λίτρας προστιμάσθω, καὶ τῆς στρατείας καὶ ἀξίας ἐκπιπτέτω ὑποκείμενος καὶ μείζονι κινήσει καὶ ὅτε δὲ κατὰ θείαν κέλευσιν γένηται ἐπιταγὴ συνωνῆς ἕκαστος τῶν κτητόρων πρὸς τὴν ἀναλογίαν τῶν ζυγῶν ἤτοι ζευγοκεφαλῶν ὑποκείσθω τῇ συνωνῇ μηδενὸς αὐτῆς ἐξαιρουμένου. ὁ δὲ ὑπὲρ ταύτην τὴν ἀναλογίαν ἀπαιτῶν τινὰ τῶν συντελειῶν προφάσει τῆς συνωνῆς καὶ ζημίᾳ τῶν πεντήκοντα τοῦ χρυσίου λιτρῶν ὑποκείσθω καὶ ζώνης καὶ ἀξίας ἐκπιπτέτω καὶ ἑτέραν μείζωνα προσδοκάτω κίνησιν. ἀλλὰ ταῦτα χωρὶς τῆς θρακικῆς διοικήσεως νενομοθέτηται. ἐν θράκῃ γὰρ ἐπειδὴ οὐκ εἰς ὁλόκληρον εἰσφέρεται τὰ δημόσια δία τὸ προφάσει τῶν βαρβα-

(1) δημοσιεύσουσιν. (2) κρύπτοντας. (3) τὸ forte.

blicas illationes. Eaque jubetur neminem eis præſtare debere tributa; niſi palam publica tractent. His enim, qui confugiunt, aut latitant, nulla fieri debet a collatoribus ſolutio.

LIB. X. TIT. XXVII.

UT NEMINI LICEAT in coemptione ſpecierum ſe excuſare, & de munere Sitoniæ.

Pars Conſtit. ſecundæ ex lib. LVII. Baſilicorum.

QUI in urbibus habitant, aut in eis poſſeſſores ſunt, non cogantur in alias urbes, aut Metropoles ſpecies conferre. Sed ſi qua inevitabilis cauſa id fieri cogat; juſto pretio, quod in eadem urbe vigeat, ex qua præſtantur, indigentibus vendantur ſpecies. Computabuntur autem venditoribus pretia ſpecierum in auri, quam debent, collatione. Neque enim æquum eſt, velle nunc quemquam ſpecies præbere; & mox eundem pretium numerare, idque fiat cura, & periculo clariſſimi Præſidis uniuſcujuſque provinciæ, ſi non rationem habuerit eorum, qui ſpecies ea de cauſa intulerunt. Nemo quoque cogatur vendere, quæ in uſus ſuos habet, ſed eas ſpecies, quæ ei ſuperſunt. Impium namque eſt privari aliquem ſuis rebus neceſſariis, & aliis ea præſtare. Qui hanc legem violaverit, aut violari permiſerit, centum auri librarum pœna, & dignitatis, ac cinguli amiſſione multabitur. Nulla umquam ſine magna neceſſitate coemptio poſſeſſoribus indicatur, & cum fiet, cum divina tantum juſſione fiat, & tunc coemptionis pecunia ex collatione auri a poſſeſſoribus conferenda retineatur. Si modo ea, quæ ob eam collationem ab eis debentur, ad coemptionem ſufficiant. Si vero nihil debeant tributi, qui coemptionem facere debent, aut partis debitores ſint: prius juſti ponderis nummos accipiant, antequam ſpecies ab eis exigantur, nemoque audeat aut non juſti ponderis nummos, aut imminutos ſolvere, aut aliqua alia ratione damnum collatoribus inferre: nam in quadruplum omnia reſarciet, tam quæ minus data ſunt, quam damnum paſſum. Qui vero coemptionem indicere auſus fuerit, aut indictam illegitime exegerit, quinquaginta libris auri multetur, & militiæ, & dignitatis amiſſioni ſubiiciatur, & majus periculum ſubeat. At cum ex juſſione Imperatoris coemptio indicitur, ſinguli poſſeſſores, habita ratione jugorum, & capitum animalium aratoriorum, ſupponantur coemptioni, nemine ab ea excepto. Is vero, qui ſupra eam rationem exegerit aliquem collatorem ex cauſa coemptionis, & damno quinquaginta librarum auri ſubdatur, & cingulum ac dignitatem amittat, & majorem motionem vereatur. Hæc autem extra diœceſim Thracenſem conſtituta ſint. Illic enim, quoniam non fit collatio integra tributorum, ob ba-

UNED

βαρβαρικῶν ἐφόδον ἐλαττωθῆναι τοὺς γεοργοὺς καὶ μὴ ἀρκεῖν τὴν ἐν εἴδησει συντέλειαν τοῖς κατ' αὐτὴν ἱδρυμένοις στρατιώταις καὶ πάντων μᾶλλων ἀποτρέφεσθαι εἰς αὐτὴν στρατωτικὰ τάγματα ἀνάγκη ἐστὶ συνεχὴς πάνυ γίνεσθαι ἐπειδὴ μὴ ἐνδέχεται δίχα συνωνῆς ἀποτρέφεσθαι τοὺς ἐν αὐτῇ στρατιώτας. ἐν ἐκείνῃ τοίνυν τῇ διοικήσει ἡ μέχρι σήμερον κρατείτω συνήθεια ὑποκειμένων καὶ τῶν ἐμπόρων τῇ συνηθείᾳ πρότερον μέντοι καὶ τοῖς συντελεσταῖς καὶ τοῖς ἐμπόροις καταβαλλομένου τοῦ τῆς συνωνῆς χρυσίου ἐν δικαιοστάθμοις νομίσμασι καὶ ὀβρύζοις καὶ οὕτως αὐτῶν ἀπαιτουμένων ἀδιαστρόφως καὶ ἀζημίως τὸ εἶδος εἰσφέρειν τοῦ δὲ ταῦτα παραβαίνοντος τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις ὑποκειμένου βέλτιον γὰρ ἀντὶ τῆς ἰδιωτικῆς ἐμπορείας μᾶλλον τοῖς στρατιώταις καὶ τοὺς ἐμπόρους χορηγεῖν τὰς ἀναγκαίας αὐτῶν ἀποτροφάς. ἐὰν δέποτε δὲ τινὰς πόλεις μὴ ἐχούσας σιτωνικὰ χρήματα μήτε ἑτέρωσθεν εὐπορούσας ἀνάγκη γέγονε συνωνὴν ποιήσασθαι ἐξέστω μὲν τοῖς ἄρχουσι ταύτην ποιεῖν ἐν μόνῃ δὲ τῇ ἐνορίᾳ τῆς πόλεως τῆς τοῦ σίτου δεομένης καὶ ἐν τοῖς αὐτῆς ὁρίοις καὶ κατὰ τὰ ἐν τοῖς τόποις κρατοῦντα κατὰ καιρὸν τιμήματα, τοῦτο δὲ παραφυλαττέτωσαν καὶ οἱ πατέρες τῶν πολέων καὶ πᾶς ἕτερος τῆς συνωνῆς προνοούμενος. εἰ δὲ καὶ ἀνάγκη γένηται πολιτικὴν γενέσθαι συνωνὴν ὡς ἐπιζητουμένων εἰδῶν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει, καὶ ἐν ταύτῃ κατὰ θείαν μόνην κέλευσιν προβαινέτω, τοῦ χρυσίου πρότερον κατὰ τὰ ἐπ' ἀγορὰς ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις ὤνια παρεχομένου ἀδιαστρόφως καὶ ἀζημίως μετὰ τοῦ καὶ τὰ ναῦλα ἐκ τοῦ δημοσίου παρέχεσθαι ὥστε τὸν συντελέτην πιπράσκειν μόνον τὸ ἐπιζητούμενον εἶδος, καὶ πληρωθῆναι τοῖς δεομένοις τὴν χρείαν. μηδὲν δὲ ἐκ ταύτης τῆς διατάξεως καινιζέσθω τὰ ἐπὶ τῇ συνωνῇ τῆς ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως διατετυπωμένα. ἀλλὰ κρατείτω καὶ ὁ θεῖος τύπος ὁ διατυπώσας τὰ περὶ τῶν ἐπεισάκτων στρατιωτῶν ἀποστροφῆς. ὑποκείσθω δὲ τῷ προστίμῳ τῶν πεντήκοντα τοῦ χρυσίου λιτρῶν καὶ τὸν εἰς ζώνην καὶ ἀξίαν ὑπομενέτω κίνδυνον ἥτε μεγίστη τάξις τῶν ἐνδοξωτάτων ἐπάρχων καὶ οἱ λαμπρώτατοι τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντες μετὰ τῶν πειθομένων αὐτοῖς τάξεων καὶ οἱ κατὰ τόπον ἔκδικοι καὶ ἄλλοι οἱ δημοσιεύοντες παραβαίνοντες αὐτοὶ τὸν νόμον ἢ παραβαθῆναι συγχωροῦντες ἢ μὴ μηνύοντες ἀνυπερθέτως καὶ ἀληθῶς κατὰ τῶν παραβαινόντων αὐτόν.

barorum incurſiones agricolis deminutis; & cum collatio non ſufficiat in ſpecie facta militibus illic conſiſtentibus, quorum illic exercitum alere maxime opus eſt; ſæpe evenit, ut coemptiones fieri neceſſe ſit, quando non alia ratione milites alii poſſunt. In ea igitur regione, quæ in hanc diem viguit, conſuetudo ſervetur; cui negotiatores ſubiiciantur; ut tam collatores, quam negotiatores prius coemptionis pecuniam accipiant injuſti ponderis nummis, & obryzis conſiſtentem: atque ita ſtatim ſine ullo diſpendio ab eis ſpecies inferantur. Qui hæc tranſgreſſus fuerit, eiſdem pœnis ſubiiciatur. Melius enim eſt, ut pro privata negotiatione militibus negotiatores alimenta neceſſaria ſuppeditent. Quod ſi quando urbes ſint, quæ careant annona; neque aliunde valeat, quam coemptione facta, juvari; liceat Præſidi eam facere intra fines ejus urbis, quæ eget annona, pretio intra eam urbem, & agrum ejus vigente. Hoc etiam obſervabunt Patres civitatum, & alii quicumque coemptioni præerunt. Quod ſi neceſſe etiam ſit coemptionem urbanam facere, & ſpecierum conquiſitionem in urbe Regia; ea etiam non ſine divina juſſione procedat, & pecunia prius præbeatur ſine dilatione, & ullo damno, ut in foro res vendi poſſint, pro vectura quoque de publico ſolvatur; & collator vendat ſolum ſpeciem petitam, & indigentium neceſſitati ſuccurratur. Nulla vero in re ex hac conſtitutione innovata ſint, diſpoſita circa coemptionem magnæ Alexandrinæ urbis; ſed ea obtineant, & forma de alimentis militum alienigenarum. Subdantur autem multæ quinquaginta librarum auri, & amiſſionem cinguli, ac dignitatis expectent, tam officium magnum glorioſiſſimorum Præfectorum, quam clariſſimi Præſides provinciarum cum officiis eis ſubditis, quam etiam ſingulorum locorum Defenſores, atque alii, qui publica tractant, ſi hæc conſtituta tranſgrediantur, aut alios id facere patiantur, aut ſi non ſtatim tranſgreſſores accurate detulerint.

Ἐκ τῶν παρατίτλων μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς διατάξεως αὐτῆς ἧς ἡ ἀρχὴ θεσπίζομεν σιτώνην.

Hujus Conſt. initium eſt in Paratitlis Sancimus Sitonam, *cui ſimilis eſt XVII. de Epiſcopali audientia. Hujus autem etiam hanc ſententiam invenimus in eiſdem Paratitlis.*

ΔΟκιμασίᾳ τοῦ θεοφιλεστάτου τῆς πόλεως ἐπισκόπου καὶ τῶν ἐν τοῖς κτήτορσι πρωτευόντων ἐκ τῆς κατὰ χώραν τάξεως ὁ σιτώνης (1) προχειρίζεται ἤγουν μέλλων ἐν τῇ τάξει καταλέγεσθαι ἢ πληρῶν ἢ πληρώσας.

SItona (a) arbitratu ejus urbis religioſiſſimi Epiſcopi, & ejuſdem primorum poſſeſſorum ex provincialibus cohortibus creetur, hoc eſt ex iis, qui aut in cohorte conſcribendi ſunt, aut explent, aut expleverunt eos ordines.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ γ ζ. βιβλίου μέρος τῆς διατάξεως γ. τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Pars Conſtit. tertiæ, ſive epitomes ex Baſilicis.

ΟΤαν ἔν τινι πόλει σιτώνου γένηται χρεία κατὰ δοκιμασίαν καὶ ἐπιλογὴν καθ' ἑκάστην πόλιν ἐπισκόπου καὶ τῶν ἐν τοῖς κτήτορσι πρωτευόντων γι-

CUM in aliqua urbe Sitona, (hoc eſt ad frumentum emendum, vendendumve, præfecto) opus eſt; judicio, & electione illius urbis Epiſcopi,

(1) προχειρίζεσθαι.

[a] *Ex paratitlis lib. 1. tit. 3. Codicis in eadem collectione conſcriptis.*

γινέσθω ἡ ἐπὶ αὐτῷ προβολή, οὐ κατὰ τὸ δοκοῦν τοῖς προβαλλομένοις οὐδὲ ἐφ' οἷς ἂν βουληθεῖεν προσώποις, ἀλλὰ μόνων τῶν ἐπὶ τῆς χώρας ἐκείνης ταξεωτῶν τῶν στρατευομένων καὶ τῶν ἀποθεμένων τὴν τάξιν διὰ τῶν εἰρημένων προσώπων πρὸς τὴν σιτωνείαν προβαλλομένων. ἐπειδὴ δ' εὐχερέστερον οὗτοι ταῖς δημοσίαις χρείαις ἐντετριμμένοι ἐκ μακρῶν χρόνων τὸ τῆς σιτωνείας διανύουσι βάρος. πάσης δὲ ζημίας ἀπαλλαττέσθωσαν οἱ σιτωνοῦντες καὶ πληροῦντες τὴν εἰρημένην χρείαν κατὰ τὸ δίκαιον λογοθετείσθωσαν. οὐ γὰρ δίκαιον αὐτοὺς ἀντὶ τοσούτων κόπων καὶ ζημιοῦσθαι. χορηγείτωσαν δὲ τὸν σῖτον κατὰ τὰ ἐπ' ἀγορᾶς ὤνια καὶ μηδὲν περαιτέρω. ὁ δὲ παραβαίνων ἢ παραβαθῆναι συγχωρῶν τὸν νόμον λ. χρυσίου λίτρας ἐπιτίμιον καταβαλλέτω.

pi, & qui primi ſunt inter poſſeſſores, fiat: non tamen libera ſit eorum electio, de quibuſcumque perſonis, ſed de cohortalibus tantum illius regionis, qui militant, aut militarunt, ab illis ad Sitoniæ munus eligantur. Hi enim facilius in publicis negotiis diu exercitati id munus expleturi ſunt: ab omni vero damno liberentur, qui huic muneri præficientur; & juxta leges rationes reddent: neque enim æquum eſt eos pro tantis laboribus damno ſubiici. Præbebunt autem frumentum non majori pretio, quam in foro vendetur. Qui hanc legem aut violaverit, aut violari permiſerit, triginta libris auri multetur.

Ἐκ τῶν παρατίτλων μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς διατάξεως δ. τοῦ αὐτοῦ τίτλου ἧς ἡ ἀρχὴ ἦλθεν.

IV. Conſtit. [*a*] *cujus initium eſt* Venit: *de qua hoc tantum in paratitlis relatum extat.*

ΠΡονοίᾳ τοῦ ἐπισκόπου οἱ κατὰ χώραν ταξεῶται τὴν σιτωνίαν μετέρχονται.

ARbitratu cujuſque regionis Epiſcopi cohortales Sitoniam exercebunt.

Β. ι. Τ λ.

LIB. X. TIT. XXX.

DE DISCUSSORIBUS.

Ἐκ τοῦ νς. βιβλίου τῶν βασιλικῶν μέρος τῆς δ. διατάξεως τοῦ λ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

Pars Conſtit. quartæ, ſive epitomes ex lib. LVI. Baſilicorum.

ΜΗδεὶς γινέσθω λογοθέτης χωρὶς βασιλικῆς κελεύσεως ἰδικῶς μεμνημένης τῆς αὐτοῦ τοῦ λογοθέτου προσηγορίας μήτε κατὰ κέλευσιν τῶν ἐπάρχων μήτε ἐκ προστάξεως ἄλλου οἱουδήποτε δικαστηρίου γινέσθω τις λογοθέτης ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἢ πολιτικῶν ἔργων, ἢ σιτωνικῶν χρημάτων ἢ λιμενητικῶν ἢ τῶν περὶ τοὺς δημοσίους ὁλκοὺς τῶν πόλεων δαπανομένων ἢ περὶ τειχοποιΐαν ἢ περὶ ὁδοστρωσίαν ἢ γεφύρων ἢ μώλων κατασκευὴν ἀλλ' οὐδὲ τῶν λουτρονικῶν χρημάτων ἢ ἄλλως ὁπωσοῦν εἰς πολιτικὴν ζήτησιν ἀναφερομένων χωρὶς βασιλικοῦ τύπου. αὐτὸς γὰρ ὁ βασιλεὺς εἴτε ἐκ δημοσίου χρήματα ἐκπέμψῃ πρὸς τειχοποιΐαν ἢ ἑτέρου παντὸς ἔργου κατασκευὴν, εἴτε εὕρῃ παρ' ἑτέρου καταλελειμμένα χρήματα πόλεσι πρὸς ἅπαξ ἢ καὶ διηνεκῶς ὅτε ἂν αὐτῷ παραστάιη πέμπει τὸν λογοθέτην καὶ τὸ ἔργον ὀφείλοντα μετρήσας καὶ ἀκριβεῖς λογισμοὺς ποιήσασθαι καὶ εἰς τὸ θεῖον αὐτοῦ κράτος ἀναγαγεῖν ἐφ' ᾧτε γενομένης ὀρθῶς τῆς δαπάνης θείαν γενέσθαι παρ' αὐτοῦ τοῖς δεδαπανηκόσιν ἀμεριμνίαν καὶ μηκέτι δευτέραν ζήτησιν αὐτοὺς ὑπομένειν ἢ κληρονόμους αὐτῶν ἢ διαδόχους. εἰ δὲ καὶ ὁ λογοθέτης πεμπόμενος ἐπιτραπείη ποιῆσαι ἀμεριμνίαν τοῖς ὀρθῶς δεδαπανηκόσι τὰ χρήματα καὶ μετὰ τῆς τῶν λόγων ἐρεύνης ἔκθηται αὐτῶν ἀμεριμνίαν τοῖς ὀρθῶς δεδαπανηκόσιν, ἔστω καὶ αὕτη κυρία ὡς μήτε θείας ἀμεριμνίας δεῖσθαι τὸ λοιπὸν μηδὲ ἑτέρας ἀσφαλείας τὸν δαπανήσαντα ἢ τοὺς κληρονόμους αὐτοῦ ἢ διαδόχους ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τῇ τοῦ λογοθέτου ἀσφαλείᾳ. ἐπαγγελλέτω δὲ καὶ δαπάνας διδόναι τοῖς λογοθέταις ἡ διάταξις ἐφ' ᾧτε ἀζημίως αὐτοὺς ποιεῖσθαι τὴν λογοθεσίαν. ὁ δὲ οἴκοθεν δαπανῶν ἢ περὶ ἔργα τῆς πόλεως ἢ περὶ ἄλλην κοινωφελῆ χρείαν μηδενὶ ὑποκείσθω λογοθεσίᾳ μηδὲ αὐτὸς μηδὲ κληρονόμος μηδὲ διάδοχος αὐτοῦ. μηδὲ ἐπὶ ζη-

NEmo λογοθέτης, ſine diſcuſſor fiat ſive imperiali juſſione, qua eo nomine appelletur; neque ex Præfectorum, aut alterius cujuſcumque judicii præcepto in provinciis diſcuſſor fiat, ſive publicorum operum civitatum, ſive frumenti cauſa, ſive portus alicujus, ſive expenſarum in aquæductus, cujuſvis urbis, aut in muros conſtruendos, aut in vias ſternendas, aut pontes, vel moles faciendas; neque balneariarum pecuniarum, neque aliarum quarumcumque ad publicas urbium rationes pertinentium ſine forma principali. Ipſe enim Princeps, ſive de publico pecunias miſerit ad murorum conſtructionem, aut alterius operis ædificium: ſive reperiat ab alio eſſe relictam pecuniam civitatibus; ſemel, vel ſæpius, quotiens ei videatur, diſcuſſorem mittat, qui opus metiatur, & rationes diligenter conficiat, & ad divinam ejus poteſtatem referat, ut, ſi recte ſumptus facti ſint, ſacra fiat liberatio ab eodem iis, qui ſumptus fecerunt; & nullo pacto iterum quæſtionem ipſi, aut eorum heredes, aut ſucceſſores patiantur. Si vero ipſe diſcuſſor miſſus poſſit conficere ſecuritatem iis, qui recte ſumptus fecerunt; eamque poſt rationum diſcuſſionem emiſerit; ea firma ſit, neque indigeat de cætero divina liberatione, neque alia ſecuritate tam qui ſumptus fecerit, quam ejus heredes, ſive ſucceſſores: ſed ſufficiat ſola diſcuſſoris ſecuritas. Conſtitutio quoque pollicetur ſumptus diſcuſſoribus, ut ſine damno ſuo rationes diſcutiant. Illi vero, qui de ſuo impendunt aut in opera urbis, aut in alium uſum publicum, nulli diſcuſſioni ſupponantur, tam ipſi, quam eorum heredes, vel ſucceſſeres, neque etiam quæſtioni publi-

[a] *Ex eiſdem paratilis ejuſdem tituli.*

ζητήσει δημοσίων λογισμῶν οἷον ἐπὶ κερδῶν ἢ τῶν λεγομένων ἀγωγικῶν ἤτοι παραπομπικῶν ἢ τῶν δαπανωμένων περὶ τοὺς δημοσίους ὄνους ἢ ὀνηλάτας ἢ τῶν διωγμιτικῶν καὶ τῶν ἄλλων ἀγενικῷ ὀνόματι καλεῖται *Sollemnia*. μηδεὶς δὲ τῶν ἀρχόντων πεμπέτω λογοθέτην ἀλλὰ ἀναφερέτω πρὸς βασιλέα ἐφ᾽ ὧτε παρ᾽ αὐτοῦ πέμπεσθαι τὸν ἐπὶ τούτοις λογοθέτην μηδὲ ἄχρις ἑνὸς ὀβολοῦ ὀφείλοντα κερδᾶναι, ἀλλὰ τῷ τε δημοσίῳ λόγῳ καὶ τοῖς ὑποτελέσι φυλάττειν τὸ δίκαιον. ἐὰν οὖν εὑρὼν παρά τισι χρήματα δημόσια ὁ λογοθέτης ἀνύσῃ αὐτὰ καὶ εἰς τὸ θεῖον *ornamentum* εἰσκομίσῃ, ἔξεστιν αὐτῷ καθ᾽ ἑκάστην λίτραν ἓξ νομίσματα ὑπὲρ θεραπείας παρακατασχεῖν. εἰ δὲ παρὰ τῶν ὄντων ἐν ἐπαρχίαις ἢ ἑκόντων ἢ ἀκόντων ἄχρις ἑνὸς ὀβολοῦ λάβῃ αὐτὸς μὲν τὸ λαμβανόμενον ἀποδιδότω τετραπλάσιον ὀφείλων εἰσκομισθῆναι τοῖς δημοσίοις καὶ ποινῆς βασιλικῆς πειράσθω ὡς τὸ δημόσιον προδεδωκὼς ἢ τοὺς συντελεστὰς ἀδικήσας. ὁ δὲ ἀνασχόμενος παρασχεῖν ὡς διὰ τοῦτο καθομολογῶν ὑπεύθυνον αὐτὸν εἶναι τοῖς δημοσίοις ἀπαιτηθήσεται πάλιν τὰ περὶ ὅσων ὑπέμεινε ζήτησιν ὀφείλοντα εἰσκομισθῆναι τῷ δημοσίῳ λόγῳ καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ τῶν *ſollemnium* ζητήσει ὁ βασιλεὺς μανθάνων τὸ γενόμενον λογοθέσιον θείαν ἀμεριμνίαν ἐπιτίθεται τοῖς λογοθετήσασι μηκέτι δεύτερον εὐλαβουμένοις λογοθέσιον αὐτῷ τῷ λογοθετοῦντι ἐπιτρέπων τοῖς λογοθετουμένοις ποιεῖν ἀμεριμνίαν ἐφ᾽ ὧτε τοὺς ταύτην λαμβάνοντας μηκέτι δευτέραν μένειν λογοθεσίαν, μήτε δὲ ὑπὲρ τῆς γενομένης ἀμεριμνίας λαμβανέτω τι παντελῶς ὁ λογοθέτης ἀλλ᾽ ἐὰν ὅλως ἐπιχειρήσῃ τι λαβεῖν ἄδειαν ἐχέτωσαν οἱ κτήτορες καὶ πολῖται καὶ ἀπωθεῖσθαι τὸν ἐκβιβασμὸν αὐτοῦ καὶ δεήσεις ἐπιδιδόναι τῷ κατὰ καιρὸν βασιλεῖ ὥστε πεμφθῆναι τινὰ κατὰ χώραν τὸν ὀφείλοντα ποινὴν εἰσπρᾶξαι τὸν ἐπιχειροῦντα τι ἀπαιτῆσαι. εἰ δὲ καὶ τις ἄρχων μετὰ τὸν παρόντα νόμον χωρὶς θείας ἐγγράφου κελεύσεως πρὸς αὐτὸν πεμπομένης ἀποστείλῃ λογοθέτην ἐπὶ οἱονδήποτε τῶν εἰρημένων (1) ἔτι αὐτὸς μὲν ὁ ἄρχων εἴκοσι χρυσίου λίτρας πρόστιμον ὑποστήσεται, ἡ δὲ τάξις αὐτοῦ, πέντε καὶ δέκα, μήτε προφάσει ἀνακαθάρσεως ὀχετῶν ἢ τῶν πρὸς τοῖς τείχεσιν οἰκοδομημάτων καὶ τῆς αὐτῶν καταλύσεως ἢ τῶν ἐν ταῖς δημοσίαις στοαῖς γενομένων τῶν καλουμένων (2) προδουλείων καὶ ἐρειπίων, ἢ τῶν ἐν τοῖς μεταστύλοις τῆς πόλεως οἰκοδομουμένων ὡς ὀφειλόντων ἀνατραπῆναι, ἢ περὶ εἰκόνων ἤτοι αὐτοτρόπων ὅλως ἐπινοιῶν ἢ πολιτικῶν ζητήσεων ποιείσθω τινὰς προστάξεις. εἰ δὲ καὶ ποιήσει ἄδειαν ἐχέτωσαν οἱ ἐν ταῖς πόλεσι τὸν ἐντεῦθεν ἐκβιβασμὸν ἀπωθεῖσθαι καὶ μεδεμίαν ἀπόκρισιν ποιεῖν ἐν ταῖς τοιαύταις (3) πράξεσι μετὰ τοῦ καὶ τοὺς ἄρχοντας τῶν ἐπαρχιῶν εἰ τοῦτο τὸ γινόμενον σιωπήσοιεν καὶ πᾶσαν πολιτικὴν καὶ δημοσίαν βοήθειαν τοῖς αὐτοῖς ὑποκεῖσθαι ἐπιτιμίοις, ἐξουσίαν ἐχόντων τῶν βουλομένων δεήσεις ἐπιδιδόναι βασιλεῖ καὶ δι᾽ αὐτῶν διδάσκειν τὰ γινόμενα ὡς ἂν ἐκ βασιλικῆς ἀγανακτήσεως (4) ἐπακολουθήσῃ διόρθωσις, πρὸς τὸ καὶ τοὺς προστάξαντας ἄρχοντας γενέσθαι τι τοιοῦτο εἴκοσι χρυσίου λίτρας προ-

(1) αἰτίαν quidam. (2) Vide Conſtit. 26. de Epiſc. aud. (3) προστάξεσι forte. (4) ἐπακολουθήσῃ quidam.

blicarum rationum, ut ſunt lucra dicta [a] ἀγωγικὰ, vel παραπομπικὰ, aut ſumptuum in publicos aſinos, vel agaſones, aut perſecutionum, aut quæ generali appellatione ſollemnia vocantur. Nemo autem Præſes mittat diſcuſſorem, ſed ad Imperatorem referat, ut ab eo diſcuſſor mittatur, qui ne unum quidem obolum lucri aſſequatur. Sed & publicis rationibus, & collatoribus jus ſuum ſervet. Si tamen (*b*) apud aliquos publicas pecunias diſcuſſor reperiat, & diſcutiat eas, & in ſacrum ornamentum inferat; liceat ei in ſingulas libras ſex nummos pro miniſterio retinere. Quod ſi ab iis, qui in provinciis ſunt, invitis, aut volentibus vel unum obolum accipiat; ipſe quidem accepti quadruplum reddet, in publicum referendum, & pœnæ majeſtatis ſubjiciatur, utpote proditor publici, & collatorum concuſſor. Qui vero aliquid præbere toleravit; quaſi hoc ipſo confiteatur ſe eſſe obnoxium fiſco; exigetur rurſus ab eo, quod erat in quæſtione, an deberet rationibus publicis inferre. In hac autem ſollemnium quæſtione Auguſtus, poſtquam cognoverit rationum diſcuſſionem, divinam ſecuritatem dabit perſonis diſcuſſis, ut non amplius iterum diſcutiantur, ipſi quoque diſcuſſori permittet diſcuſſis ſecuritates facere; ut poſtquam eas ceperint, nullam iterum expectent diſcuſſionem. Neque vero pro facienda ſecuritate quicquam omnino diſcuſſor accipiat. Sed ſi tentaverit quicquam accipere; licentiam habeant poſſeſſores, & cives expellendi exactionem ipſius, & preces porrigere ejuſdem temporis Imperatori, ut aliquem mittat in eam provinciam, ut pœnam exigat ab eo, qui tentavit quicquam extorquere. Si vero etiam Magiſtratus aliquis poſt hanc legem ſine divinæ juſſionis ſcriptura ad ſe miſſa, miſerit diſcuſſorem qualicumque ex cauſa ſupraſcripta, ipſe quidem magiſtratus viginti auri libris, officium vero ejus quindecim libris multetur. Neque autem prætextu purgandarum cloacarum, aut ædificiorum muris propinquorum, ſive ut ea amoliantur, aut in publicis porticibus facta προδούλεια (*c*) dicta, & rudera ſive in intercolumniis urbis ædificia, ut quæ demoliri debeant, ſive de imaginibus, aliiſve tum primum excogitatis modis, aut civilibus quæſtionibus, aliqua mandata conficiat. Quod ſi fecerit, liceat civibus eam exactionem repellere, ac nullam reſponſionem facere hujuſmodi præceptis. Præterea etiam Præſides provinciarum ſi id, quod factum eſt, tacuerint, omneque civile, ac publicum auxilium (dederint:) eiſdem ſubjaceant pœnis. Liceat quoque iis, qui velint, preces Imperatori offerre, ac per eas acta docere, ut ex Imperiali indignatione correctio ſequatur, nec non magiſtratus jubentes fieri aliquid hujuſmodi, viginti auri

(a) *Græca verba fortaſſe portoria ſignificant, & tranſmiſſionis vectigalia. Vide Nov. 128.*

(*b*) *Refertur in indice Baſilicor. ordine litterarum littera* A.

(c) *Vid. Conſt. 26. Græca de Epiſc. aud. quæ huic multis in locis ſimilis eſt, & quæ illic de hoc verbo ſcripſimus.*

προστιμᾶσθαι καὶ μείζονα προσδοκᾷν βασιλικὴν ἀγανάκτησιν. τὰς δὲ πειθομένας αὐτοῖς τάξεις μετὰ τοῦ προστίμου τῶν πέντε καὶ δέκα τοῦ χρυσίου λιτρῶν καὶ τὴν ἐν σώματι τιμωρίαν ὑπομένειν. μόνον γὰρ ἔξεστι τῷ βασιλεῖ καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἐποψίαν ἐπιτρέπειν ἀνδρὶ καθαρῷ καὶ τὴν ἀλήθειαν καὶ πρὸς ὠφέλειαν τῶν πόλεων τὰ τοιαῦτα ζητοῦντι καὶ μηδὲν παντελῶς ὑπὲρ αὐτῶν κομιζομένῳ. προνοείτωσαν δὲ οἱ τῶν πόλεων πατέρες καὶ οἱ τῶν κτητόρων εὐυπόληπτοι ὥστε μηδένα πολιτικὸν τόπον ἢ δημόσιον ἢ πρὸς τὰ τείχη ἢ ἐν ταῖς δημοσίαις στοαῖς ἢ λατρείαις ἢ ὁπουδήποτε κείμενον ὑπό τινων ἀλόγως κατέχεσθαι καὶ μὴ ἐκδίδοσθαι τόπον πολιτικὸν χωρὶς θείου τύπου. τὰ γὰρ παρ' αὐτῶν μὴ ὀρθῶς ἐκδιδόμενα ἀνατρέπεσθαι καὶ ζημιοῦνται οἱ ἐξειληφότες. προνοείτωσαν δὲ οἱ αὐτοὶ ὥστε τοὺς ἐκ τύπου θείου ἔχοντας νομὴν ὕδατος μὴ πλεονεκτεῖν τοὺς ἑτέρους καὶ τὸν μὲν πλέον τὸν δὲ ἔλαττον λαμβάνειν· ἔργον δὲ ἔστω τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος τῶν θείων ἰδικῶν τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ὑπηρετουμένων αὐτῷ παλατινῶν διερευνᾷν ταῦτα καὶ προσαγγέλλειν καὶ τὴν τῶν ἐπικειμένων προστίμων εἴσπραξιν ποιεῖσθαι· ἢ ἐὰν ῥαθυμήσειεν εἴκοσι χρυσίου λίτρας προστιμᾶσθαι· τὴν δὲ τάξιν αὐτοῦ πέντε καὶ δέκα.

auri libris multentur, & majorem Principis vindictam timeant. Officia vero eis ſubjecta præter multam quindecim auri librarum, corporalem caſtigationem ſuſtinebunt. Namque Imperatori tantum licet horum inſpectionem viro integro, & qui vera, & civitatibus utilia in eo negotio perquirat, committere, qui nihil pro his rebus accipiat. Provideant autem Patres civitatum, & qui inter poſſeſſores bonæ opinionis ſunt, ut nullus urbis locus, ſive publicus, ſive muris proximus, ſive in porticibus publicis, vel latrinis, vel alibi ubicumque fuerit, ab aliquo privato injuſte poſſideatur; neve ſine ſacra forma locus urbis alicui detur. Nam ſi quæ ab eiſdem non recte data ſunt, reſcindantur; eaque amittant, qui ea receperunt. Iidem quoque provideant, ut qui ex ſacra forma habent poſſeſſionem aquæ, ne turbent cæteros: & ne quis plus altero habeat. Sit igitur opus magnificentiſſimi Comitis ſacrarum rerum privatarum Auguſti, & Palatinorum, qui ei ſubjecti ſunt, hæc indagari, & renuntiare, & impoſitas multas exigere: aut ſi facere neglexerint, ipſe viginti auri libris, ejus vero officium quindecim libris multentur.

Tit. XXXIII. De Prædiis curialium ſine decreto alienandis. *Videtur quibuſdam ſub hoc titulo deſiderari quartam Conſtitutionem ex Novella XXXVIII. & LXXXVII.*

UT tam venditiones, quam donationes ſimplices, & omnis actio, quæ alienationem immobilium curialium rerum continet, decreto cum obſervatione illic poſita interponendo ſubjaceat.

Tit. XLVII. De Excuſationibus Munerum. *Conſtitutione ſecunda Græca verba deſiderantur poſt illa verba* Sabinus dixit.

Tit. LV. Quibus muneribus excuſantur ii, qui poſt impletam militiam, vel advocationem per provincias ſuis commodis vacantes commorantur, & de privilegiis eorum.

Ἐκ τοῦ ζ. τίτλου τοῦ νδ. βιβλίου τῶν βασιλικῶν μέρος τῆς α. διατάξεως τοῦ ν ε. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

ΟΙ πληρώσαντες στρατείαν ἢ συνηγορίαν πρὸς τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῖς προνομίοις μήτε σιτωνίαν ἢ ἐλαιωνίαν ἢ ἐποψίαν ἔργων ἢ λογοθέσιον ἢ ἐκδικίαν ἢ πατερίαν ἢ λογιστίαν ἢ ἀγορανομίαν ποιείτωσαν ἀλλ' ἔνθα ἂν οἰκῆσαι βουληθῶσι μήτε ὑπαντᾷν ἀναγκαζέσθωσαν τοῖς ἄρχουσι περαιτέρω πυλῶν. μὴ δὲ εἰς συλλόγους ἀπόντες καλείσθωσαν μήτε ὀνομαζέσθωσαν ἢ ὀνομαζέτωσαν μήτε διαγραφὰς παρεχέτωσαν προφάσει συνηθειῶν ἢ θεωρητικῶν. ἐχέτωσαν δὲ καὶ μίαν οἰκίαν ἐλευθέραν μιτάτων τῶν ἐπιδημούντων στρατιωτῶν καὶ τῶν ἐν τοῖς τόποις διατριβόντων, δηλονότι τῶν ἐχόντων ἀξίας τινὰς τὴν ἰδίαν ἀτέλειαν κεκτημένων. ἡ γὰρ διάταξις αὕτη προστίθησι ταῖς προτέραις εὐεργεσίαις καὶ οὐκ ἀφαιρεῖται ἐξ αὐτῶν. παρεχέτωσαν δὲ τὰ δημόσια καὶ τιμάτωσαν τοὺς ἄρχοντας καὶ τιμάσθωσαν παρ' αὐτῶν. ὁ δέ τι τῶν ἐν τῇ διατάξει παραβαίνων ἢ παραβαθῆναι συγχωρῶν πεντήκοντα λίτρας χρυσοῦ προστιμηθήσεται.

Pars Conſtitutionis ſingularis, ſive epitome ex lib. LIV. Baſilicorum.

QUI militiam, vel advocationem impleverunt, præter propria privilegia, a frumenti, vel olei emptionis cura, ab inſpectione operum, a diſcuſſoris, vel defenſoris officio, patris quoque, & rationalis, & Ædilitatis munere excuſentur. Sed habitent, ubi voluerint, neque extra portas urbis magiſtratibus obviam ire cogantur, neque ad collegia abſentes vocentur; aut nominentur ipſi, aut alios nominent; neque deſcriptiones ſolvant conſuetudinum, vel ſpectaculorum prætextu. Habeant quoque unam domum liberam ab onere hoſpitii militum venientium, & eorum, qui in eiſdem locis verſantur. Qui vero aliquas dignitates obtinent, ſua videlicet immunitate fruantur. Auget enim hæc conſtitutio priora beneficia, non ex illis minuit. Præbebunt autem publica tributa, & honorem deferent magiſtratibus, atque ab eiſdem honos eis habebitur. Si quis aliquid ex hac conſtitutione violaverit, aut violari permiſerit; quinquaginta libris auri multabitur.

B. ια. T α.

Ἐκ τοῦ ιβ. τίτλου τοῦ ϛ. βιβλίου τῶν Βασιλικῶν μέρος τῆς α. διατάξεως τοῦ α. τίτλου τοῦ ια. βιβλίου τοῦ κώδικος.

ΣΥγχωρεῖ πᾶσιν, εἰς τέλειον τὴν συντέλειαν τὴν τοῦ χρυσαργύρου ἐξῃρημένων τῶν πόλεων ἢ κωμῶν τῶν λαβουσῶν τι κατὰ τελευταίαν βούλησιν ὑπὲρ τοῦ συντελεῖν τοῦτο ἤγουν ἐὰν ἀπὸ τοῦ δημοσίου δέδοται τι ὑπὲρ τοῦ συντελεῖν τοῦτο. οἱ δὲ τὸ τέλος τοῦτο παρέχοντες ἄδειαν ἐχέτωσαν εἴτε ἐν κωνσταντινουπόλει εἴτε ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καταβαλεῖν αὐτὸ εἴτε τὸ τέταρτον κατ᾽ ἐνιαυτὸν εἴτε ὑπὲρ τετραετίαν δίχα μέν τοι ζημίας καὶ διαστροφῆς. εἰ δέ τι ἐκ περιττοῦ εἴη μετὰ τὸ τοιοῦτο τέλος ἀναλισκέσθω εἰς ἀναγκαίας χρείας τῆς πόλεως οἷον ἔργα ἢ σιτωνείαν ἢ φῶτα ἢ τὰ ὅμοια. ἑκατὸν δὲ λίτρας ὀφείλει πρόστιμον τῇ σχολῇ τῶν παλατινῶν καὶ τοῖς ἄρχουσι καὶ τῇ τάξει καὶ τοῖς πολίταις εἰ ταῦτα παραβαθεῖεν ποτέ.

LIB. XI. TIT. I.

DE LUSTRALIS AURI COLLATIONE.

Pars prioris Conſtitutionis, ſive epitome ex lib. LVI. Baſilicorum.

OMnibus collatio auri in totum remittitur, exceptis urbibus, vel vicis, qui ex ultima voluntate quicquam acceperunt, ut eam collationem inferrent, aut etiam ſi a fiſco ob eam cauſam collationis, quicquam datum eſt. Illi vero, qui hoc onus præbent, facultatem habeant, aut Conſtantinopoli, aut in provincia ſolvere, aut quartam partem ſingulis annis, aut quarto quoque anno omnia, ſine diſpendio, ac mora. Si quid vero ſupereſt ex hac collatione, in uſus neceſſarios urbis expendatur, ut puta in opera, vel frumenti emptionem, aut lumina, (*a*) aut ſimilia. Centum vero librarum auri multa definita eſt ſcholæ Palatinorum, & Praſidibus, & eorum officiis, ac civitatibus, ſi hæc aliquando tranſgrediantur.

Ἐκ τοῦ ἀδήλου ἤτοι ἐκ τοῦ αὐτοῦ τίτλου ιβ. μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς β. διατάξεως τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

ΜΗδεὶς διαγραφέσθω εἰς θεωρητικὰ ἢ ἄλλα τινὰ προφάσει τοῦ κουφισθῆναι τὴν συντέλειαν τοῦ χρυσαργύρου. ἐπεὶ ἡ προειρημένη ποινὴ ἐπικείσεται.

Pars epitomes poſterioris Conſtit.

NEmo deſcribatur in ſpectacula, vel alia quæcumque ea occaſione, ut relevetur a collatione aureæ pecuniæ: nam prædictæ pœnæ ſubiicietur.

TIT. II. DE NAVICULARIIS &c.

B. ια. T. η.

Ἐκ τοῦ ἀδήλου ἤτοι ἐκ τῶν Βασιλικῶν μέρος τῆς ιϛ. διατάξεως τοῦ η. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

ΜΗδεὶς ὡς ἔτυχεν τοῖς δημοσίοις σωματείοις ἐγγραφέσθω εἰ μὴ κατὰ τὸ ἀναγκαῖον καὶ ἐκ γένους ὢν τοιούτου καὶ ἡλικίας καὶ τέχνης ἐστὶν ἐπιτήδειος πράξεως γινομένης ἐπὶ τούτῳ παρὰ τῷ ἄρχοντι τῆς ἐπαρχίας καὶ κατατιθεμένου τοῦ σωματείου ὅτι ἐπιτήδειός ἐστι καὶ τὰ πραττόμενα εἰς ἡμᾶς ἀναφερέσθω ὥστε ἡμᾶς πάλιν ἐπικυρῶσαι διὰ θείων συλλαβῶν τάξιν προβατορίας λαμβανουσῶν εἰ δὲ παραβαίη ταῦτα τις οὔτε τὰς παραμυθίας λήψεται τὰς ἐντεῦθεν οὔτε κοινωνήσει τῷ σωματείῳ ἀλλὰ βασανισθεὶς ἐξορισθήσεται διηνεκῶς ἐκ τῆς ἐπαρχίας καὶ πᾶς δὲ συνεργήσας τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις ὑποκείσεται καὶ μάλιστα ὁ πραιπόσιτος.

LIB. XI. TIT. VIII.

De Murilegulis, & gynæciariis, & procuratoribus gynæcii, & de monetariis, & baſtagariis.

Pars Conſtit. XVI. ſive epitome.

NEmo, ut ſolet, publicis corporibus abſcribatur, niſi neceſſarius, & ex tali genere ſit, atque ætate, & arte idoneus, idque actis Præſidis provinciæ demonſtretur, illum eſſe idoneum, ut corpori aggregetur: atque acta ad nos referantur, ut nos rurſum ſacris noſtris litteris locum probatoriæ habituris ea corroboremus. Quod ſi quis hæc violaverit, neque ulla ſolatia ex eo recipiet, neque corpori communicabit; ſed potius tormentis excruciatus perpetuo extra provinciam exulabit. Quiſquis vero ſocius in delicto fuerit, eiſdem pœnis ſubjacebit, maxime ſi præpoſitus fuerit.

B. LIB.

(a) ἢ φῶτα. *Suſpicor hoc verbum referri poſſe ad baptiſmi ſacri celebritatem, aut ad locum, quod baptiſterium vocant. Nam* φωτισμὸς καὶ φωτίζειν *a Dionyſio, & Clemente, & aliis ad baptiſmum refertur.*

UNED

B. ια. T. ιζ.

Ἐκ τοῦ κατασοιχείου μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς γ. διατάξεως τοῦ ιζ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

ΟΙ οἰνέμποροι ὡς ἂν συμφωνήσουσι πιπράσκουσι. οὐδεὶς γὰρ ἀναγκάζεται πωλεῖν ἀπαρεσκόμενος τῷ μέτρῳ ἢ τῷ τιμήματι, καὶ μάλιστα εἰ μηδὲν γίνεται παρὰ τὴν συνήθειαν τοῦ κλίματος.

B. ια. T. μα.

Ἐκ τοῦ λ. η. τίτλου τοῦ ξ. βιβλίου τῶν βασιλικῶν μέρος τῆς ζ. διατάξεως τοῦ μα. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

ΜΗδεὶς πορνοβοσκείτω τοῦ λοιποῦ, μηδὲ πόρος ἐντεῦθεν ταῖς λαργιτίοσιν εἰσαγέσθω μήτε οὖν δούλην ἢ ἐλευθέραν προϊστάτω τις. ἐπεὶ εὐτελὴς μὲν ὢν ὁ τοῦτο ποιῶν πρὸς τῷ τιμωρηθῆναι καὶ μεταλλίζεται ἢ ὑπέρορος ἐξορίζεται. στρατείαν δὲ ἔχων ἢ ἐπιτήδευμα σεμνὸν ἀπολλύτω καὶ αὐτὴν σὺν τῇ οὐσίᾳ ὡσαύτως καὶ οἱ θυμελικοὶ τούτων ἀπεχέσθωσαν. εἰ δὲ δοῦλον εἴη τὸ προστεθὲν παρὰ παντὸς ἐκδικείσθω προῖκα εἴτε ἀνὴρ εἴτε γυνὴ εἴτε κληρικὸς ἢ μοναχὸς τοῦτο ἐκδικεῖ. ταῦτα δὲ φυλαττέτωσαν οἱ ἄρχοντες οἱ μείζοντες, καὶ οἱ ἥττονες καὶ αἱ τάξεις αὐτῶν ποινὴν ὑφορώμεναι καὶ εἰς τὸ σῶμα καὶ εἴκοσι λιτρῶν.

B. ια. T. μη.

Ἐκ τοῦ κατασοιχείου ἡ διάταξις ιη. τοῦ μη. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

ΑΥτοκράτωρ ἀναστάσιος. τῶν γεοργῶν οἱ μὲν ἐναπόγραφοι εἰσὶ καὶ τὰ τούτων πεκούλια τοῖς δεσπόταις ἀνήκει, οἱ δὲ χρόνῳ τῆς τριακοντα ἐτίας μισθωτοὶ γίνονται ἐλεύθεροι μένοντες μετὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν καὶ οὗτοι δὲ ἀναγκάζονται καὶ τὴν γῆν γεωργεῖν καὶ τὸ τέλος παρέχειν. τοῦτο δὲ καὶ τοῖς δεσπόταις, καὶ τοῖς γεωργοῖς λυσιτελές.

B. ια. T. νδ.

Ἐκ τῶν βασιλικῶν μέρος τῆς β. διατάξεως τοῦ νδ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

ΜΗδεὶς κωμήταις προστασίαν ὑπισχνείσθω μηδὲ δεχέσθω γεωργοὺς ἐπὶ τούτῳ ὑπόσχεσιν προσόδων ἢ ἕτερον κέρδος λαμβάνων. εἰ δὲ τις παραβαίη ταῦτα καὶ τοῖς προειρημένοις ἐπιτιμίοις ὑποπεσεῖται καὶ ἑτέρα μείζονι πειραθήσεται κινήσει. πρὸς τούτοις

 καὶ

LIB. XI. TIT. XVII.

De Suariis & ſuſceptoribus vini, & cæteris corporatis.

Pars epitomes Conſtit. III. (*a*) *ex indice Baſilicorum.*

VIni venditores, ut contraxerint, vendant: nemo enim cogitur vendere menſura, aut pretio, quod non placuerit, maxime, ſi nihil præter morem ejus regionis fiat.

LIB. XI. TIT. XLI.

De ſpectaculis, & ſcenicis, & lenonibus.

Pars Conſtit. VII. (*b*) *ex lib. LX. Baſilicorum.*

NEmo deinceps leno ſit, neque ex eo quæſtu quidquam largitionibus inferatur. Itaque nemo ancillam, aut liberam proſtituat: nam humilior, qui id fecerit, præter cruciatus, aut in metallum, aut in exilium mittetur: qui militiam habuerit, aut officium honeſtius, ea amittat una cum facultatibus ſuis. Thymelici quoque eodem pacto his abſtineant. Quod ſi mancipium ſit, quod proſtat, a quocumque gratis vindicetur, ſive is vir ſit, ſive mulier, ſive clericus, ſive monachus. Servabunt autem hæc magiſtratus tam majores, quam minores, & eorum officia pœnæ corporalis, & viginti librarum formidine.

LIB. XI. TIT. XLVIII.

De Agricolis cenſitis, & colonis.

XVIII. (*c*) IMP. ANASTASIUS A. *

AGricolarum alii quidem ſunt adſcripticii, & eorum peculia ad dominos pertinent: alii vero tempore triginta annorum mercenarii coloni, fiunt liberi cum bonis ſuis: coguntur tamen hi colere agros, & canonem præſtare. Id vero te domino, & agricolis utilius eſt.

XIX. Litibus.

LIB. XI. TIT. LIV.

Ut nemo ad ſuum patrocinium ſuſcipiat vicos, vel ruſticanos eorum.

Pars II. Conſtit. ſive epitome ex Baſilicis.

NEmo vicanis patrocinium polliceatur; neve agricolas eadem ratione ſuſcipiat; promiſſionem redituum, aut aliud lucrum percipiens. Si quis hæc violaverit; & prædictis pœnis ſubiicietur, & majoris motionis periculo. Vicani præ-

 ter-

[a] *Præter indicem Baſilicorum ordine litterarum refert Joſephus Tenedius in Prochiro littera o.*

[b] *Ex libro 60. tit.* 38. *cap.* 2. *Baſilicor. Videatur conſtit.* 14. *Græca de Epiſcop. audientia, & illic addita.*

[c] *Refertur conſtit.* 23. *& ab Euſtathio tit.* 41. *cap.* 9. *de temporibus.*

καὶ οἱ κώμητες εἰ μὲν δοῦλοι εἶεν τοῖς δεσπόταις ἀποδοθήσονται * καὶ τύπτονται μετὰ δέκα τῶν πρωτευόντων τῆς κώμης καὶ διηνεκῶς ἐξορίζονται ἐν ᾧ γνώμη πάντων ἐγαστίασαν.

terea ſi ſervi fuerint, dominis reddentur, (*a*) & verberabuntur ſimul cum decem primis ejus vici, & perpetuo exulabunt; ſi de ſententia omnium eos libenter ſuſceperunt.

LIB. XII. TIT. XXV. De caſtrenſianis, & miniſterianis. *In fine hujus tituli & notitiam miniſterianorum, & Græcam Conſtitutionem deeſſe in quibuſdam libris notatur.*

B. ιβ. T. λγ.

Ἐκ τοῦ ν ζ. βιβλίου τῶν βασιλικῶν ἐπιτομὴ τῆς η. διατάξεως τοῦ λ γ. τίτλου τοῦ ι β. βιβλίου τοῦ κώδικος.

Η Διάταξις ἑλληνικὴ οὖσα βεβαιοῖ τὴν πρώτην διάταξιν τούτου τοῦ τίτλου τὴν λέγουσαν, μηδένα κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν δύο στρατείας ἔχειν, προστιθεῖσα ὅτι οὐδεὶς ὀφείλει οὔτε στρατείας ἄλλας μετιέναι καὶ τοῖς τριβούνοις (1) νοταρίοις ἐγκαταλέγεσθαι. ἀπαιτεῖ δὲ ὑπομνημάτων πραττομένων ἕκαστον κατατίθεσθαι τί μᾶλλον ἐπιλέγεται τῶν στρατειῶν ἢ τῶν ἀξιωμάτων ὁρίζουσα χρόνον εἴσω τριῶν μηνῶν μετὰ τὸ γνῶναι ταύτην τὴν διάταξιν ὥστε ἐντὸς τούτου προσιέναι τὸν βουλόμενον ἐν μὲν κωνσταντινουπόλει τῷ κόμητι τῶν θείων ἰδικῶν ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις τοῖς ἄρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τὴν οἰκείαν φανεροῦν προαίρεσιν. εἰ δὲ συμβαίνει παραδραμεῖν τὸν χρόνον τοῦτον κελεύει αὐτοὺς εἰ μὲν στρατείας πολλὰς ἔχοιεν μίαν καὶ μόνην ἔχειν. εἰ δὲ στρατείαν καὶ ἐπιστολὰς τριβούνων νοταρίων μένειν μόνον τριβούνους. εἰ δὲ στρατείαν καὶ κόμητος ἀξίαν τὴν μὲν στρατείαν ἀπολλύειν τὴν δὲ ἀξίαν τοῦ κόμητος τοῦ ὑψηλοῦ βήματος ἔχειν μηδενὸς πραγματικοῦ τύπου παρὰ τὰ διηγορευμένα μέλλοντος ἰσχύειν. ἐὰν δὲ τις στρατείαν ἔχων ἄρχων ἐπαρχίας γένηται, καὶ λάβῃ θεῖον τύπον περὶ τοῦ φυλαχθῆναι αὐτῷ τὸν ἴδιον τόπον κελεύει ἡ διάταξις τοῦτον τὸν τύπον ἰσχύειν ἵνα ὁ μὲν στρατείας φυλάττεται τόπος, μηκέτι δὲ κεχρῆσθαι καὶ τῷ ἐκ τῆς ἀρχῆς ὡς εἰκὸς προσγενομένῳ αὐτοῖς ἀξιώματι. εἰ δέ τι τοιοῦτο ἐπιχειρήσωσιν ἑκάτερον τινὲς ποιεῖν καὶ δύο τυχὸν στρατείας κεχρῆσθαι ἑκατέρου ἐκπίπτουσιν. ὁρίζει δὲ πρόστιμον εἰκοσι λιτρῶν κατὰ τῶν παραβαινόντων εἰ καὶ θεῖον τύπον ὡς εἰκὸς προσποριζομένων καὶ ταύτῃ τῇ θείᾳ διατάξει ἐναντιουμένων. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τῶν ἀρχόντων τῶν τὸν τοιοῦτον θεῖον τύπον προσδεχομένων.

LIB. XII. TIT. XXXIII.

Qui Militare poſſunt, vel non poſſunt; & de ſervis ad militiam, vel dignitatem aſpirantibus; & ut nemo vel duplici militia, vel dignitate, & militia ſimul utatur.

Epitome Conſtit. VIII. (b) ex lib. VII. Baſilicorum.

HÆC Græca conſtitutio confirmat primam conſtitutionem hujus tituli, quæ cenſet, ne quis eodem tempore duas militias habeat; addens non oportere, ut aliis militiis implicitus, tribunis notariorum adnumeretur. Exigit etiam, ut actis faciendis ſinguli deponant, quam malint militiarum, vel dignitatum: & definit tempus trium menſium poſt notitiam hujus conſtitutionis, ut intra id tempus adeat is, qui velit, Conſtantinopoli Comitem divinarum rerum privatarum, in provinciis Præſides provinciarum, ſuamque aperiant voluntatem: quod ſi evenerit elabi id tempus; jubet, eos, ſi plures militias habebant, unam tantum habere. Si vero militiam, & epiſtulas Tribunorum notariorum; manere tantum Tribunos. Quod ſi militiam, & Comitis dignitatem, militiam quidem amittant, dignitatem vero Comitis excelſi tribunalis retineant; nullaque pragmatica forma contra hanc diſpoſitionem robur obtineat. Si vero quis militiam obtinens Præſes provinciæ fiat, accipiatque ſacram formam, ut conſervetur ei prior locus; jubet conſtitutio hanc formam valere, ut militiæ locus ei ſervetur; ſed non obtinebit provinciæ adminiſtrationis poſtea dignitatem. Quod ſi aliquid ex his facere tentaverint, ac duas militias retineant; utramque amittant. Definivit autem multam viginti librarum adverſus tranſgreſſores, etiam ſi ſacram formam oſtenderint, cum contra dicant huic divinæ conſtitutioni. Simili multa magiſtratus plectentur, qui eam ſacram formam ſuſceperint.

B. ιβ. T. λζ.

Ἐκ τῶν βασιλικῶν μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς ι η. διατάξεως τοῦ λ ζ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

Η διάταξις κελεύει πρότερον ἐπὶ χώρας παρακρατεῖσθαι τὰ εἰς στρατιώτας δαπανώμενα καὶ τηνικαῦτα τὰς λοιπὰς αἰτίας τοῦ δημοσίου προβῆναι. οὐ δέ

LIB. XII. TIT. XXXVII.

De Erogatione militaris annonæ.

Pars epitomes XVIII. Conſtit. ex Baſilicis.

HÆC conſtitutio jubet, ut prius in pagis retineantur, quæ militibus eroganda ſunt, & poſtea reliquæ cauſæ publicæ procedant. Neque enim

(1) νοταρίων quidam.

[a] *Poſt hoc verbum additur a quibuſdam:* caſtigati, ſi liberi, xx. libris multentur.

[b] *Videndum eſt, an hæc verba referantur ad collectionem Baſilicorum, vel an ſcribendum ſit pro* primam, quintam.

δὲ γὰρ χρὴ μόνας τὰς ἐκπομπὰς κατεπείγεσθαι, ῥαθυμεῖσθαι δὲ τὰ στρατιωτικὰ δαπανήματα. τοὺς δὲ ἄρχοντας καὶ τὰς πόλεις καὶ πάντα τὸν ἕτερον δημοσιεύοντα εἴπερ παραβαθῇ τῶν θεσπισθέντων καὶ τὰ χρήματα παρέχειν οἴκοθεν τοῖς στρατιώταις καὶ πρόστιμον ἑκατὸν λιτρῶν χρυσίου θεσπίζομεν.

enim oportet ſolas tranſmiſſiones urgere, negligere vero militares erogationes. Si magiſtratus, & civitates, & qui alia publica tractant, ſi quid fuerint tranſgreſſi eorum, quæ ſancita ſunt; tam de ſuo militibus res præbere, quam multam centum librarum auri ſancimus.

Ἐκ τῶν αὐτῶν ἡ ἐπιτομὴ τῆς ιθ. διατάξεως, τοῦ αὐτοῦ τίτλου.

Epitome XIX. Conſtitutionis ex eiſdem.

Η Διάταξις κελεύει ἵνα ἐὰν στρατιῶται ὑφεστῶτες μὴ ὦσιν ἐν ταῖς οἰκείαις ἀγγαρείαις ἀλλ' ἢ εἰς βοήθειαν ἢ φοιτήσωσιν προσώποις τισὶν ἢ κατὰ ἄφεσιν ἀπελύθησαν μὴ λαμβάνειν τὰς ἀννώνας αὐτῶν τὸν ὑπομνηματοφύλακα ἐν εἴδει διὰ τὸ μὴ φθείρεσθαι, ἀλλ' ἐν χρυσῷ διατιμωμένου τοῦ εἴδους κατὰ τὸν ὅρκον παρεχόμενον παρά τε τῶν τριβούνων καὶ τῶν βικαρίων καὶ τῶν δομεστίκων καὶ ὑπομνηματοφυλάκων καὶ ὀπτιώνων οὐδὲν ἧττον καὶ μετὰ τὸν ὅρκον λογοθετουμένων καὶ εἴπερ εὑρεθείησαν ψευσάμενοι ἐν διπλῷ καταβαλλόντων. εἰ δὲ καὶ στρατιώτης ἐξαργυρεῖσθαι βουληθείη τὰς παρεχομένας αὐτῷ ἀννώνας λήψεται τὰ χρήματα κατὰ τὴν τράπεζαν. εἰ δὲ τὸ εἶδος λαμβάνει λήψεται τὸ ἐν τῇ χώρᾳ χορηγούμενον κατὰ δοκιμασίαν τοῦ θεοφιλεστάτου τῶν τόπων ἐπισκόπου καὶ τοῦ λαμπροτάτου ἐκδίκου τῆς πόλεως. εἰ δὲ καὶ ὁ ὑπομνηματοφύλαξ ἀγοράσῃ παρὰ στρατιώτου τὰς ἀννώνας αὐτοῦ, καὶ αὐτὸν λαμβάνει αὐτὰς παρὰ τοῦ συντελεστοῦ ὡς ἐκχωρηθείσας αὐτῷ πάλιν κατὰ τὴν τράπεζαν λαμβάνειν αὐτὸν εἰ μὴ παρὰ τὸ εἶδος βούλεται ὁ συντελεστὴς προσαγαγεῖν, εἰ δὲ καὶ οἱ συντελεσταὶ βουληθείησαν ἑκουσίως πωλῆσαι τινὰ τοῖς στρατιώταις οὐ κωλύομεν τοῦτο γίνεσθαι εἰ καὶ μέλλουσιν ἐκ τούτου κερδαίνειν ἥττονα ποσότητα εἰδῶν παρέχοντες αὐτοῖς παρὰ τὴν δημοσίαν τράπεζαν. μὴ ἐξέστω δὲ τοῖς πολίταις ἐκ τούτου βλάπτειν τὸν συντελεστὴν ἵνα ἐὰν αὐτοὶ κακῶς συμφωνήσωσιν ἀναγκάζωσι τὸν συντελεστὴν καθ' ὡς (1) συνεφώνησε παρασχεῖν τὰ εἴδη. εὑροῦσα δὲ ἡ διάταξις ὅτι καί τινες τῶν χαρτουλαρίων τῶν γενναιοτάτων ἀριθμῶν ἤτοι φοιδεράτων συνωνοῦνται ἑαυτοῖς σῖτον ἵνα τὸ μὲν δημόσιον δίδωσιν αὐτοῖς κατὰ τὴν τράπεζαν τὰ τοῦ σίτου τιμήματα, αὐτοὶ δὲ ὡς προηγορακότες εἴδη κερδαίνουσι, κελεύει ἡ διάταξις μηδένα συντελεστὴν ἄκοντα ἀπαιτεῖσθαι παρέχειν αὐτοῖς συνωνήν. εἰ δὲ ἑκουσίως πωλῆσαι ζητήσῃ τοῖς αὐτοῖς μὴ ὑπερβαίνειν αὐτοὺς τὰ τιμήματα τῆς τραπέζης εἰς τὴν ποσότητα τὴν μέλλουσαν λόγῳ ἀννώνων τοῖς στρατιώταις χορηγεῖσθαι. εἰ γὰρ ἔξωθεν ἑτέραν ποσότητα βουληθῇ ἀγοράσαι τότε κεκώλυται πραγματεύεσθαι ὡς καὶ πᾶς στρατιώτης. ταῦτα δὲ πάντα δείκνυσι μέλλουσα γίνεσθαι ἀναψηλάφησις ἀναγκάζουσα πάντα ἄνθρωπον τὸν ὁτεδήποτε ψευσάμενον σφετερισάμενον διπλάσιον καταθεῖναι ἵνα τὸ μὲν ἁπλοῦν λάβῃ ὁ ἐκδικηθεὶς, τὸ δὲ ἕτερον ἁπλοῦν τὸ δημόσιον. πάντες δὲ οἱ στρατιῶται οἱ προσπαραμένοντες προσώποις τισὶν ἐν ἐξαργυρισμῷ λαμβανέτωσαν τὰς ἰδίας ἀννώνας κατὰ τὸν ἐξαργυρισμὸν τῆς τραπέζης. ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς κεφαλιτίωνας καὶ μὴ ζητείτωσαν τὰ εἴδη, εἰ μὴ ἑκὼν ὁ συντελεστὴς ταῦτα καταβάλλοι, τοῦ παραβῆναι τίποτε τῶν προειρημένων τολμῶντος μέγιστον κίνδυνον ὑφορωμένου εἴτε τριβοῦνος εἴτε βικάριος ἐστὶν, εἴτε δομέστικος, εἴτε

(1) συνεφωνήσαν quidam.

HÆC Conſtitutio jubet, ut ſi milites non ſubeant ſua munera in angariis ſuis; ſed aut in auxilium aliquorum deputati fuerint, aut miſſione aliqua dimiſſi: actuarius eorum annonas non recipiat in ſpecie, ne corrumpantur, ſed in pecunia æſtimationem ſpecierum juxta jusjurandum præſtandum a tribunis, & vicariis, & domeſticis, & actuariis, & optionibus, a quibus nihilominus præter ſacramentum ratio exigetur; ac ſi quid fefelliſſe inventi fuerint, duplum reſtituent. Quod ſi miles redigi ſibi in pecuniam velit annonas ſibi dandas; pecuniam accipiat a menſa. Si vero ſpecies malit; quod ea regio ſuppeditat, arbitrio Dei amantiſſimi ejus loci Epiſcopi, & clariſſimi Defenſoris ejus urbis accipiet. Quod ſi etiam actuarius emat a milite annonas ſuas, eaſque a collatore accipiat, ut ſibi debitas; per menſam rurſus eas accipiat, niſi malit collator ſpecies ipſas inferre. Si vero collatores velint ſponte ſua vendere aliqua militibus, minime id fieri prohibemus; & ſi ex ea re lucraturi ſint, minorem ſpecierum quantitatem eis præſtantes, quam ex menſæ publicæ æſtimatione. Nec vero liceat civibus ex eo lædere collatorem; quod ſi ipſi male contractus inierint, cogant collatorem, ut ipſi convenerunt, ſpecies præbere. Quia vero novit Imperator quoſdam Chartularios nobiliorum numerorum, aut fœderatorum coemere ſibi frumentum, ut de publico accipiant per menſam æſtimationem frumenti, ipſi vero ſpecies quaſi antea jam emptas lucrentur: jubet hac conſtitutione; ut nemo collator invitus cogatur præſtare militibus coemptionem: ſed ſi ſponte velint eis vendere, non excedant pretia menſæ pro ea quantitate, quam loco annonæ militibus erogaturi ſint: nam ſi aliunde aliam quantitatem emere velint: prohibentur contractum facere, ut etiam omnes milites. Quæ omnia futura retractatio oſtendet; qua cogentur omnes ejus, quod aliqua ratione fraudaverint, averterintque, duplum reſtituere; ut ſimplum quidem recipiat vindex, ſimplum quoque fiſcus. Omnes vero milites, præpoſitis quibuſdam adærationi, accipiant annonas ſuas juxta æſtimationem menſæ; idem quoque facient, cum capitationes accipient; ſpecies vero non requirant, niſi ſponte collator eas intulerit. Qui aliquid dictorum violare auſus fuerit; maximum periculum formidet; ſive is tribunus, ſive vicarius ſit, ſive

 do-

εἴτε ὑπομνηματοφύλαξ, εἴτε ὀπτίων, εἴτε πρῶτος ἀριθμοῦ, εἴτε ταξεώτης τοῦ στρατηλάτου ἐὰν συμβῇ τί ποτε παρὰ τὸ ἀληθὲς γνωρισθῆναι ἢ ἐπιχειρισθῆναι καὶ μὴ παραχρῆμα δηλωθῇ καὶ ἀνασταλῇ, ἡ γὰρ ἀναψηλάφησις πάντα τὰ παρὰ τὴν διάταξιν γινόμενα ἀπελέγξει.

Εκ τῶν παρατίτλων μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς αὐτῆς διατάξεως ἧς ἡ ἀρχὴ θεσπίζομεν.

ΟΣτρατιώτης δοκιμασίᾳ τοῦ ἐκδίκου ἐν ᾧ μὴ πάρεστιν ὁ τῆς ἐπαρχίας ἄρχων καὶ τοῦ θεοφιλοῦς τῶν τόπων ἐπισκόπου λαμβανέτω τὸ εἶδος παρὰ τοῦ συντελεστοῦ.

B. ιβ. T. μζ.

Εκ τοῦ ἀδήλου μέρος τῆς διατάξεως γ. τοῦ μζ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

ΕAN τὶς ἐν πολέμῳ τελευτήσῃ ὁποσδήποτε στρατευόμενος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐὰν εἷς ἔστιν ἢ πολλῶν παίδων ὁ μείζων παραχρῆμα εἰς τὸν τόπον τοῦ πατρὸς ὑπεισερχέσθω καὶ τὰς ἀννόνας τὰς αὐτὰς λαμβανέτω εἰ μέχρι βιάρχου ἦν ὁ πατὴρ, εἰ δὲ ἀνώτερος ἦν τοῦ βιάρχου, βιάρχον μόνον γίνεσθαι τὸν παῖδα. πρόδηλον γὰρ ὅτι ὁ μείζων ταύτην ἔχων τὴν παραμηθίαν φροντίζει καὶ τῶν ἰδίων ἀδελφῶν.

B. ιβ. T. ξ.

Εκ τοῦ ἀδήλου ἡ ἐπιτομὴ τῆς ζ. διατάξεως τοῦ ξ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

ΠAΣ ἄνθρωπος εἴτε θείαν κέλευσιν, εἴτε ἀρχικὴν πρόσταξιν ἐκβιβάζων ὀφείλει πρότερον ἐμφανίσαι τῷ ἄρχοντι, ἵνα ὁ ἄρχων ἐξετάσοι εἰ μηδεμία πλαστοῦ αἰτία ἔστιν ἐν αὐτοῖς, ἢ κατὰ συναρπαγὴν ἢ ἐναντιούμενον νόμοις. ὁ δὲ ἐκβιβασμὸς καὶ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως γίνεται, δηλονότι τῶν θείων λογίων προκειμένων καὶ πάντων τῶν (1) ῥητόρων τῶν παρόντων ἅμα αὐτῷ τὴν ἐξέτασιν. (2) ποιουμένων, καὶ εἰ συνίδοι παρέχειν βοήθειαν. ἐὰν δὲ ἢ πλαστὸν εὕροι φανερῶς ἢ νόμῳ ἐναντιούμενον φανερῶς, δεῖ αὐτὸν μὴ ἐκβιβάζειν, ἀλλ' ἀναφέρειν εἰς βασιλέα διὰ τοῦ μαγιστριανοῦ ἢ εἰς αὐτὴν τὴν ἀρχὴν ἐξ ἧς τὸ πρᾶγμα ἐγίνετο. τὸν δὲ ἐκβιβαστὴν ὑπὸ ἀσφάλειαν ποιεῖν τὴν ἐγγωροῦσαν καὶ τὰ πρόσωπα δὲ τὰ ἀπαιτηθέντα ὑπὸ προσωπικὴν ἀσφάλειαν ἀζημιῶς. ὁ γὰρ ἐγχειρίσας αὐτῷ τὸ ἀζήμιον περιποιήσει εἴπερ εὑρεθείη μάτην αὐτῷ ἐγχειρίσας. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο γένηται ὁ μὲν ἐκβιβαζόμενος ἀποθεῖται τὸν ἐκβιβασμόν. ὁ δὲ ἄρχων εἰ πρὸς αὐτὸν ἡ κέλευσις γέγονεν. ἢ καὶ τὶς ἑτε-

(1) κτητόρων. (2) ποιουμένῳ forte.

domeſticus, aut actuarius, aut optio, ſive etiam princeps numeri, aut officialis Magiſtri militum: ſi contigerit quicquam præter fas cognoſci, aut temptari; neque id ſtatim appareat, & renuntietur: retractatio enim omnia contra conſtitutionem facta coarguet.

Ejuſdem Conſt. initium eſſe dicitur Sancimus, *cui ſimilis extabat XVIII. de Epiſcopali audientia. In paratitlis* (*a*) *hoc tantum reperimus.*

MIles arbitratu Defenſoris, cum abeſt provinciæ Præſes, item Epiſcopi ejus regionis, ſpecies a collatore accipiat.

LIB. XII. TIT. XLVII.

De Filiis Officialium, & militum, qui in bello moriuntur.

Pars Conſtit. III. ſive epitome.

SI quis quacumque ratione militans, in bello mortem obierit; eius filius aut ſolus, aut maximus natu ſtatim in locum patris ſufficiatur, & eaſdem annonas accipiat, ſi Biarchus, (*b*) aut infra eum ordinem erat pater. Si vero ſuperioris ordinis fuit; Biarchus ſolum filius ſit. Major autem frater hoc ſolatio adjutus proſpiciet, ut credendum eſt, ſuis fratribus.

LIB. XII. TIT. LX.

DE EXECUTORIBUS ET EXACTORIBUS.

Epitome VII. Conſtitut.

OMnes homines, ſive divinam juſſionem, ſive magiſtratuum præceptum exequantur; prius inſinuare debent ea Præſidi; ut is inquirat, an ulla falſi ſuſpicio ſit in eis, aut ſurreptio, vel an contra leges ſint. Executio autem & ex ſcripto, & ſine ſcripto fiat, divinis videlicet eloquiis propoſitis, omnibuſque poſſeſſoribus præſentibus cum eo, qui executionem facturus eſt, & ſi opus fuerit, auxilium laturis. Quod ſi falſum quid aperte inveniat, aut legibus contrarium: oportet eum non exequi, ſed referre ad Imperatorem per Magiſterianum, aut ad eum magiſtratum, ex quo eſſe dicitur. Executor autem cautionem præbebit ſufficientem; & perſonæ, a quibus exigi petitur, cautionem perſonalem ſine ullo ſumptu præſtabunt: namque is, qui experitur, indemnem eum præſtabit, ſi deprehendatur temere ei litem moviſſe. Quod ſi non id fiat; is, qui convenitur, repellat executionem. Præſes vero, ſi juſſio ad eum di-

[a] *Sunt hæc in libro conſtit. eccleſiaſt. lib.* 1. *tit.* 3. *Codicis.*

[b] *Hieronym. in epiſt.* 61. *ad Pammachium*: Finge aliquem Tribuniciæ poteſtatis ſuo vitio regradatum per ſingula militiæ equeſtris officia ad tironis vocabulum devolutum: nunquid ex Tribuno ſtatim fit tiro? non. Sed ante Primicerius, deinde Senator, Ducenarius, Biarchus, Circitor, Eques, dein Tiro.

UNED

ἕτερος ἴσως πρός τινα ἕτερον ἐγένετο. ὑπὸ ἀσφάλειαν ὀφείλει ποιῆσαι τὸν ἐκβιβαστὴν τὴν ἐγχωροῦσαν. εἰ δὲ καὶ δυνηθείη τις ἀποθήσασθαι τὸν ἐκβιβασμὸν ὀφείλει μανθάνων ὁ ἄρχων ἀποστῆσαι τὸν ἐκβιβαστὴν. ποιεῖν δὲ ὑπὸ ἀσφάλειαν προσωπικὴν τὸν αἰτιασθέντα καὶ μηνύειν, εἰ δὲ ῥαθυμήσῃ τούτου ἢ ὁ ἄρχων ἢ ἡ τάξις αὐτοῦ ἢ πρὸς ὃν τὸ γράμμα γέγονεν οἴκοθεν τῷ ὑπομνησθέντι ποιήσει τὸ ἀζήμιον. καὶ ἐν ὅσῳ ἄρχει καὶ μετὰ τὸ παύσασθαι τῆς ἀρχῆς. ὑπεξαιρεῖ δὲ ἡ διάταξις τοὺς προφάσει δημοσίων ἐνεχομένους. εἰ δέ λήμματος ἡττηθέντες οἱ ἄρχοντες μὴ ποιήσωνται τὴν ἐξέτασιν, προκειμένων τῶν ἁγίων λογίων εἰ καὶ παρίδωσι, καὶ εἰς χρήματα ζημιοῦνται καὶ ἐκβάλλονται τῆς ἀρχῆς, καὶ εἰς σωτηρίαν κινδυνεύουσι: πᾶς δὲ νόμος ἐμφανιζόμενος ὀφείλει πρότερον γίνεσθαι τοῖς ἐπάρχοις καταφανής. τὸν δὲ διακομίζοντα αὐτὸν εἰς τὴν ἐπαρχίαν, λαμβάνειν χρυσίνους ἕξ. τὸν δὲ ἄρχοντα σπουδάζειν διὰ προστάξεων οἰκείων πάσαις ταῖς πόλεσι ταῖς ὑφ᾽ ἑαυτὸν φανεροὺς καθιστᾶν τοὺς νόμους ἀζημίως παντελῶς μηδὲ τοῦ ἄρχοντος μηδὲ τῶν ἐκδίκων μηδὲ τοῦ διακομίζοντος. ὁ δὲ κερδάνας διπλάσιον δίδωσι καὶ εἰ μὲν ἄρχων ἐστὶν ἐκπίπτει τῆς ἀρχῆς, εἰ δὲ ἑτέραν φροντίδα ἔχετο ἐκβάλλεται τοῦ φροντίσματος.

dirigatur, vel is, ad quem dirigitur, cautionem recipiat oportet idoneam ab executore. Si vero etiam poſſet quis repellere executionem; oportet Præſidem, cum reſcierit, eum amovere; ponere vero ſub perſonali cautione eum, qui convenitur, ac referre. Quod ſi negligat, vel Præſes, vel ejus officium, vel is, ad quem ſcriptum eſt, de ſuo indemnem perſonam conventam præſtabit, tam dum in magiſtratu eſt, quam poſt adminiſtrationem. Excipit tamen conſtitutio pro tributis obligatos. Si vero corrupti muneribus Præſides executionem non faciant ſacris eloquiis præpoſitis; aut contemnant: tam facultates amittent, quam a magiſtratu amovebuntur, & de ſalute periculum patientur. Quæcumque autem lex inſinuari debet, & oſtendi prius Præfectis. Qui vero eam in provinciam detulerit, accipiat aureos nummos ſex. Studeat autem Præſes ſuis præceptis in omnes urbes ei ſubjectas leges in publicum edere, ſine ullo lucro, aut Præſidis, aut Defenſorum, aut portitoris. Quod ſi quis lucrum acceperit; id cum altero tanto reſtituat; & ſi magiſtratus fuerit, magiſtratum amittat; ſi aliud officium habeat, id quoque amittat.

Β. ιβ. Τ. ξγ.

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐπιτομὴ τῆς β. διατάξεως τοῦ ξγ. τίτλου τοῦ αὐτοῦ βιβλίου.

Η Διάταξις βούλεται ἓξ νομίσματα μόνον παρέχεσθαι ἀφ᾽ ἑκάστης ἐπαρχίας ὑπὲρ τῶν ἐμφανιζομένων θείων ῥημάτων ἢ γενικῶν προστάξεων ἢ δημοσίων συμβολαίων ἢ ἀνδριάντων. τὸν δὲ πλέον λαβόντα τετραπλάσιον ἀναδιδόναι κωλυόντων τοῦτε ἄρχοντος καὶ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν πρώτων τῆς πόλεως καὶ πάσης πολιτικῆς καὶ δημοσίας βοηθείας. ὁ μὲν γὰρ ἐπίσκοπος ὑπὸ ἀγανάκτησιν ἐστὶ βασιλικὴν, ὁ δὲ ἄρχων καὶ ἐκπεσεῖται τῆς ἀρχῆς καὶ δημευθήσεται καὶ ἐξορισθήσεται. καὶ ἡ τάξις δὲ κινδυνεύει μήτε διαγραφὴν γενέσθαι προφάσει τούτων τῶν αἰτιῶν ὑπὲρ τοὺς μὴ ἓξ χρυσοῦς. μήτε ὡς παρὰ ἑκόντων μηδὲν, ἀλλὰ τὸν λαβόντα διδόναι τὸ τετραπλοῦν. καὶ ἡνίκα δὲ οἱ πολῖται βούλονται ἑαυτοὺς διαγράψαι τυχὸν ἢ εἰς ἔργον δημόσιον ἢ εἰς σιτώνειαν ἢ αἰτοῦσι παρὰ βασιλέως τοῦτο ἐπιτραπῆναι, οὐ χρὴ ζημιοῦν αὐτοὺς οὐδὲν ὑπὲρ τοῦτο ἵνα μὴ οἱ μὲν ἱερεῖς ἀγανακτῶνται, οἱ δὲ ἄρχοντες καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκπίπτουσι καὶ ἐξορίζονται καὶ δημεύονται. ἡ δὲ τάξις εἰς σῶμα τιμωρεῖται, εἰ μὴ μηνυθῇ βασιλεῖ τὰ παρὰ τὴν διάταξιν γινόμενα. ἐξουσίαν γὰρ ἔχουσιν οἱ διαγραφόμενοι ἀντιλέγειν τοῖς διαγράφουσιν. εἰ δὲ μὴ δύνανται τοῦτο ποιεῖν ἐπικαλεῖσθαι τὸν ἄρχοντα καὶ βασιλεῖ μηνύειν. οὐ χρὴ δὲ οὔτε τοὺς πατέρας οὔτε τοὺς σιτώνας ἢ ἐθνικοὺς ἀποδέκτας παρέχειν ἐκ τῶν οὐσῶν ἐν χερσὶ προσόδων, μη-

LIB. XII. TIT. LXIII.

Publicæ lætitiæ, vel Conſulum nuntiatores, vel inſinuatores Conſtitutionum, & aliarum ſacrarum, vel judicialium litterarum, ex deſcriptione, vel ab invitis ne quid accipiant immodicum.

Epitome Conſtit. II. (*a*)

HÆC Conſtitutio vult, ut ſex tantum nummi præſtentur in ſingulis provinciis pro inſinuandis ſacris litteris, aut generalibus mandatis, aut publicis contractibus, aut ſtatuis: qui plus acceperit, quadruplum reddat. Id etiam caveant Præſes, & Epiſcopus, & Primi civitatis, & omne civile, ac publicum auxilium, ne Epiſcopus indignationem Principis ſubeat; Præſes ab officio amoveatur, & bonis publicatis exulet; & officium periclitetur. Nec ob has cauſas deſcriptio fiat ſupra illos ſex aureos nummos; neque eo prætextu quod ſponte id ſolvant: ſed qui plus ceperit, quadruplum reſtituat. Cum vero cives volunt ſeipſos deſcribere, ut puta aut ad opus publicum, aut ad ſitoniam, hoc eſt ad frumentum emendum, aut cum petunt ab Imperatore, ut id eis permittatur: non oportet timere ullum damnum: nam nec in ſacerdotes erit indignatio, nec Præſides ab officio amovebuntur, & publicatis bonis exulabunt, nec officium in corpus plectetur, niſi renuntiaverint Imperatori, quæ contra hanc conſtitutionem facta ſunt. Licentiam quoque habeant ii, qui deſcripti ſunt, contradicere deſcribentibus; ac ſi id non poſſint facere, adire Præſidem, & Imperatori referre. Sed non oportet patres, aut annonæ curatores, aut provinciales ſuſceptores quicquam præbere ex proventibus apud eos exiſten-

(a) *Vidend. conſt. 26. Græca de Epiſc. audient.*

μηδὲ ποσότητα * φυλάττεσθαι τῇ ἀφορισμένῃ χρείᾳ εἰ δὲ παραβῆ ὁ ἄρχων οἴκοθεν ταῦτα καταβάλλει. χρὴ γὰρ ἀμείωτα τάτε δημόσια καὶ τὰ πολιτικὰ φυλάττεσθαι.

ſtentibus, ſed eos conſervare ad uſus deſtinatos. Si id Præſes violaverit, de ſuo reſtituat: oportet enim publicas, & civiles res ſine deminutione conſervari.

Ἐκ τῶν παρατίτλων μέρος τῆς ἐπιτομῆς τῆς αὐτῆς διατάξεως ἧς ἡ ἀρχὴ θεσπίζομεν.

Ejuſdem Conſtit. epitomes pars ex Paratitlis, (a) in quibus ejus initium fuiſſe dicitur Sancimus.

Ὁ Μήνυσιν τινὰ ἐμφανίσας ἐν ἐπαρχίᾳ καὶ πλέον, ἓξ νομισμάτων βουλόμενος διαγράψαι τὰς ἐπαρχίας προνοίᾳ τοῦ ἐπισκόπου ἀπωθείσθω.

QUI nuntium refert in provincia, ac plus ſex nummis velit a provinciis, deſcriptione facta, exigere, providentia Epiſcopi compeſcatur.

[a] *Ea ſunt lib. 1. tit. 3. & 4. Codicis in dicta collectione conſtit. Eccleſiaſt.*

JU-

JULIANI
ANTECESSORIS CONSTANTINOPOLITANI
NOVELLARUM
JUSTINIANI IMPERATORIS
EPITOME.

ANTONIUS AUGUSTINUS
ARCHIEPISCOPUS TARRACONENSIS

EMENDAVIT, ET AUXIT

Additis latinis quibuſdam Novellis Conſtitutionibus ejuſdem Imperatoris, cum Paratitlis, ſive Scholiis, & Variis Lectionibus, ac Verborum quorundam Juliani interpretatione.

Accedunt nonnulla ex Novellarum earumdem Libro, a Pithoeis Fratribus olim edito.

UNED

UNED

ANTONII AUGUSTINI

PRÆFATIO.

CUM duo lectorum genera ſint, quorum alteri diſcendi cauſa legant; alteri ſolum, ut reprehendendi captent occaſionem: illorum mihi habendam eſſe rationem, horum contemnendam eſſe calumniandi cupiditatem ſemper exiſtimavi. Sive enim ſcribas, ſive nihil ſcribas; ſive hoc, aut illo modo ſcribas: ſemper hi habent, quod reprehendant. At ſtudioſo viro nullus liber eſt inutilis. Ab aliis enim dicendi, ab aliis vivendi rationem, ab aliis artes, ac diſciplinas, ab aliis hiſtoriam temporum, ab aliis alia, atque alia diſcit. Illi ſe omnia ſcire jactant; habereque ſe, in quo Platones, Ariſtoteles, Demoſthenes, Cicerones, Papinianos, Julianos, Ulpianos, & cæteros quoſcumque magnos viros ſæpius erraſſe facile oſtendant. His igitur, qui nihil ignorant, nihil ſcribendum eſſe cenſemus: quando ad eos, qui vitam Epicureorum deorum in terris degunt, nulla beatitatis acceſſio fiet; medicis hos tantum committendos eſſe putamus. Studioſorum vero, hoc eſt eorum, qui diſcendi cupiditate tenentur, duplex etiam genus eſt, juris præſertim civilis, qua de re nunc agitur; alteri enim nocere exiſtimant linguarum peritiam, antiquitatis cognitionem, diſſerendi, aut dicendi artem, & cæteras diſciplinas, quibus tamen veteres juriſconſultos exornatos fuiſſe negare non poſſunt: alteri his omnibus libenter operam dant, & cæterorum ignaviam, quam etiam ſtupiditatem adpellant, vehementer irrident. Utroſque admonendos eſſe potius, quam irritandos ſemper cenſui. Peccare enim

quoſdam ex utroque genere hominum video, dum præter modum, aut hi ſuavitate dictionis, atque ornamentorum capti, minus in hanc ipſam diſciplinam incumbunt; aut illi nec verbis,nec ſententiis ſibi ipſis conſtant, in utriſque hærent, artis docendi rudes, atque imperiti. Utriſque Juliani librum proferimus, ut imitentur. Hic Anteceſſor Conſtantinopolitanus, hoc eſt Juris præceptor, utriuſque linguæ peritus fuit, Græcas Novellas conſtitutiones Latinas fecit, & proœmiis, ac perorationibus ſublatis, ſingulorum capitum ſententiam paucis verbis dilucide explicat. Hunc Alciatus meus Conſularem virum, & Patricium appellat in parergis. Exiſtimo eum putaſſe eundem fuiſſe Julianum illum, quem eiſdem titulis Priſcianus ornavit. A qua opinione diſcedo; propterea quod Priſciani libri extant, Mavortio Conſule, ſcripti a diſcipulis Priſciani. Illius autem conſulis annus collectionem Novellarum, quæ poſt mortem Juſtiniani facta eſt, quinquaginta amplius annos excedit. Alius eodem nomine fuit Præfectus Prætorio, ad quem extant aliquot Græcæ conſtitutiones datæ, Lampadio, & Oreſte conſulibus. Sed hunc etiam alium eſſe exiſtimamus, tum propter rationem temporum, tum propterea, quod hunc videmus in veteribus libris, nec Patricium ſe, nec Conſularem, aut Præfectorium appellaſſe, aut, ut tunc uſurpabant, Ex-conſule, vel Ex-præfecto; ſed tantum Anteceſſorem CP. Neque illi audiendi ſunt, qui Conſtantienſem fuiſſe dixerunt, & temporibus Irnerii conſcripſiſſe: quos & veteres libri, & plurima antiquorum ſcriptorum teſtimonia, quæ in Paratitlis retulimus, aliter rem ſe habere docebunt. Uſum fuiſſe hoc libro Irnerium, Bulgarum, Azonem, Joannem, Accurſium, & cæteros interpretes non Juliani nomine, ſed Novellæ, certiſſimum eſt. Sed cum eodem

tem-

tempore haberent ineptam illam ΚΑΤΑ ΠΟΔΑ interpretationem ΤΟΝ ΝΕΑΡΟΝ, hoc eſt Novellarum conſtitutionum, eam huic libro præferentes, Authenticorum nomine exornarunt. Ex eo libro Irnerius conſtitutionibus Codicis Juſtiniani capita quædam adjecit: quas Authenticas conſtitutiones appellavit. Ita Novellarum nomen, quod vetuſtiſſimum eſt, & a plurimis Imperatoribus poſt Theodoſianum Codicem editum, uſurpatum; & quo Juſtinianus ipſe utitur frequentius in his eiſdem legibus appellandis; uſurpari deſiit, & Authenticorum frequentari. Primus noſtro tempore Gregorius Haloander Norica illa laudatiſſima editione juris civilis, exemplo quodam uſus Bononiæ Florentini libri Marcianæ bibliothecæ, Græce, & Latine, quaſi poſtliminio reſtituendum eum librum Novellarum curavit. Poſt hunc Henricus Scringerus Græce multis conſtitutionibus auctum eundem edidit, exemplum ſecutus Veneti libri Beſſarionis Cardinalis. Scringerianæ editionis interpretes fuerunt Antonius Contius, & Henricus Agylæus, quorum alter Authenticorum volumini nimis deferens decimam quandam collationem addidit, in quam retulit eas conſtitutiones, quæ in Authenticis deerant; alter novam latinam editionem Novellarum addendo ea, quæ in Norica editione ab Haloandro omiſſa ſunt, ſatis diligenter conſcripſit. Id unum in eorum libris, & in Duareni juris civilis accurata editione deſidero; quod nemo eorum Græca verba Novellarum retulerit, nec Latinam Juliani interpretationem. Primus Nicolaus Boerius legibus Longobardorum Juliani libellum conjunxit, ſcholiis ornavit, & in publicum propoſuit. Hunc ſecuti ſunt Lugdunenſes librarii, qui minus mendoſos libros habuerunt. Ad noſtras manus venerunt præter hos Andreæ Alciati pervetus liber, & alter Pallantinæ eccleſiæ codex Hiſpa-

nienſis minus vetuſtus. Ex his omnibus libris, & ex collatione verborum, quæ tum ab aliis, tum ab Ivone Carnotenſi referuntur, Julianus noſter magis limatus prodit, & plenior: quamvis quædam adhuc mutila ſint, & quæ manus aliorum, atque auxilium expoſcant. Ordinem libri aliquot locis mutavimus, ut facilius Novellarum libros ſubſequeretur. Latinas conſtitutiones ſuo quamque loco inſeruimus: ut & magis Juliani labor eluceret comparatione Latinarum Legum; & ut minus in Græcis laboraremus, quæ de eadem re ſcriptæ ſunt. Dicet aliquis, quid mihi cum Juliano? qui aut eadem dicit, quæ cæteri interpretes, & ſupervacaneum laborem ſubſtinebo; aut alia, quæ neque in Græcis, neque in Latinis legibus continentur; & cum probationem res deſideret; aliunde mihi quærenda auctoritas, & probationis genus eſt? Hanc rationem ceſſatoris potius, & otium amantis, quam ſtudioſi alicujus viri fuiſſe crediderim: qua ſola poſſet maxima librorum, atque hominum pars negligi. Omnes enim aut noſtra, aut aliena referimus: neque tamen omnes pari auctoritate cenſemur. Debetur more majorum antiquitati, & ſenectuti honos: non minor eis, qui morum ſanctitate, & vitæ innocentia excellunt: debetur regibus, pontificibus, magiſtratibus, & cæteris, qui domi, militiæque cum imperio, aut poteſtate ſunt; ſuus quoque honos parentibus, ac præceptoribus, atque iis, qui bene de nobis, aut de republica meriti ſunt, deferendus eſt. Eadem ratione poſt divini, & humani juris conditores, ii, qui propius abſunt ab illis, qui leges conſcripſerunt, utpote qui verbis utuntur communibus, & ſenſa norunt legum latorum; habere debent apud nos majorem in eiſdem legibus interpretandis auctoritatem. Illi quoque, qui in ſingulis artibus, aut diſciplinis ita excellunt, ut principes dicantur, & duces aliorum, auctoreſve

fa-

familiæ; in maximo honore ſunt: quales Caſſianorum, & Proculejanorum Longinus, & Proculus; ſic poſtea ex Papiniani domo, tamquam ex equo Trojano plurimos noſtri juris auctores ortos fuiſſe novimus. Quæ cum ita ſe habeant; ea Juliani noſtri vetuſtas eſt, ut vel ſola ejus auctoritas maximum apud omnes pondus habere debeat. Itaque cum eadem dicit, quæ cæteri; poſſumus eadem pro certis ducere, neque aliqua ratione dubitare, cum tanto teſtimonio confirmentur. Cum vero ſolus eſt in ſua ſententia; veriſimile eſt non ſine cauſa motum eſſe, & niſi contrarium certa ratione, aut ſcripto legum conſtet, probabilius eſſe debet, id verum eſſe. Sed fingamus eſſe quædam, aut ſupervacanea, aut etiam falſa: quotus enim quiſque liber hujuſmodi nævis caret? at ea eſt utilitas cæterorum, ut condonari debeant, ſi qua hujuſmodi reperiantur. Erit fortaſſe, qui ordinem accuſet rerum tractandarum; cum de eadem re diverſis conſtitutionibus agatur: & cum eadem conſtitutione de rebus variis conſcribatur. At id non Juliani magis, quam Juſtiniani erratum eſt, & libri Novellarum conſtitutionum collectoris, in quo non ſolum non ea diſtincta ſunt, quæ tractantur, ſed ne ipſæ quidem conſtitutiones ſecundum ordinem temporum collocatæ ſunt. Accedit, quod inſertæ ſunt Juſtini minoris, & Tiberii Conſtantini aliquot Novellæ conſtitutiones, & tres Præfectorum formæ, ut ex paratitlis cognoſci poteſt. Sed an eas habuerit Julianus, incertum eſt; neque enim extat ea libri pars, quæ ad eas conſtitutiones pertineat. Ut vero conſuleremus lectorum utilitati, & paratitla, & indices, & variæ lectiones, & obſcurum verborum Juliani ſignificationes adjectæ ſunt: quibus exiſtimamus gratam rem iis eſſe facturos, qui hoc fortaſſis auxilio indigebunt.

AD

AD LECTOREM.

Verbis Juliani ſubjacent Variæ Lectiones: his Paratitla, ſive Scholia. Paucæ a nobis ſunt animadverſiones ad marginem appoſitæ. Quæ vero hujuſmodi » notam adjunctam habent, ea ſunt ex Pithœorum libro adjecta.

JU-

JULIANI ANTECESS. CONSTANTINOP.
NOVELLARUM
JUSTINIANI IMPERATORIS
EPITOMES PARS I.
CUM
ANTONII AUGUSTINI
ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS
Paratitlis, ſive Scholiis, & Variis Lectionibus.

NOVELLA I. [a]

IN (1) digeſtis, & conſtitutionibus didicimus (2) parentibus quidem & liberis, necnon fratribus, & patronis certam (3) quandam portionem ex noſtra deberi ſubſtantia; quam neceſſe eſt omnimodo eis relinquere, niſi forte ingrati circa nos apparuerint: aliæ autem perſonæ (4), quæ neque parentibus, neque liberis (5), neque fratribus, neque patronis connumerantur, ſive ingratæ ſint, ſive non; ex voluntate noſtra heredes nobis exiſtunt; vel lucrum ex noſtro patrimonio capiunt. His itaque perſonis eo modo diſcretis videamus caput Conſtitutionis propoſitum: ejus autem vis, ac poteſtas talis eſt.

II. (*b*) Si quis parentem, vel filium, vel fratrem, vel patronum heredem inſtituerit; & legatum, ſive fideicommiſſum ab eo (*6*) legibus non incognitum alicui reliquerit: ſiquidem voluntatem defuncti ſcriptus heres impleverit; & ſine fruſtratione legatum exſolverit: (7) habeat firmiter hereditatem defuncti; & judicio potiatur ejus, cujus everti (8) judicium paſſus non eſt. Sin autem reluctandum eſſe voluntati teſtatoris exiſtimaverit; & legatario moras intantum fecerit; ut etiam legatarius judicem adeat, & victricem (*9*) ſententiam capiat, & tamen nihilominus heres moras ſimiliter faciat; ut (10) poſt judicialem calculum annale prætereat ſpatium: tunc ſolam legitimam portionem ſibi debitam heres inſtitutus habeat; & reliquam partem amittat. Quæ pars ſi quidem ſubſtitutos habuerit; prius ad eos veniat. Sin autem ſubſtitutos non habeat (11); ad coheredes ipſius. Sin autem nec coheredes habeat (12); tunc ad generalem fideicommiſſarium perveniat. Quod ſi plures ſunt (13) generales fideicommiſſarii: tunc ei deferatur pars, qui majori ex parte fideicommiſſo (14) honoratus eſt. Quod ſi nemo (15) ex ſuprascriptis perſonis ſubſiſtit (*16*): tunc ad legatarios pars memorata perveniat. Quod ſi nec legatarii ſint: tunc ad eos perducatur, quos teſtator libertate (17) donavit. Quicumque autem ex ſupradictis (18) omnibus (*19*) partem ſibi delatam amplexus fuerit: is (20) voluntatem teſtatoris omnimodo (21) impleat. Ideoque (22) & cautionem præſtare eum oportet, quod omnimodo impleturus eſt ea, quæ in teſtamento defuncti continentur. Ordine ſcilicet hoc obſer-van-

[1] *primum quidem in Digeſtis.*
[2] *diximus.* [3] *certam quidem.*
[4] *perſonæ ſunt, quæ.* [5] *parentis, neque liberorum, neque fratris, neque patroni loco habentur.* (*6*) *ab herede.* (7) *tunc habeat.* (8) *cujus evinci.* (*9*) *monitricem ſententiam.* (10) Ivo & *poſt.* alii *ut poſt.*

(11) *habeat: tunc ad.* (12) & *coheredes quidem non habeat.* (13) *ſi plures ſint.* A.
[14] *fideicommiſſi.* [15] *nulla ex ſupradictis.* (*16*) *conſiſtit.* alii *ſubſiſtat.* (17) *quibus teſtator libertatem.* [18] *ex ſupraſcriptis.*
[19] *omnibus perſonis partem.* (20) *is* & *voluntatem.* (21) *modis omnibus.* (22) &.

(*a*) Hæc eſt in libro Authenticorum conſtitutio prima collationis primæ ſub titulo *de heredibus & Falcidia.* Eam græce, & latine edidit Greg. Holoander.

(*b*) Juliani verba refert Ivo Carnotenſis *parte* 16. *cap.* 115. decreti. Vide auth. Hoc amplius. C. *de fideicomm.*

vando, ut (1) inter legatarios quidem, & fideicommiſſarios, generales fideicommiſſarii cæteris legatariis, & fideicommiſſariis præferantur. Quod ſi nullus generalis fideicommiſſarius ſit: tunc illi (2) veniant, qui majoribus legatis, vel fideicommiſſis honorati ſunt. (3) Quod ſi nemo ex his vel non potuerit, vel (4) noluerit partem memoratam admittere: tunc illi vocentur, quibus teſtator libertatem reliquerit. Sed non paſſim, ſed ſecundum ordinem ſcripturæ vocentur: ut quem (5) primum libertate donaverit (6); ejus condicio præcellat: & ſi primus vel non potuerit, vel noluerit partem memoratam admittere: tunc ille veniat, qui ſecundo loco libertatem accepit.

Hæc, ſi (7) unus ex parentibus, vel liberis, vel fratribus, vel patronis heres ſcriptus eſt. (8)

Sin autem heres inſtitutus extraneus ſit; & moras fecerit [9] legatario per totum annale ſpatium poſt judicialem ſententiam numerandum: tunc nullam partem, nullum emolumentum ſcriptus heres ſentiat: ſed omne, quod a teſtatore ei præſtitum eſt, auferatur ab eo, & veniat ad eos, quos ſupra (10) expoſuimus ſecundum eundem ordinem, & eandem obſervantiam (11). Ita tamen, ut eodem modo is, qui ad partem vocatur, cautionem præbeat: quod omnimodo impleturus ſit ea, quæ in teſtamento defuncti continentur. Quod ſi nemo ex his, de quibus locuti ſumus, appareat: tunc etiam adgnatis, ſive cognatis defuncti pateat aditus, quamvis in teſtamento nulla eorum mentio comprehendatur. Quod ſi nec tales perſonæ appareant: tunc extraneis quibuſcumque locus fiat, ſi velint hereditatem ſuſcipere, & de implenda voluntate teſtatoris cavere. Quod ſi nec [12] extraneus inveniatur, qui defuncti (13) ſucceſſionem cum ſupradicta (14) cautione ſuſcipiat: tunc fiſco res vindicentur ſcilicet (15) & ipſo voluntatem teſtatoris impleturo. Illud autem certum eſt, quod ſi filius a patre in teſtamento exheredatus eſt: neque ex ipſo teſtamento, neque ab inteſtato lucrari aliquid poterit occaſione hujus Conſtitutionis. Omnes autem, qui ex hac lege ad rerum vindicationem vocantur, omnia jura heredum habeant; ideſt jus aditionis, & pro herede gerendi, & conveniant, & conveniantur. Omnibus, quæ diximus, obtinentibus & ſi non ab herede, ſed a legatario, vel fideicommiſſario, & forte ab eo, qui mortis cauſa quid (16) accepit, dari, fierive teſtator voluit. Ideſt ut ordo vocationis incipiat quidem ab ſubſtitutis (17) & legatariis; deſinat autem in publicum.

II. [a] Si quis ab aliquo ſcriptus heres in teſtamento fuerit, in quo legata, vel fideicommiſſa ſcripta (18) ſunt; timeat autem, ne forte legata, vel fideicommiſſa legatariis, vel fideicommiſſariis relicta totam ſubſtantiam defuncti (19) exhauriant; ita (20) ut ipſe nihil ab hereditate ſibi delata [21] lucretur: ergo ſi velit Falcidiæ legis emolumentum integrum ſibi ſervari: faciat inventarium rerum, quas teſtator dereliquerit [22] præſentibus legatariis, & fideicommiſſariis, qui ſcilicet (23) in eadem civitate degunt (24): niſi forte propter ſexum, quod feminæ ſunt, vel propter dignitatem, vel propter ætatem, vel morbum, (25) vel vincula præſto eſſe impediuntur (26): tunc enim illos repræſentari oportet in conſcriptione inventarii qui negotia eorum legitime adminiſtrant. Quod ſi [27] omnino præſto non ſint legatarii, vel (28) fideicommiſſarii: tunc tres teſtes adhibeantur, quorum & fides & opinio probata eſt (29). Teſtes autem ex ea civitate eſſe oportet, in qua conficitur inventarium: & ſub conſpectu eorum atque præſentia inventarii procedat conſcriptio (30): ſolis etenim tabulariis & (31) in ea cauſa non credimus. Quod ſi poſtea reverſi fuerint legatarii; & quaſdam res ab herede (32) ſubreptas eſſe putaverint, eaſque cælatas, & in inventario non inſertas: liceat eis per tormenta ſervorum hereditariorum veritatem requirere, [33] & fraudem [34] heredum manifeſtare, ſcilicet & ipſis heredibus nihilominus cogendis jusjurandum præſtare [35]; quod nullo modo in conſcribendo inventario doloſe verſati ſunt (36); & teſtibus ſimiliter compellendis ſacramentum [37] præſtare, quod de nulla fraude conſcii ſunt [38] ſcriptis heredibus. Et ſi legatarii præſentes ſint; hi veniant, vel homines eorum interveniant; aut, abſentibus eis, tres bonæ opinionis teſtes repræſentari oportet. Quod ſi legatarii præſto quidem fuerint: ipſi (39) autem ve-

[1] *tam inter legatarios, quam.* [2] *tunc illis veniat.* (3) *honorati ſint.* (4) *vel non maluerit.* [5] *ut cui primum libertatem.* [6] *donavit.*
(7) *Hoc ſi unus.* alii, *hæc ſint, ſi unus.* (8) *ſcriptus ſit.* (9) *moras faciat.* (10) *quos ſuperius expoſuimus.* alii *quos ſupra ſcripſimus.* (11) *obſervationem.*
(12) *nec talis extraneus.* (13) *qui nec teſtatoris.* (14) *cum prædicta.* (15) *ſed &.* (16) *aliquid accepit.* (17) *ab inſtitutis.* (18) *relicta ſunt.* (19) *teſtatoris.* (20) *& ipſe.* alii, *ut ipſe.* (21) *ſibi relicta.* (22) *ſibi dereliquit.* alii, *ſibi dereliquerit.* (23) *qui in.* (24) *degent.* (25) *vel morbo, vel vinculo.* alii, *vel propter morbum, vel propter ætatem, vel vincula.*
[26] *impedientur.* alii, *impedirentur.*
[27] *ſi omnes.* (28) *legatarii, ſive.* alii, *legatarii, ſeu.* (29) *probata ſit.* (30) *præcedat inventarii confectio.* (31) *in ea.* A.
(32) *ab heredibus.* A. [33] *inquirere.*
(34) *fraudes.* (35) *ſacramentum præſtare.* alii, *jusjurandum ſubire.* (36) *ſint.*
(37) *jusjurandum.* (38) *conſcii ſint.*
(39) *venire autem.*

[a] Vide authen. Sed cum teſtator. C. *ad l. Falcidiam.*

venire, vel homines ſuos mittere ad conſcribendum inventarium noluerint: tunc libera licentia pateat heredibus, trium teſtium adhibito teſtimonio, inventarium facere. Nullo [1] legatariis obiiciendo (2) poſtea obſtaculo; ſi voluerint & in hoc caſu per tormenta ſervorum hereditariorum, vel per ſacramentum heredum, ſive teſtium veritatem manifeſtare. Et is quidem (3), qui hæc omnia obſervaverit; legis Falcidiæ beneficium obtinebit [4]. Quod ſi nec [5] fecerit inventarium, nec ſupradictam obſervationem cuſtodierit: ſciat ſe omnia legata, omnia (6) fideicommiſſa legatariis, vel fideicommiſſariis ſoluturum; quamvis non ſufficiat teſtatoris ſubſtantia. Ut interdum etiam de ſuo præſtare legata (7) vel fideicommiſſa cogatur. Tota autem iſta diſceptatio totiens locum habebit; quotiens teſtator ignorans facultatum ſuarum modum, legata, vel fideicommiſſa ampla reliquit (8). Alioquin ſi ſciens quantum habeat patrimonium, ſpecialiter expreſſerit, ut non liceat heredi Falcidiæ legis beneficio uti: neceſſe eſt voluntatem ipſius teneri [9]. Et ſiquidem adire maluerit hereditatem ejus is, quem heredem ſcripſerit (10): omnimodo legata, atque fideicommiſſa perſolvat ſine quavis deminutione, nullum habiturus lucrum, niſi pietatem ſolam, quod [11] voluntati teſtatoris gratis obtemperavit [12]. Sin autem repudiaverit hereditatem: locus fiat [13] ſubſtitutis; & poſt ſubſtitutos, coheredibus; & poſt coheredes, fideicommiſſariis generalibus; & poſt fideicommiſſarios generales, legatariis; & poſt legatarios, eis, qui libertate (14) donati ſunt; & poſt eos qui libertate donati ſunt; ab inteſtato venientibus adgnatis, ſive cognatis; & his non apparentibus, extraneis; & poſt extraneos publico.

III. Nullam licentiam ſcriptus heres habeat quibuſdam legatariis perfecta & ſolida legata perſolvere, quibuſdam ex parte; nec quibuſdam præſtare, quibuſdam non. Sed omnibus pro rata portione ſolvat ſive in ſolidum, ſive in partem æquitatis [15] ratione conſervanda. Vel enim cognoſcens ab initio modum ſubſtantiæ, deminuere legata non debet: vel ſi quibuſdam ſolida legata perſolverit [16]; aliis omnibus implere [17] debet. Niſi forte mirabile aliquid extiterit, quod deminuat teſtatoris ſubſtantiam.

IV. [a] Intra annum modis omnibus relictum præſtetur legatum. Initium autem anni eſſe oportet illud tempus, ex [18] quo judiciali [19] ſententia reus admonitus eſt propter legati ſolutionem.

Anno autem tranſacto, heres, qui legata non ſolverit [20], hereditatem teſtatoris amittat; & locus fiat illis perſonis, quarum ſupra fecimus mentionem [21]; ſcilicet [22] ab annali ſpatio impuberibus, vel adoleſcentibus nullo præjudicio generando. Hi enim duplici via muniti ſunt. Nam & reſtitui in integrum poſſunt; & competentes actiones adverſus tutores, vel curatores ſuos dirigere. Ea autem, quæ diximus, teneant, ſive in ſcriptis, ſive ſine ſcriptis teſtamentum, ſive voluntas proferatur. [23] Et in omni perſona teneant, [24] ideſt ſive privata ſit, ſive militaris, ſive religioſa [25] ſit, ſive imperialis. D. K. Apr. CP. *

* *In lib. Auth. Goth.* Dat. Kal. Jan.

NOVELLA II. [b]

I. [c] NUlla [26] licentia ſit mulieri, vel marito, qui, quæve ad ſecundas nuptias migraverit, in donatione propter nuptias vel dote, cujus ſolum uſumfructum habet [27]; non etiam dominium; aliquem [28] de liberis ſuis anteferre: ſed ſit proprietas rerum omnibus debita, portionibus æquatis (29).

II. [d] Si maritus, vel mulier, qui, quæve ad ſecundas nuptias migraverit; res dotis, vel propter nuptias donationis alienaverit: quocumque tempore alienatio facta fuerit; neque rata neque irrita ſit: ſed interea maneat in ſuſpenſo. Et ſiquidem parens, qui alienaverit, ante liberos ſuos moriatur: omnimodo rerum alienatio refutetur. Sin autem eo ſuperſtite ab hac luce liberi ipſius erepti fuerint: in tantam portionem alienatio valebit, quantam ſuperſtiti parenti mortis liberorum caſus detulerit: ideſt ut tantam portionem lucretur, quantam pepigerit

(1) *nullo a legatariis.* [2] *poſtea opponendo.* (3) *is quidem heres.* (4) *retinebit ſibi beneficium.* (5) *non fecerit.* (6) *& fideicomm.* alii, *vel fideicomm.* (7) *legata &.* (8) *reliquerit.* [9] *tenere.* (10) *heredem ſibi ſcripſit.* (11) *ſcilicet quod voluntati.* (12) *obtemperaverit.* [13] *locus fiet.* [14] *quibus libertas donata eſt; poſtquam eos, quibus libertas donata eſt.*

(15) *æqualitatis ratione conſervata.* A. (16) *perſolvat.* (17) *perſolvere.* (18 Ivo, *quo.* alii, *quo ex.* (19) *definitiva judiciali.* (20) *ſolvit.* (21) *quas ſupra numeravimus.* (22) *ſed.* (23) *in omni autem.* (24) *ſive.* (25) *religioſa.* (26) *Nulli mulieri ſit licentia.* (27) *habent, non.* (28) *aliquos.* (29) *exæquatis.*

(a) Capitis 4. verba refert Ivo *d. parte* 16. *cap.* 116.

(b) Eſt in libro Authenticorum conſtitutio 2. collationis 1. titulo *de non eligendo ſecundo nubentes mulieres.* Hanc non edidit Græcam Haloander: quia deerat in libro Florentino Græco novellarum, ex quo deſcriptus eſt Bononienſis, quo Haloander uſus eſt. In Florentino autem defuit: propterea quod in Baſilicis Leonis Imp. hæc conſtitutio omiſſa eſt. Eam Græcam edidit Henr. Scringerus ſumptam ex libro Veneto Beſſarionis Cardinalis, Latinam fecit Henr. Agylæus.

[c] Vide auth. Lucrum. C. *de ſecund. nupt.*

(d) Vide auth. Sed & ſi quis. *eod. tit.*

gerit in inſtrumento dotis, vel donationis habiturum ſe, ſi liberi, poſt quam editi ſint [1], mortui fuerint: in reliquam [2] autem portionem alienatio non valebit; niſi forte filius [3] eundem parentem, qui alienavit, teſtamento heredem [4] vel ab inteſtato reliquit.

III. [*a*] Si filius inteſtatus mortuus fuerit: portio, quæ competit ei ex dote, vel ante nuptias [5] donatione, non veniat ad parentem ſuperſtitem; ſed ſoli fratres ipſius ad eam partem vocentur: ſcilicet ſi ſine liberis ille (*6*) mortuus eſt. Liberi enim defuncti & fratribus ejus & parentibus præferuntur.

In aliam autem ſubſtantiam, quam mortuus dereliquit [7]: pariter cum fratribus parentes vocentur: ſive ad ſecundas nuptias pervenerint [8], ſive non. Quod ſi teſtamento condito filius deceſſerit: illi veniant, qui ſcripti ſunt: niſi forte inofficioſi querella teſtamentum ejus, evacuaverit [*9*].

IV. [*b*] Si mulier defuncto marito ſuo [10] ad ſecundas pervenerit nuptias: res, quæ ad eam pervenerint ex donatione propter nuptias priores, eo [11] modo adminiſtrentur: ſi quidem immobiles ſint: mulier eas habeat; & liberis ſuis, ſi ſupervixerint, conſervet. Sin autem mortui fuerint: portionem quidem rerum, quam mortis liberorum caſus ei detulerit; modis omnibus habeat; reſiduam autem partem heredes eorum lucrentur. Sin autem donatio propter nuptias in rebus mobilibus ſit: tunc res quidem apud liberos ſint; uſuram autem matri dependant (12) tertiam centeſimæ cum competenti cautela; quod prædictam uſuram ſine fruſtratione in omni ſequenti tempore perſolvant. Sin autem propter nuptias donatio & aurum habeat, & argentum, & veſtes: tunc electionem habeat mater (13), utrum velit cautionem præſtare, & res adminiſtrare; an tertiam centeſimæ uſuram a ſuis liberis accipere. Sin autem res habeat tam mobiles quam immobiles propter nuptias donatio: tunc res quidem immobiles ſint apud eam, ut (14) ex fructu earum alatur; mobiles autem apud liberos (15) ſecundum prædictam diſtinctionem.

V. (*c*) Si quis uxorem duxerit; & propter nuptias donationem non ſolum adſcripſerit, ſed etiam re ipſa (*16*) dederit; mulier autem adſcripſerit quidem dotem, re autem vera non dederit in toto tempore, quo maritus ſuus vixerit: mortuo eo nec donationem ante nuptias conſequatur; utpote cum nullam dotem ipſa dediſſet. Sed ſi quidem nihil (17) omnino dotis nomine dederit; nec mortuo marito ex donatione propter nuptias habeat ullum emolumentum. Sin autem partem præſtiterit dotis; tantam partem lucri nomine capiat ex donatione propter nuptias mortuo ſuo marito. Hæc autem Conſtitutio locum habeat (18) etiam in his matrimoniis, quæ nondum ſoluta fuerint. (Sciendum autem eſt quædam (19) præſentis Conſtitutionis capitula ex XXII. Conſtitutione, quæ de nuptiis promulgata eſt, transformata fuiſſe.)

NOVELLA III. (*d*)

I. PRæſens Conſtitutio uſque ad ſua tempora numerum clericorum, qui eſt, conſervat. Poſtea autem jubet clericos Conſtantinopolitanæ civitatis (20) hoc numero definiri, ut ſexaginta quidem presbiteros, centum autem diacones (21), quadraginta diaconiſſas, nonaginta (22) ſubdiacones, centum & undecim lectores, & viginti quinque cantores, & centum oſtiarios eccleſia habeat.

II. (*e*) Non liceat in minoribus eccleſiis clericatus honorem ſuſcipientibus, poſtea in majorem eccleſiam per (23) patrocinium quorumdam tranſire. Sed ſi quidem tale aliquid factum fuerit: irritum ſit, & nullius momenti. Nec (24) liceat ulli clericos quidem deſtinare, vel creare; nullas autem eis alimonias præſtare. Sed duorum (25) alterum eligat, vel non faciat clericos; vel ſi fecerit, det eis, unde vivere poſſint. *Cap.* 2. De præb.

NO-

[1] *ſi liberi, qui poſtea editi ſunt.* alii, *ſi liberi, qui poſtquam editi ſunt.* forte, *ſi qui liberi poſtquam editi ſint.* (2) *in alia autem portione.* (3) *niſi forte filii &c. reliquerint.* (4) *teſtamento.* (5) *aut antenuptiali.* (6) *ipſe.* (7) *dereliquerit.* (8) *migraverint nuptias.* (9) *evacuetur.* (10) *marito.* (11) *hoc modo.* A. (12) *dependent.* [13] *habeat.* (14) *& uſufructu.* (15) *apud liberos ſint.* [16] *rem ipſam dederit.* alii, *ipſam tradiderit.* (17) *nec omnino.* [18] *locum habebit.* (19) *quoddam præſ. conſt. caput &c. transformatum.* (20) *ſcilicet hoc numero.* [21] *diaconos.* A. (22) *LXX. autem ſubdiaconos.* alii *nonaginta ſubdiaconos.* A. (23) *patrocinio.* (24) *Non liceat ulli Epiſcopo clericos ordinare, & nullas.* Bern. Papienſ. & Greg. 9. alii, *Nec liceat clericos &c.* (25) *ſed horum.* Bern.

[*a*] Vide auth. Ex teſtamento. *eod. tit.*
(*b*) Vide auth. Sed ſi aurum. *eod.*
(*c*) Vide auth. Sed quæ. C. *de pact. convent.*
(*d*) Eſt etiam tertia conſtitutio in libro Authent. collationis 1. titulo *Ut determinatus ſit numerus clericorum.* Eam græce, & latine edidit Haloander.
[*e*] Apud Greg. IX. capitis 2. de præbendis hæc eſt inſcriptio: *In corpore canonum.* Sed in prima collectione Decretalium Bernardi Papienſis Epiſcopi Faventini caput 2. ejuſd. tituli hanc habet inſcriptionem: *In corpore canonum P. V. ex Novellis.* Hinc igitur ſumpta ſunt verba a Greg. IX. relata.

UNED

NOVELLA IV. (*a*)

I. [*b*] SI quis crediderit pecuniam alicui; & fidejuſſorem, vel mandatorem acceperit, vel eum [1] qui pro eo pecuniam conſtituit [2]: non prius contra tales perſonas actiones moveat ſuas [3]; quam adverſus ipſum reum principalem egerit; eumque inopem invenerit, vel in ſolidum, vel pro parte [4]. Poſtquam enim egentia laborare noſcatur [5] reus ſive in ſolidum [6], ſive pro parte: tunc contra fidejuſſores, vel mandatores intendere creditorem (7) oportet. Hoc (8) ſi debitor præſens ſit, & appareat. Sin autem abſens fuerit reus; & fidejuſſores, vel mandatores præſto ſint; vel hi qui pro eo pecuniam conſtituerunt: tunc præfiniri [9] eis diem oportet, intra quem (10) diem debeant reum exhibere. Sin autem tempus præfinitum præterierit: ipſi quidem actiones pro reo (11) ſuſcipiant, & debitam pecuniam perſolvant. Cedat autem eis actionibus ſuis (12) creditor, quas adverſus reum principalem habet. Quod ſi tam reus, quam fidejuſſor, vel mandator, vel qui pecuniam pro eo conſtituit, in abſentia fuerint: tunc liceat creditori etiam adverſus res principalis rei venire. Quod ſi nullæ res rei principalis appareant: tunc etiam in res fidejuſſoris, vel mandatoris manus creditoris porrigi poſſunt: ut & ſi debitores habeant: etiam ab his creditori (13) ſatisfiat. Hæc autem ſic intelligenda ſunt: ut nullam facultatem habeant (14) creditores ſibi (15) res vindicare prius, quam perſonales actiones exerceant [16] tam contra ipſum reum principalem, quam contra fidejuſſores ejus [17] & mandatores; eoſque non ſolvendo eſſe appareat: eodem jure ſcilicet obſervando, ſi perſonæ eorum non appareant. Hæc autem omnia, quæ de creditore, & fidejuſſore diximus; etiam ad venditionis confirmatorem trahenda ſunt: ut non prius emptori licentia ſit adverſus confirmatorem conſiſtere; niſi prius venditorem convenerit, vel indubitate ſolvendo non ſit. Sed nec hypothecariis in rem actionibus judicium pateat ante, quam perſonales actiones defecerint. Et in (18) ſumma quæ dicta ſunt de mutua pecunia, & in venditione cuſtodienda ſunt [19], & in omnibus contractibus, qui aliquam ſatiſdationem recipiunt. Sin autem argenti diſtractores pecuniam conſtituerint [20], ſecundum veteres leges conveniantur.

II. (*c*) Si quis pecuniam mutuavit [21]; debitor autem pecuniam non habuit (22), quam dare debet (23): rem mobilem creditori præſtet, ſi habeat (24). Sin autem rem mobilem non habuerit (25): tunc immobilem rem ſuam, ſi habet, vendere debet; & pecuniam debitam ex pretio rei [26] ſolvere. Sin autem emptorem non inveniat (27): tunc prædium, quod optimum habet, creditori ſuo præſtet; & actione, qua obſtrictus (28) eſt, liberetur [29]. Ubi autem emptorem ſui prædii invenit (30), caveat creditori [31] pecuniam debitam ſoluturum ſe: & poſt cautionem liceat ei conſtituere venditionis contractum. Creditoris autem appellatione ſignificatur non ſolum is, qui mutuam dedit alicui pecuniam: ſed etiam omnes, qui aliquam actionem contra aliquem habent.

NOVELLA V. (*d*)

I. QUI vult ædificare monaſterium; prius Epiſcopum invocet (32), & illum exoret, ut [33] ſanctam crucem faciat (34), & imponatur poſtea ædificium.

II. (*e*) Si quis monachus (35) fieri vult, ſive liber ſit, ſive ſervus: non ſtatim monachus fiat, ſed per triennium tonſura quidem careat; & veſte laicorum utatur; & divinas ſcripturas diſcat [36]: & confiteatur ſuam conditionem, id eſt utrum ingenuus ſit, an ſervus, vel alterius cujuſcumque (37) ſtatus; & narret cauſas, propter quas ad ſolitariam vitam migrare deſide-

(1) *vel qui.* (2) Ivo, *pecuniam conſtituerit.* alii, *pecunias conſtituerit.* (3) *moveat.*
[4] *vel in partem.* [5] Ivo, *noſcitur.* alii, *dignoſcitur.* (6) *ſive in parte, ſive in ſolidum.* [7] *creditores.* (8) *Hæc ſi.* (9) *præfinire eos.* [10] *quam.* (11) *pro eo.*
[12] *actiones ſuas.* (13) *creditoribus.*
(14) *habeat creditor.* Ivo. (15) *res.*
[16] *exerceat.* Ivo. (17) *ejus vel.*
(18) *In ſumma.* alii, *Et in ſumma ſciendum eſt.*

(19) *eſſe.* (20) *cuſtodierint.*
(21) Ivo, *mutuaverit.* A. (22) *non habuerit.* Ivo. A. (23) *dare poſſit.* alii, *daret tunc.*
(24) Ivo, *ſi habet.* (25) *non habeat.* Ivo.
(26) *rei venditæ ſolvere.* (27) *non invenerit.* (28) *adſtrictus.* [29] *liberatur.*
(30) *invenerit.* (31) *caveat creditori ſuo.*
(32) *vocet.* (33) *& crucem.*
(34) *imponat.* (35) Ivo, *Qui monachus.*
[36] *addiſcat.* Ivo. alii, *dicat.*
(37) *cujuſcumq. condicionis, vel ſtatus.* Ivo.

[*a*] Hæc eſt in libro Authent. quarta conſtit. collat. 1. ſub titulo *de fidejuſſoribus & mandatoribus.* Edita eſt græce, & latine ab eodem Haloandro.

(*b*) Juliani verba refert Ivo *parte* 16. *cap.* 117. decreti. Vide auth. Præſente. C. *de fidejuſſ.* & auth. Sed hodie. C. *de oblig. & action.* & auth. Hoc ſi debitor. C. *de pignor.*

(*c*) Refert Ivo *d. parte* 16. *cap.* 118. Vide auth. Hoc niſi. C. *de ſolution.*

(*d*) Hæc etiam eſt quinta conſtitutio in libro Authent. collat. 1. titulo *de monachis.* Non habuit eam Græcam Haloander: quod in Florentino libro deerat. In Baſilicis quoque integra non eſt. Edidit eam græce Scringerus, Agylæus latine.

(*e*) Refert Ivo *par.* 7. *cap.* 153. & 154. decreti, ut conſtit. 5. *cap.* 1. & 2. Vide auth. Verum. C. *de Epiſc. & cleric.*

raverit (1); ne forte malus [2] ſit, & Deo diſpliceat (3). Oportet autem [4], & monachos verba ei adferre (5), quæ mores ejus, & vitam corrigere [6] poterunt. Et ſi per triennium talis appareat, ut videatur dignus tonſura & veſte religioſa; tunc & (7) tondeatur, & ſtolam monachicam (8) veſtiat, ſive liber ſit, ſive ſervus, & nulla ei moleſtia inferatur neque de ſervili, neque de libertina condicione. Sin autem aliquis intra triennium retrahere eum (9) ut ſervum ſuum voluerit: & dicat quod res ſuas (10) furatus ad monaſterium cucurrerit (11): non ſtatim eum abſtrahat: ſed prius probet quod & ſervus eſt; & in furto (12), vel (13) vita mala, & peccatis atrocibus timuit, & fugit. Et ſi hæc vera ſint (14): reddatur ſervus domino ſuo cum rebus ſubreptis, ſi etiam ipſæ quoque (15) in monaſterio fuerint. Dominus autem eum recipiens fidem ei præſtet, quod nullo eum malo (16) propter hæc (17), quæ jam peccavit, affecturus ſit.

Quod ſi nulli delicto ſervum ſuppoſitum eſſe dominus probare (18) potuerit; & ipſe ſervus ex caſtitate morum ſuorum bona teſtimonia habeat: & ſi nondum triennium præterierit; tamen maneat in eodem (19) venerabili monaſterio. Triennio autem ſemel tranſacto, & inter monachos ſervo Dei (20) numerato (21), nulla ſit poſt ea licentia (22) qualemcumque moleſtiam ei inferre, ſive revera (23) famulus ſit, ſive ingenuus: ſed omnimodo ſolitariæ (24) vitæ permaneat; & ſi peccatum (25) in priore vita admiſſum ſit. Ea autem, quæ furto ſubrepta ſunt, proculdubio ſi inveniantur, domino reddi oportet.

(26) Sin autem ſervitutem effugiens veniat (27) quis ad monaſterium; poſtea autem reliquerit venerabilem locum, & in aliam vitæ figuram tranſierit: liceat domino extraere eum (28); & probanti quod ſervus eſt, ut ſervum eum habere (29).

III. In omnibus (30) monaſteriis ſive paucos, ſive complures monachos habeant, nulla licentia monachis ſit ſeparatim converſandi, nec unuſquiſque monachus ſuum proprium cubiculum habeat. Sed communiter ad excolendum Deum (31) congregentur; & in communi loco dormiant, ſingulis quidem in culcitris ſuis humo videlicet conſtratis (32) jacentibus, omnibus autem in una domo dormientibus. Quod ſi tantus ſit monachorum numerus, ut una domus eis non ſufficiat: tunc & in duabus, pluribuſve habitationibus dormiant, non autem ſeparatim per ſe, ſed in communi loco, ſicut jam prædiximus: niſi forte quidam ex his (33) tales ſint (34) ut juſte debeant ſegregari ab alia (35) monachorum multitudine; quos ſummæ vitæ conſtitutos Græci Anachoritas, & Heſychaſtas dicunt (36).

IV. (*a*) Si quis in (37) monaſterio ſe conſecraverit (38), & poſt quam veſte religioſa veſtitus eſt, a monaſterio receſſerit (39): omnia bona ipſius, quæ in monaſterio (40) introduxerit (41), ad ipſum monaſterium pertineant.

Idem eſt ex alia Conſtitutione, & ſi non introduxit (42): omnes enim res ejus dominii monaſterii ſint (43).)

V. Si vir, vel mulier liberos habens ad ſolitariam vitam pervenerit; ſi quidem jam donaverat filio (44) vel filiis ſuis (45) tantum, quantum lex Falcidia facit ſive occaſione propter nuptias donationis, quam pro filio ſuo dedit, ſive dotis cauſa, quam pro filia ſua præſtitit. Si igitur habeant (46) legis Falcidiæ quantitatem, cætera bona ejus ab omni (47) inquietudine liberentur, ſive pater ſit, ſive mater, qui, quæve in monaſterium introierit. Ut in (48) reliquis rebus eorum nullam habeant liberi communionem; utpote cum lege Falcidia ſatis eis factum ſit. Quod ſi nihil eis, vel minus Falcidia pater, vel mater præſtiterit: tunc etiam monacho facto patre, vel matre conſecrata, libera facultas filiis ſit vel totam Falcidiam, vel quod deeſt eis, a monaſterio vindicare. Inter virum autem & uxo-

(1) *cupit.* [2] Ivo, *malæ ſint.* A. (3) Ivo, *diſpliceant.* (4) *autem.* (5) *facere.* (6) *corrigant.* Ivo. (7) *tunc.* (8) *monaſticam.* A. (9) *in ſervum.* (10) *res meas furatus fuerit*, & (11) *concurrerit.* Ivo. (12) Ivo, & *furto.* alii, & *pro furto.* A. (13) & *vita.* (14) Ivo, *vera ſunt.* (15) & *ſi ipſæ.* forte, *ſi* & *ipſæ.* alii, *ſi etiam ipſæ.* A. (16) Ivo, *nullum ei malum.* (17) *hoc, quod.* (18) *probaverit.* Ivo. (19) Ivo, *in eodem monaſterio.* alii, *in eodem loco venerabili.* (20) *ſervo.* A. (21) *connumerato.* (22) *licentia ſit poſtea domino.* (23) *vere.* Ivo. (24) *in ſolitaria vita.* Ivo. A. (25) Ivo, *etiam ſi peccatum.* alii, *etſi peccatum ab eo.* alii, *etſi peccatum ei.* (26) *cap.* 2. Ivoni. aliis, *cap.* 3. (27) *venerit.* (28) Ivo, *domino retrahere eum.* alii, *domino ſuo extrahere.* (29) Ivo alias, *in ſervum eum habere.* alias, *ut ſervum.* alii, *ut ſervum habeat.* (30) *In omnibus autem.* (31) *excolendum dominum.* alii, *excolendum.* (32) *humi videlicet ſtatis.* (33) *in his.* (34) *qui juſte.* (35) *ab illa.* (36) *vocant.* (37) *Si quis.* (38) *ſe congregaverit.* alii, *ſe conſecravit.* (39) *receſſit.* (40) *in monaſterium.* (41) Ivo, *introduxit.* (42) *introduxerit.* (43) *communes ſunt monaſterii.* (44) *donaverit filio ſuo.* (45) *filiæ ſuæ.* (46) *habuerit.* (47) *omni.* (48) *intraverit. In*

(*a*) Vide auth. Ingreſſi. C. *de ſacroſ. eccleſ.* & auth. Nunc autem. C. *de Epiſc.* & *cler.* & Gratian. 19. q. 3. c. 9. Si qua. §. Nunc autem. Capitis 4. verba refert Ivo *d. parte* 7. *cap.* 155. ut *cap.* 3. *conſtit.* 5.

& uxorem talis obſervatio teneat (1): ut ſive maritus, ſive uxor (2) intraverit in monaſterium (3); hoc conſequatur laica perſona, quod ex (4) caſu mortis ei competiſſet (5) ſecundum dotalium pactionum tenorem.

VI. (a) Si quis introierit (6) in monaſterium & poſt religioſam veſtem (7) receſſerit; & militaverit, vel ſimpliciter laicus factus fuerit; ſpolietur cingulo militari, & vita (8) libera non potiatur, ſed officio Præſidis provinciæ ſervire cogatur; ſubſtantia autem ejus in monaſterio maneat.

VII. (b) Si quis in monaſterio conſecratus fuerit, poſteaque in aliud monaſterium tranſire maluerit: ſubſtantia quidem ejus a priore monaſterio vindicetur. Aliorum autem monaſteriorum primates prohibeant eum tranſire; ut in alio (9) monaſterio non recipiatur. Et de hoc (10) curare debent non ſolum religioſiſſimi Epiſcopi, ſed etiam reverentiſſimi Archimandritæ.

VIII. Si quis monachus conſtitutus clericatus honorem acceperit, nullam habeat facultatem (11) uxorem ducendi: quamvis ejus gradus ſit, cujus clericus non prohibetur uxorem habere: qualis eſt gradus cantorum, & lectorum. Non ſolum autem uxorem ducere prohibetur; ſed etiam concubinam habere. Si quis autem monachus ante conſtitutus clericatus occaſione vel duxerit uxorem, vel concubinam habuerit: eiiciatur de clero, & ſit privatus, & ad nullam militiam, vel profeſſionem aliam audens (12) venire: niſi forte velit in antefatas pœnas incidere.

IX. Primi monachi creatio non ſecundum ordinem temporis fiat: nec qui tempore prior eſt, primi loci creationem ſibi præſumat; nec qui ſecundus forte, vel tertius eſt; ſed qui & vitæ caſtitate, & divinarun rerum, humanarumque (13) ſcientia, & animi gravitate præcellit, is habeat (14) loci prioris honorem. Idque procedere debet ſecundum electionem, atque judicium religioſiſſimi Epiſcopi. Quæ autem diximus & in prioribus, & in iſtis Conſtitutionibus de clericis & (15) monachis, vel monaſteriis: ea non ſolum de maſculis, ſed etiam de feminis ſanctimonialibus intelligere debemus.

NOVELLA VI. (c)

I. HÆC conſtitutio in primo capite de conſecratione Epiſcoporum loquitur, quam oportet procedere ſic. Debet enim prius diſceptari de vita Epiſcopi, utrum bona ſit, an reprehenſibilis; & utrum bonis teſtimoniis muniatur, an non. Sed & ſi officialis, vel curialis condicionis ſit: prohibetur (16) Epiſcopus fieri: niſi forte a tenera ætate in monaſterio fuerit, eoque modo liberatus eſt prædictis condicionibus: ita tamen ut quartam portionem (17) ſubſtantiæ ſuæ curiæ præſtet ſecundum legis obſervantiam.

Sed neque ex laico (18) ſtatim ad Epiſcopatum aſcendere licet (19); neque clericatus honorem ſimulatum habuiſſe ſufficit. Oportet autem eum, qui epiſcopus fit, neque uxorem habere, neque concubinam, neque filios, neque nepotes ſive legitimos, ſive legibus incognitos (20). Et ſi quis contra hoc (21) fecerit; & is qui factus eſt, & is qui eum fecerit (22), de Epiſcopatus (23) expellatur (24) honore. Nec liceat pecuniæ datione Epiſcopum fieri. Eſſe autem oportet eum, qui Epiſcopus fit, vel monachum, vel clericum, ita tamen ut non minus ſex menſibus appareat eum in clericatu fuiſſe. Legere autem debet ſanctos Canones: eoque tempore (25), quo conſecratur, conſulat (26) eum is, qui conſecrat, ſi poſſit facere atque cuſtodire omnia, quæ divini præcipiunt canones: & ſiquidem denegaverit ſe poſſe cuſtodire, non conſecretur. Sin autem pollicitus fuerit obſervaturum ſe, quantum homini (27) poſſibile eſt, ſancta canonum præcepta: tunc is, qui conſecrat eum, admonere, atque prædicere (28) ei debet; quod ſi non obſervaverit canones ſanctos, & Deo alienus erit, & inter religioſos Epiſcopos (29) non connumerabitur. Nam canones patrum vim legum habere oportet. Sin autem aliquis pecuniam dederit; eodemque (30) modo creatus Epiſcopus fuerit: non ſolum ipſe, ſed etiam qui conſecraverit (31) eum, inter Epiſcopos non erit. Sed & pecuniæ (32), vel res datæ (33) conſecrationis cauſa ſacroſanctæ eccleſiæ addi-

can-

(1) *obſervantia teneatur.* (2) *ſive mulier.* (3) *monaſterium.* (4) *ex cauſa mortis ei.* alii, *ex cauſa mortis.* (5) *competit.* (6) *introierit.* (7) *poſtquam religioſam indutus eſt veſtem.* alii, *poſtquam religioſa indutus eſt veſte.* (8) *ita, ut vita.* (9) Ivo, *& in alio.* alii, *in alio.* (10) Ivo, *Et hoc.* A. (11) *licentiam.* (12) *audeat.* A. (13) *rerum.* (14) *habeat.*

(15) *clericis, vel.* [16] *prohibeatur.* (17) *partem.* [18] *laico.* (19) *liceat.* (20) *ſint incogniti.* (21) *contra hæc.* (22) *fecit.* [23] *Epiſcopatus.* [24] *ſpoliatur.* (25) *eo autem tempore.* (26) *conſulet.* (27) *hominibus.* (28) *prædicare.* (29) *religioſi Epiſcopis.* (30) *dedit; & eo.* (31) *conſecravit.* (32) *Sed & pecunia.* alii, *Sed pecunia.* alii, *Sed pecuniæ.* (33) *data.*

(a) Refert Ivo *d. parte 7. cap.* 156. ut *cap. 4. conſt. 5.*

(b) Refert idem Ivo. *cap.* 157. *d. parte 7.* ut *cap. 6. ejuſd. conſtit.*

[c] Eſt in libro Authent. conſtitutio ſexta collationis 1. ſub tit. *quo modo oporteat Epiſcopos, & cæteros clericos ad ordinationes perduci.* Eam refert Anſelmus Lucenſis *lib. 1. cap.* 50. decretorum. Græcam non edidit Haloander: quod ea neque in Florentino libro, neque in Baſilicis conſcripta foret. At ex Veneto codice eam græce edidit Scringerus, & Agylæus latine.

UNED

cantur (1), ſive Epiſcopus ſit, ſive clericus, qui eas dedit (2). Is autem qui accepit, non ſolum res amittat, ſed & gradum, atque honorem clericatus (3). Similiter autem & ſi laicus ſit, qui pecuniam, vel res accepit, & ipſas amittat, & aliud tantum, quam tum accepit, pœnæ nomine ſanctæ eccleſiæ præſtare compellatur (4). Sed & ſi magiſtratus gerat, in magiſtratum eſſe deſinet (5), & exilio inrevocabili condemnabitur. Sin autem aliquis presbyter, vel diaconus conſtitutus pecunia data (6) ad Epiſcopatus apicem pervenerit: non ſolum Epiſcopus eſſe deſinet, ſed etiam priorem gradum presbyterii, vel diaconii (7) amittet (8). Conſecratio autem Epiſcopi fiat ante omnem populum Chriſtianitatis (9), ut ſit facultas unicuique, ſi velit, contradicere. Et ſi quidem ante conſecrationem facta fuerit contradictio: non prius conſecretur Epiſcopus; niſi diſceptatio (10) de contradictione facta ſit, & undique appareat innoxius is, qui ad Epiſcopatum vocatur. Sin autem quis (11) ante diſceptationem ad episcopatus apicem (12) pervenerit: amittat honorem non ſolum is ipſe (13), ſed etiam is, qui eum creavit. Quod ſi is, qui contradixerit (14), calumniator probatus fuerit; vel contradictionis judicium deſeruerit; & non peregerit cauſam: prohibeatur ſacra communione in omni vita ſua ab eo, qui conſecravit (15) Epiſcopum.

II. Nemo religioſus Epiſcopus extra ſuam eccleſiam degat ultra annale ſpatium: niſi forte per imperialem juſſionem hoc fuerit factum (16). Patriarchæ autem Epiſcopos cogere debent (17) in ſuis eccleſiis obſervare (18), & in longas peregrinationes non ire [19]. Sin autem ſine juſſione Principis ultra annum Epiſcopus extra ſuam (20) eccleſiam fuerit; tunc regionis Patriarcha legitimis eum præconiis revocet (21), ideſt cuſtodiens ſacrorum canonum obſervationem (22). Sin autem non obtemperaverit is, qui vocatus eſt; ſed in eadem abſentia perſeveraverit: tunc repellat eum ab Epiſcoporum numero, & alterum pro eo ſubſtituat. Sin autem is, qui in abſentia eſt, metropolitanus non fuerit, ſed cujuſdam municipii Epiſcopus: tunc ea, quæ diximus a Patriarcha fieri oportere, metropolitanus (23) faciat. Quod [24] ſi litigiorum (25) cauſa peregrinari voluerit Epiſcopus, non concedatur licentia (26). Litigare enim Epiſcopus debet [27] non per ſemetipſum (28), ſed per ſuos clericos (29), ſive apocriſiarios, ſive œconomos [30]: & ſupplicare Principi debent, & impetrabunt ea, quæ deſiderant fieri.

III. Numquam Epiſcopus (31) in Conſtantinopolitanam civitatem veniat, niſi litteras acceperit (32) a metropolitano ſuo ad imperatorem, quas divini canones commendaticias appellant. Quibus declarabitur (33), neceſſariam eſſe profectionem Epiſcopi. Sin autem metropolitanus ſit (34), qui pervenire in CP. civitatem maluerit (35): litteras acipiat (36) a Patriarcha regionis ſuæ. Venientes autem (37) non audeant intrare ad imperatorem per ſemetipſos: ſed prius ad Patriarcham veniant; vel ad apocriſiarios regionis, ex qua ſunt, & ipſis communicent (38) cauſas, propter quas venerunt (39). Liceat autem Epiſcopis & per Referendarios magnæ eccleſiæ, vel apocriſiarios Patriarcharum referre Imperatori, & ſic impetrare reſponſum.

IV. Nemo clericus fiat, niſi is, qui & bonum teſtimonium habeat (40), & litteratus eſt. Qui enim litteras neſcit, clericus eſſe non poteſt. Docent (41) autem & presbyteri & diaconi ſacras orationes, & eccleſiaſticos canones. Quos ſcilicet conſecrari oportet ſine reprehenſione, ſine juſta contradictione, ſine pecuniarum (42) datione, liberatos tam officiali, quam curiali condicione ſecundum (43) obſervationem, quam in primo capite præſentis Conſtitutionis expoſuimus.

V. Qui binas nuptias contraxerit, diaconus, vel presbyter fieri prohibetur. Sed & ſi mulierem disjunctam a marito ſuo, quem ipſa reliquerit (44), uxorem quiſpiam habuerit: neque diaconus, neque presbyter fieri poteſt. Idem eſt & ſi concubinam habeat. Quippe tales homines cum caſtitate (45) vivere decet (46). Caſtus autem eſt, qui habet, vel (47) habuit uxorem caſtam, & ipſam (48) ab ipſo virgine virginem ſuſceptam (49). Si quis autem presbyter, vel diaconus, vel ſubdiaconus uxorem duxerit, vel con-

(1) *addicentur.* alii, *addicuntur.*
(2) *eſt, qui dedit.* (3) *dignitatis, vel clericatus.* (4) *compelletur.* (5) *deſinat.*
(6) *pecunia oblata.* (7) *presbyteri, vel diaconi.* (8) *amittat.* (9) forte, *civitatis.* A.
(10) *diſceptatione &c. facta.* (11) *ante.*
(12) *ad Epiſcopatum.* (13) *ſolum ipſe.*
(14) *contradixit.* (15) forte, *conſecrabit.* A.
(16) *hoc fecerit.* alii, *fuerit factum.*
(17) *debent ſe.* (18) *hoc obſervare.* alii, *continere.* (19) *non ire, niſi juſſu Principis.*
(20) *extra.* (21) *evocet.* (22) *obſervantiam.* (23) *Archiepiſcopus.* (24) *Si autem.*
(25) *litigandi.* (26) *licentia ei non concedatur.*
(27) *Epiſcopi.* (28) *ſemetipſos.*
(29) *clericos debent.* (30) *œconomos, vel vicedominos.* (31) *Nemo umquam Epiſcopus.*
(32) *litteris acceptis.* (33) *declaratur.*
(34) *metropolitani ſint.* (35) *maluerint.*
(36) *accipiant.* (37) *alias.* (38) *committent.* (39) *veniunt.* (40) *habet.*
(41) *Doceantur.* A. alii, *Docent.*
(42) *& ſine pecunia.* (43) *niſi forte ſecundum.* (44) *reliquit.* (45) *in caſtitate.*
(46) *debent.* (47) *vel qui habuit.*
(48) *& ipſa.* (49) *virginem receptam.* alii, *virgine ſuſcepta.* Poſt hæc verba aliqui habent: *ipſa ſeparata, presbyter, vel diaconus fieri non prohibetur.*

UNED

concubinam habuerit ſive clam, ſive palam, ſive ſub aliqua figura: cadat clericatus honore, & ſit privatus, & laicus.

VI. Ea autem, quæ de clericis diximus, teneant & (1) in diaconiſſis. Diaconiſſas (2) autem creari conſtitutio præcipit (3); ſi quinquaginta annorum ætatem agant (4): ita tamen ut virgines ſint, vel unum tantummodo maritum habuerint. Sin autem mulier propter aliquam neceſſitatem minor quinquaginta annis diaconiſſa facta fuerit: non liceat ei alibi degere, quam in aſceterio (5) ſanctimonialium mulierum, ubi neque mares converſantur, neque vivere liceat ei, quomodo velit. Nulla autem diaconiſſis facultas tributa eſt habere quoſdam ſecum (6) veluti fratres, ſive cognatos, vel quos dicere ſolent agapetos, ideſt dilectos. Nam diaconiſſæ, vel per ſe habitare debent, vel nullum alium admittere ſecum, niſi revera fratrem. Sin autem aliqua ſuſpicio ſit, quaſi ſimulatus frater cum ea degerit; vel ab initio non conſecretur, vel ſi conſecrata fuerit, amittat honorem. Pœnas autem cum corruptore patiatur eas, quas ſacræ conſtitutiones adverſus corruptores definiunt (7). Eo autem tempore, quo diaconiſſæ conſecrantur, admonendæ ſunt; ut ſi poſtea nupſerint, vel aliam vitam elegerint: gladio ultore ſternentur (8), & facultates (9) monaſteriis, ſive eccleſiis addicentur (10). Is autem qui corrupit eam, puniatur quidem eodem ſupplicio, bona autem ejus fiſci juribus vindicentur.

VII. (*a*) Sive lector (11), ſive ſubdiaconus, ſive diaconus, ſive presbyter clericatus honorem contempſerit, & in aliam vitam tranſierit: duorum alterum vel curiali condicioni cum ſuis facultatibus ſubiiciatur; vel ſi plures curiales civitas habeat, ſive ipſe vilior ſit: ad officialem condicionem trahatur (12), ideſt taxeoticam.

VIII. Nullus Epiſcopus (13) multitudinem clericorum faciat paſſim (14). Debet enim ſecundum reditum eccleſiarum, ita etiam numerus (15) clericorum moderari. Et ſiquidem is, qui ſacroſanctam ædificavit eccleſiam, ſtatuit ab initio clericorum numerum, qui debeat (16) in eadem eccleſia conſecrari: ille numerus cuſtodiatur. Sin autem numerus præfinitus non eſt: neque per amicitiam, neque per gratiam oneranda ſacroſancta eccleſia eſt. Sed moderandus (17) numerus erit cura & ſolicitudine Patriarcharum & Metropolitanorum, & aliorum Epiſcoporum. Liceat autem unicuique, ſive privatus, ſive laicus (18) ſit, inſpicienti ea, quæ diximus ab aliquo contempta, ad Imperatorem referre.

NOVELLA VII. [*b*]

I. [*c*] NUlli ſub Romana ditione conſtitutæ eccleſiæ (19), vel xenodochio, vel ptochotrophio, vel noſocomio, vel orphanotrophio, vel gerontocomio, vel brephotrophio, vel monaſterio tam monachorum, quam ſanctimonialium Archimandritam habenti, vel Archimandritiſſam: ergo his omnibus non liceat (20) alienare rem immobilem (21) ſive domum, ſive agrum, ſive hortum (22), ſive ruſticum mancipium, vel panes civiles (23); neque creditoribus ſpeciali (24) hypothecæ titulo obligare. Alienationis autem verbum continet venditionem (25), donationem, permutationem, & emphyteuſeos (26) perpetuum contractum. Sed omnes omnino (27) ſacerdotes ab hujuſmodi (28) alienatione abſtineant ſe (29) pœ-

Cap. 5. De reb. eccleſ. *incip.* Nulli.

[1] *teneant etiam.* [2] *Diaconiſſam.* [3] *præcepit.* [4] *habeant.* alii, *habeat.* [5] *aſceteriis.* (6) *quoſdam.* (7) *minantur.* (8) *ſternantur.* alii, *feriantur.* (9) *facultates earum.* A. (10) *addicantur.* (11) Ivo, *Quiſquis*, *Sive lector.* (12) *tradatur.* Ivo. (13) *Epiſcoporum.* [14] *faciat.* [15] *numero.* (16) *debent.* (17) *Sed ſecundum facultates ſacroſanctæ eccleſiæ moderandus.* [18] *ſive clericus.* forte, *ſive laicus*, *ſive clericus.* [19] *Nullis &c. conſtitutis eccleſiis.* Ivo ſic: *Nullus ſub Rom. ditione conſtitutam eccleſiam &c. infeſtare audeat.* (20) Burchardus, Bernardus Papienſ. & Greg. IX. *Nonnulli liceat.* (21) *immobilem eccleſiæ.* iidem tres. (22) *ſive domum, ſive agros, ſive hortum.* Greg. IX. *ſive agrum.* [23] Hæc verba non habent illi tres. (24) *neque creditoribus ſpecialis.* vetus codex, & Ivo, & Burch. & Bernard. A. *neque ſpecialis*, Greg. IX. alii, *neque creditoribus ſpeciali*, *ſeu generali.* (25) Burch. & Bern. *contineat condicionem.* Greg. IX. *continet condicionem*, *donationem*, *venditionem.* alii, *contineat venditionem.* (26) Bernard. *emphyteuſis.* Greg. *emphyteuticum.* (27) Bern. *ſed omnes.* Greg. *unde omnes.* (28) Ivo parte 3. *hujuſmodi*; parte 17. *a rerum eccleſiaſticarum.* alii, *hac.* (29) Ivo parte 3. *alienatione abſtineant.* parte 7. *alienatione ſe abſtineat.* Burch. Bernard. & Greg. ut Ivo parte 3. alii, *contractu abſtineant.*

[*a*] Refert Ivo Carnotenſ. *part.* 6. *cap.* 421. decreti, ut conſtit. 6. *cap.* 7.

(*b*) Hæc eſt conſtitutio 1. collationis 2. in libro authent. titulo *de non alienandis, aut permutandis rebus eccleſiaſticis.* In libro Norico Haloandri, ut in Florentino, & Baſilicorum libro græca non extat. Sed Scringerus eam græce, latine Agylæus conſcripſerunt.

(*c*) Refert Ivo *parte* 3. *cap.* 183. & *parte* 17. *cap. ult.* decreti, ut ex conſtit. 7. *cap.* 1. Partem vero ejuſdem capitis Burchardus Vormatienſis *lib.* 3. *cap.* 164. decretorum, ut ex concilio apud Silvanectim præſente Ludovico Rege *cap.* 5. & Bernardus Papienſ. in prima collectione Decretalium *c.* 4. *de reb. eccleſiæ*, ex eodem concilio; unde ſumpſit Greg. IX. *c.* 5. *eod. tit.* Vide Auth. Hoc jus porrectum. C. *de ſacroſ. eccl.* cujus verba refert Grat. 10. *q.* 2. *c.* 2. §. Hoc jus.

UNED

pœnas timentes, quas Leonina conſtitutio minatur (1): ideſt ut is quidem (2), qui comparavit (3) rem loci venerabilis (4), reddat eam ei, cujus & antea fuerat: ſcilicet cum fructibus, & aliis (5) emolumentis, quæ in medio tempore facta ſunt. Œconomum autem eccleſiæ præſtare oportet omne lucrum, quod ex hujuſmodi prohibita alienatione ſenſerit; vel quod (6) eccleſiam damno affecerit, ita ut in poſterum œconomus non ſit. Non ſolum autem ipſe, ſed etiam ſucceſſores ejus (7) teneantur (8): ſive ipſe œconomus [9] alienaverit, ſive reſpiciens alienantem Epiſcopum non prohibuerit; & multo magis ſi conſenſerit. Tabellionem (10) autem, qui talia interdicta inſtrumenta conſcripſerit (11); perpetuo exilio tradi oportet.

Magiſtratus autem, qui eadem inſtrumenta admiſerit [12], & officiales, qui operam dederint (13), ut monumentis intimentur donationes; vel cæteræ (14) alienationes actis intervenientibus confirmentur: non ſolum magiſtratu, ſed etiam dignitate & facultatibus ſuis cadant. Remittit autem Conſtitutio ea, quæ in præterito tempore facta (15) ſunt. Excipit (16) autem quoſdam contractus, quos in ſequentibus exponit (17) capitulis; per quos & (18) eccleſiarum immobiles res alienari poſſunt. [Xenodochium, ideſt locus venerabilis, in quo peregrini ſuſcipiuntur. Ptochotrophium, ideſt locus venerabilis, in quo pauperes & infirmi homines (19) paſcuntur. Noſocomium, ideſt locus venerabilis, in quo ægroti homines curantur. Orphanotrophium ideſt locus venerabilis, in quo parentibus orbati pueri paſcuntur. Gerontocomium, ideſt locus venerabilis, in quo pauperes, & propter ſenectutem ſolam infirmi homines curantur. Brephotrophium, ideſt locus venerabilis, in quo infantes aluntur.]

II. [a] Si princeps voluerit rem immobilem ſancto loco (20) præſtare, & accipere ab eo [21] aliam immobilem [22] rem; & eo modo permutationem contrahere: liceat hoc facere ei divina pragmatica (23) ſanctione ab eo (24) promulgata. Cap. I. De rer. perm.

III. (b) Emphyteuſeos contractum ſub hac obſervatione (25) ſanctus conſtituat (26) locus: ut vivo quidem eo, qui (27) contrahit, maneat omnimodo [28] emphyteuſis; mortuo autem eo, ad heredes ejus tranſmittatur, ſi forte filii ſunt (29) ſive maſculi, ſive feminæ; aut ſi nepotes ſint, ſive neptes, aut ſi uxor ſit, vel maritus; ſi ſpecialiter mariti, vel uxoris nomen expreſſum fuerit (30): alioquin ad aliam perſonam emphyteuſeos contractus non tranſeat; ſed uſque ad vitam contrahentium extendatur, niſi filios (31), filiaſve, nepotes, neptesve habeant. Procedere autem emphyteuſis debet prius requiſitione cum omni veritate, atque ſubtilitate habita in reditu eo, qui ad id tempus fuerat, in quo ad ſacroſanctam eccleſiam res perveniſſet; & ejus reditus ſexta portio remittatur (32) ei, qui emphyteuſim contrahit. Sin autem deminutus fuerit ex aliquo caſu reditus prædii: duorum alterum (33), vel ſub eodem reditu, qui tunc [34] inveniatur [35], ſine ulla diminutione is, qui contrahit, accipiat prædium, vel ad contractum omnino non accedat. Melius enim eſt locare prædia ſanctorum locorum quam ſub hujuſmodi deminutionibus contractus emphiteuſeos facere. Sin autem eccleſiaſtici proaſtii emphyteuſis contrahatur pretioſiſſimi quidem, ſed tamen viliſſimum reditum habentis: non oportet emphyteuſeos contractum ad reditus [36] quantitatem metiri; ſed æſtimatio proaſtii fiat, & inſpiciatur reditus, qui per viginti (37) annos comparari poteſt ex pretio proaſtii:

[1] Greg. IX. *comminatur.* (2) *ut is.*
(3) Ivo parte 17. *comparaverit.* alii, *comparat.* (4) Ivo, ibid. *loco venerabili reddat, cujus & antea fuerat.* A. Idem parte 3. *loci venerabilis, reddat ei, cujus & ante fuerat.* alii, *loco venerabili reddat eam, cujus antea fuerat.* alii, *loco venerabili reddat eam, cujus antea fuerat.* (5) *aliiſque.* Ivo.
(6) Ivo, parte 3. *vel ſi eccleſiam damno affecerit.* Idem parte 17. *vel qui eccleſiæ damnum effecerit, a miniſterio ſubmoveatur.* alii, *vel quod eccleſiæ damnum effecerit.* alii, *vel eccleſiam damni affecerit.* alii, *vel eccleſiæ damnum affecerit.* (7) Ivo, parte 3. *ſed ſucceſſores ejus.* alii, *ſed etiam conſortes eorum.*
(8) Ivo parte 17. *hac lege teneantur.*
(9) *ſive archiœconomus.* Ivo ibidem.
(10) *Tabelliones.* (11) Ivo, *conſcripſit.* alii, *conſcripſerint.* (12) Ivo, *admiſerunt.* alii, *admiſerint.* (13) Ivo, *dederunt.*
(14) *vel.* (15) Ivo, *acta.* A. (16) *Excepit.*
(17) *exponemus.* (18) *per quos.* Ivo. A.
(19) *omnes*, ibid. v. 36. (20) Burch. Bern. & Greg. IX. *ſanctis locis.*
(21) Greg. *ab eis.* (22) Greg. *immobilem, eoque modo de communi voluntate.* alii, *rem immobilem, & eodem modo.* (23) Greg. IX. *ſi cauſa rationabilis id expoſcat; & res, quam præſtiterit, major fuerit, vel æqualis; pragmatica &c.* Ivoni, & aliis deſunt hæc: *divina pragmatica ſanctione ab eo promulgata.*
(24) Greg. *ſuper hoc.* (25) *forma.*
(26) *contrahat.* (27) *eo cum quo* (28) *omnino.*
(29) *ſint.* A. (30) *expreſſum ſit nomen.*
(31) *niſi forte filios.* (32) *ſextam portionem remittant.* (33) *alterum fiat.* A.
(34) *qui nunc.* (35) *invenitur.*
(36) *ad fructuum.* (37) *triginta.*

(a) Refert idem Ivo *d. parte 3. c.* 184. ex ead. conſt. 7. *cap.* 2. & Burc. *d. lib. 3. cap.* 165. ex dicto concilio *cap.* 6. & Bernard. Papienſ. *cap.* 1. *de rer. permutatione.* ex eod. concilio, a quo ſumpſit Greg. IX. *cap.* 1. *eod. tit.* Vide auth. Sed & permutare. C. *de ſacroſ. eccl.* cujus verba refert Grat. *d. c.* 2. §. Sed & permutare.
[b] Vide auth. Perpetua. & auth. Qui rem. C. *de ſacroſ. eccl.* quarum verba refert Grat. *d. c.* 2. §. Perpetua. & §. Qui rem.

ſtii: & tantum reditum dare ſe paciſcatur is, qui emphyteuſim contrahit: ita tamen ut etiam in hoc caſu non in perpetuum contractus extendatur: ſed ſecundum obſervationem, quam ſuperius diximus. Sciant autem hi, qui emphyteuſim contraxerint [1]; quod placito [2] reditu ab eis per biennium (3) non dato licentia libera præſtatur ſanctorum locorum adminiſtratoribus & prædia abſtrahere, & nihil emponematum nomine præſtare. Emponemata autem dicimus ea, quæ labore contrahentis in agro meliorata ſunt. Sin autem deteriorem agrum fecerit: cogatur de ſuo ſumptus (4) dare, & reſtituere in priſtinam (5) prædii faciem [6], & ad hoc ſubiici debent non ſolum ipſe, ſed etiam heredes ejus, vel ſucceſſores, vel bonorum poſſeſſores, & bona ejus: ita tamen ut debitum quoque reditum ſine aliqua dilatione, vel deminutione reddere compellantur. Id autem quod de prohibitione alienationis diximus, obtineat non ſolum in integris domibus, vel proaſtiis, vel agris, vel hortis: ſed etiam in his, quæ omnino diruta & deſerta, & in area poſita ſunt. Quamvis enim nullum ædificium, nullam materiam habeant: attamen alienari ea prohibitum eſt: niſi forte emphyteuſis ad tempus ſecundum antefatam diviſionem in tres perſonas fuerit facta. Ne autem (7) aliqua circumſcriptio fiat: jubet Conſtitutio duos primates mechanicorum, vel architectorum in civitate CP. una cum religioſis œconomis, & quinque reverentiſſimis presbyteris, & diaconis duobus, præſente & ipſo beatiſſimo Archiepiſcopo: vel (8) in provinciis duos nobiles vel mechanicorum, vel architectorum, aut unum, ſi unum tantum habeat civitas; pervenire (9) oportet ad loca (10) & divinis antepoſitis ſcripturis definiri ab eiſdem architectis, quantum debeat ſuper eodem loco diruto ſacroſanctæ præſtari eccleſiæ ab eo, qui (11) emphyteuſeos contractum procedere velit (12). Et ſub his pactionibus inſtrumenta emphyteuſeos componantur: ut (13) is, qui contraxerit (14) emphyteuſim, & ædificet, & materiis utatur; ſi quaſdam materias dirutus (15) habeat locus: & tranſmittat (16) contractum duobus ſucceſſoribus ſuis ſecundum prædictam obſervationem: poſteaque prædium redeat ad ſacroſanctam eccleſiam, vel ad alium venerabilem locum, qui ſub titulo emphyteuſeos rem immobilem dederit (17). Tribus perſonis defunctis omnimodo (18) prædium ad venerabilem locum redeat. Nam & illam pactionem, immo magis callidam machinationem reiiciendam (19) eſſe, Conſtitutio jubet: ideſt ſi pactus (20) fuerit cum œconomis (21) & religioſo Epiſcopo, & aliis perſonis, quas enumeravimus, is qui emphyteuſim contrahit (22): ut etiam tribus perſonis defunctis nihilominus deinceps ſucceſſoribus liceat emphyteuſeos titulo res immobiles ab eccleſia capere, & aliis perſoniis anteponi. Talem enim conventionem, utpote callide factam, Conſtitutio reprobavit.

IV. Sin autem voluerit aliquis rem immobilem eccleſiaſticam vel ptochicam utendi fruendi cauſa accipere: eo modo faciat contractus (23), quo Divi Leonis Conſtitutio ſtatuit. Oportet enim fructuarium divitem conſtitutum & rerum immobilium Dominum aliam rem jure dominii dare ſacroſanctæ eccleſiæ, vel alii venerabili loco, a quo uſumfructum appetit (24). Ita tamen ut res immobiles, quas ipſe pro uſufructu præſtat, non minorem reditum habeant, quam uſus fructus eſt (25) rei immobilis ad ſacroſanctam eccleſiam, vel alios venerabiles locos (26) pertinentis: ita tamen ut (27) res omni modo, quam utendi fruendi cauſa accepit (28), vel mortuo eo ad ſanctum redeat locum; vel adhuc vivo eo, ſi forte uſque ad certum tempus uſusfructus ei conſlitutus (29) eſt. Impleto enim tempore neceſſe eſt uſumfruct um extingui. Nulla autem licentia ſit in tantum tempus protelare; ut etiam poſt mortem fructuarii res immobiles ad ſanctum locum non redeant. Nam modis omnibus defuncto fructuario pleno jure fundus ad eccleſiam redire debet. Ita tamen ut etiam illæ (30) res, quas de ſuo patrimonio ab initio fructuarius ad locum ſanctum (31) dedit, maneat [32] firmiter nulla machinatione abſtrahendæ (33).

V. (a) Si quis contra ſaluberrima jura [34] præſentis Conſtitutionis rem immobilem loci venerabilis comparaverit: primum quidem rei æſtimationem amittat, & rem, quam inlicite emerit (35), reſtituat cum omnibus emolumentis ejus, quæ [36] in medio tempore facta ſunt (37), & omnia lucro eccleſiæ, vel alterius loci venerabilis cedant. Et nullam habeat ipſe contra eccleſiam actionem: ſed tantum adverſus œco-

(1) *contraxerunt.* [2] *ſi placitus reditus, &c. non datur.* (3) Hæc verba deſunt aliquibus. (4) *de ſuo ſumptu.* (5) *priſtinam.* (6) *formam.* (7) *Ne forte.* (8) *&* in. A. (9) *venire.* (10) *ad locum.* (11) *eo, qui ad.* (12) *vult.* alii, *voluit.* (13) *&* is. (14) *contraxit.* (15) *dirutas.* [16] *tranſmittatur contractus.* (17) *dedit.* [18] *omnino.* (19) *removendam.*

(20) *ſi pactum.* (21) *œconomo.* A. (22) *contraxit.* [23] *faciat contractum.* alii, *fiat contractus.* (24) *accepit*, forte, *accipit.* (25) *ſit uſusfructus.* (26) *& alia venerabilia loca.* (27) *ut illa res.* (28) *accipiat.* (29) *relictus.* (30) *illa res, quam.* (31) *loco ſancto.* A. (32) *maneat.* (33) *abſtrahenda.* (34) *monita.* (35) *comparavit.* (36) *quæ.* (37) *peracta ſunt.*

[a] Refert Ivo *d. parte 3. cap.* 185. decreti ex conſtit. 7. *c.* 5. Vide auth. Qui res. C. *de ſacroſ. eccl.* cujus verba refert Grat. *d. c.* 2. §. Qui vero res.

UNED

œconomos, vel alias (1) venditorum perſonas ex empto judicium moveat. Nam venditorum patrimonia emptori ſubjecta eſſe æquum eſt. Hæc, ſi (2) venditio contra præſentem legem rei immobilis ad venerabilem locum pertinentis contracta ſit. Alioquin ſi donatio facta fuerit: tunc is, qui liberalitatem interdictam accepit, non ſolum ipſam rem cum fructibus ſuis & cauſis venerabili loco reſtituat (3); ſed etiam aliud tantum, quantum accepit, pœnæ nomine præſtet ſanctiſſimo loco, cujus res donata fuerit ab his, qui res ejus adminiſtrant. Sin autem titulo permutationis rem loci venerabilis capiat aliquis: tunc & rem, quam accepit, reddat; &, quam ipſe dedit, amittat: actione ei (4) ſcilicet adverſus perſonas, & patrimonia eorum conſervanda, qui cum eo contraxerint (5). Excepto videlicet Principe, cui ſecundum præfatam ſuperius diviſionem permutationem facere rerum immobilium cum ſacroſanctis locis (6) permiſſum eſt. Sin autem pignus creditor ad corporalem detentationem acceperit; & res immobilis ſit, quæ pertinet ad eccleſiam, vel ad alios venerabiles locos (7), veluti domus, vel proaſtium (8), vel ager, vel hortus, vel panes civiles, vel mancipia ruſtica; nam ea quoque veluti membra rerum immobilium ſunt: ſi quis igitur (9) horum aliquid pignoris nomine corporaliter accepit (10): primum quidem neque ſortem quam dedit, neque uſuras, quas forte ſtipulatus eſt, exigat; deinde etiam ipſam rem cum ſuis emolumentis venerabili loco reſtituat. Sed in hoc (11) caſu adverſus œconomum (12), vel alios adminiſtratores venerabilium locorum actionibus creditori competentibus. Omnia hæc, quæ diximus, etiam in mulierum monaſteriis, vel aſceteriis obtinere oportet.

VI. (*a*) Si quando (13) neceſſaria cauſa & inexcuſabilis (14) immineat (15), ut mutuam pecuniam accipiat (16) venerabilis locus: liceat œconomis etiam res immobiles obligare pignoris jure: ita tamen (17) ut corporaliter creditoribus non tradantur.

VII. Si quis emphyteuſeos contractum in eccleſiaſtica re, vel alterius venerabilis loci contraxerit in perpetuum: primum quidem id, quod actum eſt, pro infecto habebitur (18); deinde tantum eum in unoquoque anno perpetuo præſtare ſanctiſſimo (19) loco oportet; quantum præſtitiſſet, ſi ab initio legitima emphyteuſis eſſet: nullo remanente apud eum ex his rebus, quæ fruſtra ei emphyteuſeos occaſione præſtita ſunt. Res enim ipſas cum ſuis fructibus omnimodo reſtituere debet. Tabelliones autem, qui (20) contra leges (21) emphyteuſeos inſtrumenta receperint, inrevocabili puniantur exilio; & nunquam (22) redeant, nec ſi divina ſanctio promulgata fuerit. Nam nec magiſtratibus audaci ſpiritu (23) talia inſtrumenta vel dictare, vel facta admittere, & monumentis publicis (24) inferre (25), vel confirmare debent. Nam ſi aliquid tale deliquerint: non ſolum honore, ſed etiam dignitate & patrimonio (26) cadant.

VIII. (*b*) Iſdem (27) pœnis coerceri oportet etiam illos (28), qui ſancta vaſa, ſive ſacra dona (29) contra legem vel pigneraverint (30), vel diſtraxerint, vel conflaverint, vel quocumque modo alienaverint: excepta videlicet captivorum redemptione. Eandemque obſervantiam jubet Conſtitutio obtinere (31) & in alienatione panum civilium.

IX. (*c*) Nulli (32) liceat per pragmaticam ſanctionem aliquid eorum (33) capere, quæ ſacroſanctis eccleſiis, aliiſque venerabilibus locis competunt: ſcilicet ſi (34) immobiles ſint: vel mobiles quidem (35), ſed quæ alienari non poſſunt. Sin autem Quæſtor magnificus tale reſcriptum dictaverit, vel cæteri magiſtratus intimationem pragmaticæ formæ receperint: unuſquiſque quinquaginta librarum auri pœna multetur. Sin autem religioſi Epiſcopi talem (36) pragmaticam ſanctionem contempſerint: ſine periculo contempſiſſe ſe (37) cognoſcant. Nam ſi receperint eam (38), etiam epiſcopatus honorem amiſſuros ſe non dubitent. Ea autem locari vel emphyteuſeos titulo dari oportet ſola, quæ adminiſtratorum arbitratu videantur tali aliquo (39) indigere.

Si quis in potentatu conſtitutus divinam pragmaticam ſanctionem impetraverit cogentem œconomum, vel alios adminiſtratores venera-

bi-

(1) *& alias.* (2) *Hoc ſi.* (3) *ad venerabilem locum pertinentem reſtituat.*
(4) Ivo, *actione.* alii, *actione ejus.*
(5) *quæ cum eo contraxerunt.* Ivo.
(6) *eccleſiis.* (7) Ivo, *vel ad alia venerabilia loca.* alii, *vel alia venerabilia loca.*
(8) *pratum.* Ivo. (9) Ivo, *Si quis.*
(10) Ivo, *acceperit.* (11) *Sed & in hoc.* Ivo. (12) *œconomos.* (13) *Si qua.* Ivo.
(14) *inextimabilis.* (15) *imminet.* Ivo.
(16) *capiat.* Ivo. (17) *tamen.* Ivo.
(18) *haberi.* alii, *habeatur.* (19) *venerabili.* A. (20) *autem ſi.* (21) *contra legem.*
(22) *ut numquam.* (23) *audere.* alii, *audire.* (24) *& in publicis monumentis.*
(25) *inſerere.* (26) his verbis aliqui libri carent. (27) *Eiſdem.* Ivo. (28) *eos.*
(29) *ſancta dona.* (30) *pigneraverit &c.* Ivo. (31) *teneri.* (32) *Nemini.*
(33) *aliquid.* Ivo. (34) *ſive*
(35) *quæ.* (36) *tales pragmaticas ſanctiones.* Ivo. (37) Ivo, *contempſiſſe.* alii, *ſe contempſiſſe.* (38) *eas.* Ivo.
(39) *tale aliquid.*

(*a*) Refert idem Ivo *c.* 186. *d. parte* 3. ex *cap.* 6. ejuſdem conſtitutionis.
[*b*] Refert idem Ivo *cap.* 187. ejuſdem partis, ut ex *cap.* 8. *d.* conſtit. 7.
[*c*] Refert etiam Ivo *d. parte* 3. *cap.* 188. ex *c.* 9. ejuſd. conſtit.

bilium locorum ea, quæ ab eis (1) neque locata, neque emphyteuſeos titulo (2) data ſunt, ſibi locari, vel emphyteuſeos nomine dari: pœna ſacrilegii teneatur.

X. (*a*) Nemini liceat in poſterum cujuſcumque (3) monaſterii venditionem impiam, vel donationem, vel permutationem contrahere: ubi & altare conlocatum eſt, & ſacra (4) miſſa facta, & monachica converſatio. Sin autem aliquid tale admiſſum fuerit: & id, quod factum eſt, pro infecto habebitur (5); & is, qui accepit, pretium (6) amittat; & is, qui diſtraxit (7), rem & pretium reddat ſacroſanctæ eccleſiæ, & venerabilibus monaſteriis (8): quorum curæ (9) erit alienatum contra leges (10) monaſterium, rurſum in priſtinum ſtatum reducere (11). Nulli autem liceat (12) nec titulo (13) pignorum, nec (14) hypothecarum ſacroſanctum obligare monaſterium. Nam etſi tale aliquid admiſſum fuerit, refutari oportet: ut iterum in ſanctiſſimo monaſterio ſacra procedat miſſa (15).

XI. [*b*] Si quis ſterilem agrum cuique (16) venerabili loco donaverit, vel vendiderit: contractus nullius erit momenti. Nam & donatione, & quavis alienatione reſciſſa cogatur donator, aut venditor rem ſuam recipere, quam calliditate & fraude (17) videtur dediſſe; ut exoneret (18) ſcilicet ſuum [19] proprium patrimonium. Œconomus autem, vel quicumque alius adminiſtrator venerabilis loci omne damnum, quod ex hujuſmodi (20) inlicito actu contigerit, reſarciat (21) ei, qui cum eo contraxit ſecundum ea, quæ ſupra diximus (22). Liceat autem unicuique ex populo, ſi viderit præcepta propoſitæ Conſtitutionis neglecta, ad Imperatorem (23) referre, & calumniatoris notam evadere. Omnibus autem permiſſum eſt, ubique [24] magiſtratus gerentibus, ſive majorem, ſive minorem poteſtatem habeant, omnia præſentis Conſtitutionis capitula cuſtodire.

NOVELLA VIII. (*c*)

I. OMnes Magiſtratus ſine pecunia creari (25) decernimus: ut neque impune aliquid detur; neque ſine punitate (26) aliquid a ſubjectis exigatur.

„ II. Vicarius Aſianæ Regionis, & Præſes
„ Phrygiæ Pacatianæ Comes Phrygiæ Pacatia-
„ næ nominetur, & habeat tam vicarii, quam
„ præſidis honorem, & utriuſque Magiſtratus
„ annonas, & capita habeat, & una tantum
„ apparitione utatur: permixta tamen ab u-
„ troque magiſtratu. Agat autem curam &
„ tributorum exactionum. Sed & apparitio ejus
„ duplices annonas, & capita habeat. Comes
„ autem Phrygiæ Pacatianæ nullam habeat
„ communionem in Aſiana Diœceſi, ſed ha-
„ beat quidem Comitis Phrygiæ Pacatianæ
„ nomen: nullam autem habeat juriſdictio-
„ nem extra territorium Phrygiæ Pacatianæ.

„ III. Qui ante Vicarius Ponticæ vocaba-
„ tur, modo Comes Galatiæ primæ nomine-
„ tur, & in milites habeat poteſtatem, & u-
„ triuſque Magiſtratus annonas accipiat, id-
„ eſt tam civiles, quam militares. Ultra ter-
„ ritorium autem primæ Galatiæ nullam ha-
„ beat poteſtatem. Utriuſque autem Ponticæ
„ magiſtratus apparitores miſceri oportet, &
„ Comitianam appellari, & periclitari cum ſuo
„ Comite in exactionibus tributorum.

IV. * Nemo magiſtratus civilis, vel militaris in municipiis (27) ejus provinciæ, cui præeſt, vicarios ſuos audeat mittere. Sed ſi quis tales [28] fecerit magiſtratus, honore cadat. ** Hoc cap. II. eſt Aug.*

„ V. Magiſtratus Comitis Orientis, & Præ-
„ ſidis Antiochiæ unus ſit, & utriuſque ap-
„ paritores miſceantur, & Comitiana appari-
„ tio appelletur: & primam Syriam habeat
„ tantum Comes Orientis, dummodo etiam
„ illam regionem habeat, quæ Kyreſtica vo-
„ catur. Habeat autem & utriuſque magi-
„ ſtratus annonas, & curam agat in tributo-
„ rum exactionibus, & ut populares ſeditio-
„ nes compeſcat, & civilem ordinationem
„ conſervet.

VI. * Omnes privatos homines ſuppoſitos [29] eſſe Conſtitutio jubet omnibus provinciarum Præſidibus tam in pecuniariis, quam in criminalibus cauſis. Hi autem [30], qui a CP. civitate deſcendunt [31], cujuſcumque judicis cal- ** Hoc cap. III. eſt Auguſtino: quæ ſequuntur autem IV. V. VI.*

(1) *quæ aliis.* (2) *nomine.* (3) *cujuſquam.* Ivo. [4] Ivo, *ſacræ miſſæ factæ.* alii, *ſacra miſſa.* [5] *habeatur.* (6) *prædium amittat.* [7] Ivo, *diſtraxerit, & rem.* A.
(8) forte, *venerabilibus monachis.* A.
(9) Ivo, *quorum cura erat, ut.* alii, *quorum cura erit.* alii, *& iis, quorum cura erit, ubi.* [10] *contra legem.* (11) *reducerent,* Ivo. [12] Ivo, *licentia ſit.* (13) *titulo.* alii, *vel titulo.* (14) *vel hypothecarum.*
(15) *ſacræ procedant miſſæ*, Ivo. alii, *ſancta procedat miſſa.* [16] *cuicumque.* A.
(17) *vel fraude.* (18) *ut exoneraret.*
(19) *ſuum.* (20) *ex hoc.* (21) *reſarciet.*
(22) *dixit.* (23) *ad Epiſcopum.*
(24) *ubicumque.* (25) *creandos.*
(26) *punitione.* A. (27) *municipiis.* A.
(28) *tale quid fecerit, magiſtratus.* A.
[29] *ſubjectos.* (30) *& ut ii.*
(31) *deſcenderunt.*

[*a*] Refert Ivo *d. cap.* 188. Vide Auth. Multo magis. C. *de ſacroſ. eccl.*
(*b*) Vide auth. Sicut alienatio. C. *eod. tit.* cujus verba refert Grat. *d. c.* 2. §. Sicut. 10. *q.* 2.
(*c*) Eſt in libro Auth. duplex conſtitutio ſecunda, & tertia collationis 2. titulo *Ut judices ſine quoquo ſuffragio fiant*: & titulo *Jusjurandum, quod præſtatur ab iis, qui adminiſtrationem accipiunt.* Huic eidem ſecundæ conſtitutioni conjungitur Edictum primum Juſtiniani in eodem libro. In Norico etiam, ut duæ Conſtitutiones editæ ſunt & græce, & latine ab Haloandro, conſtitutio hæc 8. Et Jusjurandum illud, ut. 9. conſtit.

calculos, vel juſſiones habeant; ſubjecti ſint provinciarum Præſidibus: ut non audeant ſportularum nomine aliquid exigere ſupra modum ſacris Conſtitutionibus ſtatutum. Hoc enim ſi contempſerit Præſes, de ſua ſubſtantia reſarcire damna provincialibus cogatur. Liceat autem eis de hujuſmodi injuriis [1] referre non ſolum majoribus magiſtratibus, quibus ſuppoſiti ſunt hi, qui ſportulas inlicitas exegerint; ſed etiam ipſi Imperatori. Liceatque Præſidibus; ſi viderint eos, qui calculos, vel juſſiones habent, quod injuſte, vel violenter verſati fuerint; refrenare, & non timere neque dignitatem eorum, neque cingulum, quo forte decorantur. Oportet autem unumquemque, qui magiſtratum geſturus eſt, ante quam honorem ſuſcipiat, dare ſacramentum: quod neque dedit alicui pecuniam, neque lucrum impium capturus eſt. Si quis autem ab eo aliquid (2) accipiat ultra ea, quæ Conſtitutio ſtatuit: in quadruplum hoc reddat. Curam autem agat Præſes provinciæ & in exactionibus tributorum: eaque exigere debet, non cum ſeveritate; niſi forte contumaces ſint hi, qui tributa debent. Habeat autem adſeſſores circa ſe æquos, & juſtos, & non inclinantes ad lucrum. Quod ſi quis dederit aurum, ut magiſtratus fiat; poſteaque in furto convictus ſit in ipſo magiſtratu: & publicabuntur bona ejus, & in exilium mittendus erit, & corporales coertiones patietur. Nam Epiſcopum (3), & primates civitatum, ſi viderint judicem injuſte converſari, preces Imperatori porrigere oportet: ut cum (4) principali indignatione Præſes pœnas impius luat.

VII. [a] Præſes provinciæ, poſtquam deſierit eſſe Præſes, in eadem provincia quinquaginta dies ibi faciat, & publice pareat (5), & omnes excipiat actiones. Quod ſi ante quam quinquaginta dies prætereant, abſconderit ſe: liceat unicuique & tenere eum in provincia; & omne, quod furatus eſt, ab eo repetere, præſente tamen Epiſcopo, & rem diſcernente. Quod ſi ante quinquaginta dies fugerit, & comprehenſus fuerit ſive in Conſtantinopolitana civitate, ſive in alia quacumque regione: retrahatur ad eam provinciam, cui præerat; & ea, quæ furatus eſt, in quadruplum reddat [6]. Hæc autem tota licentia provincialibus data eſt; ſi in furto Præſidem arguere maluerint. Nam in aliis cauſis ante dicta obſervatio (7) ceſſat.

VIII. Nemo autem neque in criminali cauſa, neque in tributorum exactione, neque in populari ſeditione a præſide (8) provinciæ tentus fori præſcriptione utatur. Ut autem in omnibus exequi (9) poſſit præſes provinciæ: & milites, qui in provincia ſedent (10), ſubiiciantur ei. Quod ſi milites [11] non obtemperaverint: & annona eorum prohibebitur (12) & militiam ſuam amittent, & corporales pœnas ſubſiſtent (13).

IX. Cumque in provinciis Præſides juſti mittantur: ſuperfluum eſt Latrunculatores mittere, ut [14] eos, quos Viocolytas, ideſt eos, qui violentias prohibent; vel Aphopliſtas vocant, ideſt eos, qui privatis hominibus arma habere concedunt (15); ne rapinas, aut cædes faciant. Sed neque Magiſtro Militum Orientis, vel aliis magiſtratibus licebit Latrunculatores, vel Viocolytas, vel Aphopliſtas, vel alios ſimiles eis in provincias mittere. Sin autem aliquid tale perpetretur: hi, qui miſſi ſunt, præſidali poteſtati ſupponantur; & ultimum periculum patiantur, poſtquam hoc ad Imp. fuerit relatum. Hi autem, qui miſerint eos; triginta librarum auri pœna coerceantur. Is autem, qui magiſtratus creatur, ſiquidem in CP. civitate, præ oculis Imperatoris (16), vel Præfecti Prætorio (17), & comitis rerum Privatarum, & Cubicularii: ſin autem in provincia magiſtratum accipiat: ante metropolitanum, & primates civitatis jurare debet. Jubet [18] Conſtitutio & Defenſores civitatum nihil omnino vel dare, niſi uſque ad LX. (19) ſolidos; vel accipere, niſi publicas annonas, ſi quæ ſint [20].

NOVELLA IX. (*b*)

PRæſens Conſtitutio jubet quidem ſanctiſſimam eccleſiam Romanam centum annorum præſcriptione ſolum in ſuis actionibus poſſe removeri (21). Nihil autem [22] de ea latius exponimus, quia innovata eſt ab alia Conſtitutione, quæ data eſt, Conſule Biliſario.

NO-

[1] *& de his.* (2) *aliquid.*
(3) *Nam & Epiſcopi.* (4) *debent, ut.*
(5) *appareat.* (6) *reſtituat.*
(7) *obſervantia.* (8) *apud Præſidem provinciæ conventus.* A.
(9) *omnibus cauſis, & juſtitia exequi.* alii, *omnibus cauſis exequi.* (10) *reſident.*
(11) *& ſi milites ei.* alii, *& ſi ei.*
(12) *eorumdem militibus prohibeatur.* alii, *eorum prohibeatur.*
[13] *amittant, & corporali pœna ſubſiſtant.* alii, *amittant, & corporales pœnas ſubſtineant.* A. (14) *& eos.*
(15) forte, *non ſinunt.* A.
[16] *Prætoris, vel Imperatoris.*
(17) *Prætorii.* (18) *Jubet autem.*
(19) *ad XL.* [20] *ſunt.*
(21) *ſubmoveri.* (22) *Nec etiam.*

[a] Vide auth. Si vero. C. *ut omnes judices.*
(b) Hæc ſunt verba Juliani.

NOVELLA EADEM. (*a*)

Ut ecclesia Romana centum annorum habeat præscriptionem. (1)

IDEM A. *Joanni viro beatiſſimo* (2), *ac ſanctiſſimo Archiepiſcopo, & Patriarchæ veteris Romæ.*

ET legum [3] originem anterior Roma ſortita eſt: & (4) ſummi pontificatus apicem apud eam eſſe nemo eſt, qui dubitet. Unde, & nos neceſſarium duximus patriam legum, fontem ſacerdotii ſpetiali noſtri numinis lege inluſtrare: ut ex hac in totas (5) catholicas eccleſias, quæ uſque ad Oceani fretum (6) poſitæ ſunt, ſaluberrimæ legis vigor extendatur: & ſit totius Occidentis, nec non Orientis (7), ubi poſſeſſiones ſitæ inveniuntur, ad eccleſias veſtras (8) ſive nunc pertinentes, ſeu poſtea eis adquirendæ, lex propria ad honorem Dei conſecrata. Cum enim antiqua jura triginta annorum metis temporales exceptiones circumcludebant (9); & ſi hypotheca fuerat, paulo longiora eis ſpatia condonabant: nos ſacroſanctas Eccleſias hujuſmodi quidem curriculis temporum nullatenus excludi concedimus; & maxime (10) in his rebus, in quibus vel læſionem ſuſtinuerint (11), vel quicquam debeatur. Sed centum tantummodo annorum lapſu temporalem exceptionem eis opponi ſanctimus: ut maneant per totum ſupradictum (12) tempus integra jura eccleſiaſtica; & non poſſit eis alia præter centum annorum obviare exceptio: cum hoc tempus, vitæ longævi hominis plerumque finis eſſe dignoſcitur (13). Habeat itaque veſtra ſanctitas (14) hanc legem catholicis totius Occidentis eccleſiis profuturam; & in Orientales partes propagandam, in quas (15) aliquid ſacroſanctæ veſtræ eccleſiæ poſſident (16): ut ſit Deo omnipotenti dignum donarium divinarum rerum tuitio; nec iniquis hominibus impium remaneat præſidium; & tutus peccandi locus etiam ſcientibus relinquatur. Sed ille ſervetur innocens, qui revera innoxius ſit, nec improba allegatione temporis ſeſe tueatur [17] tempus pro puritate prætendens. Quod igitur noſtra æternitas ad omnipotentis Dei honorem venerandæ ſedi ſummi apoſtoli Petri dedicavit: hoc habeant omnes terræ, omnes inſulæ totius Occidentis, quæ uſque ad ipſos Oceani receſſus extenduntur, noſti imperii providentiam per hoc in æternum remineſcentes. Hujuſmodi legis (18) prærogativam, ſicut ſupra dictum eſt, non ſolum in Occidentalibus partibus Romanæ Eccleſiæ condonamus: ſed etiam in Orientalibus [19], in quibus eccleſiaſticæ urbis Romæ poſſeſſiones ſunt, vel poſtea fuerint. Scilicet omnibus judicibus majoribus (20) & minoribus, qui Chriſtiani, & orthodoxi ſunt, hanc (21) noſtram Conſtitutionem ſervantibus, nihilominus hujus legis (22) temeratoribus poſt cœleſtes pœnas etiam legitimum ſemper vigorem pertimeſcentibus, pœnam (23) quinquaginta librarum auri, formidantibus hac lege non ſolum in poſtea (24) emergentibus cauſis ſuum tenorem exercente; ſed etiam in his, quæ jam in judicium ſunt deductæ. Sanctitas itaque tua præſentem noſtræ manſuetudinis legem piiſſimam, ſive ſacroſanctam oblationem, quam Deo dedicamus, accipiens; intra (25) ſacratiſſima vaſa reponat, & a vobis [26] ſervandam, & omnes (27) eccleſiaſticas poſſeſſiones ſervaturam (28). Dat. CP. VI. * K. Mai Biliſar. V. C. COS. * XVIII.

NOVELLA X. (*b*)

HÆC Conſtitutio jubet referendarios quattuordecim, qui nunc ſunt, eſſe. Donec autem ad octo (29) veniant (30); non liceat alium adicere: ut ſtatutus numerus eorum octo ſit.

NO-

[1] *gaudeat præſcriptione.* [2] *beatiſs.*
[3] *Ut legum.* [4] *eſt: ita &.*
[5] *in univerſas.*
(6) *ad Oceanum fretum.* alii, *ad Oceanum.*
(7) *nec non & Orientis.*
(8) *noſtras.* (9) *concludebant.* (10) *maxime.*
(11) *ſuſtinuerunt.* (12) *prædictum.*
(13) *dignoſcatur.* A. [14] *ſanctitas tua.*
[15] *in quibus.* A. (16) *noſtræ eccleſiæ poſſident.* alii, *poſſident eccleſiæ.*
(17) *ſe tueatur.* [18] *Hujus legis.* A. alii, *Hujuſmodi autem legis.*
[19] *Orientalibus partibus.*
(20) *& majoribus.*
(21) *ſunt, vel poſtea fuerint, hanc.*
(22) *hujuſmodi legis.* [23] *& pœnam.*
(24) *in.* (25) *inter.* A. alii, *intro apud.*
(26) *a nobis.* (27) *& in omnes.*
(28) *ſervituram.*
[29] *uſque ad octo.* (30) *perveniant.*

(*a*) Hoc initium latine ſcriptum invenio in græcis libris, in epitome præſertim conſtitutionum eccleſiaſticarum: unde apparet latinam fuiſſe hanc conſtitutionem; quæ in libro Authent. eſt conſt. 4. collat. 2. titulo *Ut eccleſia Romana centum annorum habeat præſcriptionem.* Eandem Haloander latinam edidit, ut decimam conſtitutionem, Agylæus melius, ut nonam. In græcis libris ſignificabatur, quid hac conſtitutione contineretur; eamque Novella conſt. 3. abrogari: quod Julianus etiam affirmat; ſed id hodie non obtinet. Vide auth. Quas actiones. C. *de ſacroſ. eccleſ.*

[*b*] Hæc eſt in libro authent. conſtit. 5. collat. 2. titulo *de Referendariis ſacri palatii.* Eam græce & latine edidit Haloander, ut 11. conſtit.

UNED

NOVELLA XI.

* *Nona in Pith. lib. eſt præſ. Conſt. habetq. titulum:* Ut Civitates circa Viminacium &c.

„ HÆC* conſtitutio jubet, civitates, quæ „ ſunt circa Viminacium, quas ditione „ ſua noſter Imperator ſubjugavit, eas igitur ju- „ bet poteſtati eſſe ſubjectas Archiepiſcopi ſui „ proprii, & non eſſe in poteſtate Theſſalo- „ nicenſis Epiſcopi. Dat. VI. Kal. Maii Conſ. „ Beliſarii.

NOVELLA EADEM.

De privilegiis Archiepiscopi Primæ Justinianæ [1].

Idem A. Caſtellioni (2) viro Beatiſs. Archiepiſcopo Primæ Juſtinianæ.

MUltis (*a*) & variis modis noſtram patriam augere cupientes, in qua prima (3) Deus præſtitit nobis ad hunc mundum, quem ipſe condidit, venire. Et circa ſacerdotalem cenſuram eam volumus maximis incrementis ampliare: ut primæ Juſtinianæ patriæ noſtræ [4] ſacroſanctus Antiſtes non ſolum Metropolitanus, ſed etiam Archiepiſcopus fiat; & certæ [5] provinciæ ſub ejus ſint auctoritate: ideſt tam ipſa mediterranea Dacia, quam Dacia Ripenſis, nec non Myſia ſecunda, & Dardania, & Præbalitana provincia, & prima (6) Macedonia, & pars ſecundæ Pannoniæ, quæ cum Urbatenſi [7] eſt civitate. Cum enim antiquis temporibus Sirmii [8] Præfectura fuerit [9] conſtituta, ibique omne fuerat Illyrici faſtigium tam in civilibus, quam in Epiſcopalibus cauſis. Poſtea autem Atilianis [10] temporibus eiſdem locis devaſtatis Aprecinius [11] Præfectus prætorio de Sirmitana (12) civitate in Theſſalonicam profugus venerat. Tunc ipſam Præfecturam & ſacerdotalis honor ſecutus eſt; & Theſſalonicenſis Epiſcopus non ſua auctoritate, ſed ſub umbra Præfecturæ meruit aliquam prærogativam. Cum igitur in præſentia Deo auctore ita noſtra res publica aucta eſt; ut utraque ripa Danubii jam noſtris civitatibus frequentetur: & Biminacium recidiva, & limitata (13), quæ trans Danubium ſunt, noſtræ iterum ditioni ſubacceſſerit (14): neceſſarium duximus ipſam glorioſiſſimam Præfecturam in patrimonii noſtri (15) feliciſſima parte (16) collocare. Cum nihil quidem magni diſtat (17) a Dacia Mediterranea ſecunda Pannonia, nec multis (18) etiam ſpatiis ſeparatur ſecunda (19) Macedonia a Pannonia ſecunda. Et quia homines ſemper bellicis ſudoribus inhærentes non erat utile Reipublicæ ad primam Macedoniam per tot ſpatia, tantaſque difficultates venire: ideo neceſſarium nobis viſum eſt ipſam Præfecturam ad ſuperiores partes trahere: ut juxta eam provinciæ conſtitutæ facilius ſentiant illius medicinam. Et ideo tua beatitudo, & omnes præfatæ Primæ Juſtinianæ ſacroſancti Antiſtites, Archiepiſcopi habeant prærogativam: & omnem licentiam, ſuam auctoritatem Epiſcopis (20) impertiri, & eos ordinare, & in omnibus ſupradictis (21) provinciis primam habere dignitatem, & ſummum (22) ſacerdotium; ſummum faſtigium, quæ a ſe decernentur (23): & ſolum (24) Archiepiſcopum habeant: nulla actione adverſus (25) eum Theſſalonicenſi Epiſcopo ſervanda. Sed tu ipſe, & omnes primæ Juſtinianæ Antiſtites ſint ejus judices, & diſceptatores: quidquid oriatur inter eos diſcriminis, ipſi dirimant (26), & finem imponant, & eos ordinent: ne ad [27] alium quempiam (28) eatur; ſed ſuum cognoſcant Archiepiſcopum omnes prædictæ provinciæ: & ejus ſentiant creationem, & vel per ſe, vel per ſuam auctoritatem, vel per aliquos (29) mittendos habeant [30] poteſtatem, omnemque ſacerdotalem cenſuram, & creationis (31) licentiam. Sed & in Aquenſi (32), quæ eſt in provincia (33) Daciæ Ri-

(1) Contius addit: *& ſede. P. P. Illyrico in Pannoniam ſecundam, ideſt Juſtinianam Primam transferenda.* (2) *Catelliano.*
(3) *qua primo.* A. (4) *noſtra propter hoc.*
(5) *& ceteræ.* (6) *& ſecunda.* (7) *in Baccenſi.* (8) *Firmii.* alii, *Firma.*
(9) *fuerit.* (10) *Attiliani.* alii, *Antilianis.* forte ab Attila *Attilanis.* A. Vidend. Procop. lib. 4. de ædificiis Juſtiniani Imp.
(11) *Apennius.* alii, *Apenninus.*
(12) *Firmitana.* alii, *Fermatana.* forte *Sirmiana*, vel *Sirmienſi* a Sirmio. A.
(13) Contius, *limina numquam recidua, & litterata.* alii, *Imminatium, Recidua, & limitata.* alii, *Biminacium quoniam recidiva, & litterata.* Locus mendoſus. forte, *frequentetur, & Biminacium: recidiva, & limitata, quæ &c. acceſſerint*, vel *ſubjecta ſint.* A. Vidend. Procopius d. lib. 4. (14) *ſubjecta ſint.* A. alii, *ſubacta ſunt.*
(15) *in Pannonia in noſtra.* alii, *quæ in provincia noſtra.* (16) *patria.* (17) *diſtet.*
(18) Hæc verba, uſque ad illa [*Et quia*] Contius omiſit. (19) *prima Macedonia.*
(20) *eis.* (21) *ſupra ſcriptis.* (22) *ſummum.* (23) *aſcendere.* Locus mendoſus.
(24) *& te ſolum.* (25) *communione ad.*
(26) *ipſi hoc dirimant.* (27) *nec ad.* A. alii, *& nec ad.* (28) *quærendum.* alii, *quendam.*
(29) *per clericos.* (30) *habeat omnem.* A.
(31) *curationis.* (32) *in Aquis.* alii, *in Aſaquis.* alii, *in Iſaquis.* (33) *provinciæ.*

(*a*) Hoc initio utuntur etiam Græci, in epitome præſertim conſtitutionum eccleſiaſticarum. Quo fit, ut latinam fuiſſe credamus; quam hoc loco in veteribus libris Authenticorum invenimus. Haloander ea caruit; cum tamen in Florentino libro, & initium, & epitome ejus legeretur. Primus Antonius Contius eam edidit integram; eum ſecuti poſtea ſunt Hen. Agylæus, & Lud. Ruſſardus. Titulus ejus eſt, *de privilegiis Archiepiſcopi Primæ Juſtinianæ.* Videnda Nov. 131. *c.* 3. Juliani epitome caremus.

UNED

Ripenſis, ordinari volumus a tua ſanctitate Epiſcopum; ut non in poſterum ſub Mediterraneo (1) Epiſcopo ſit conſtituta. Sed Mediterraneus (2) quidem maneat in Mediterraneo (3) nulla communione cum Aquenſi (4) ſervanda. Aquenſis autem Epiſcopus habeat præfatam civitatem, & omnia ejus caſtella, & territoria, & eccleſias: ut poſſit Bonoſiacarum [5] ſcelus vel ex ea [6] civitate & eccleſia [7] expellere, vel in (8) ortodoxam fidem transformare. Ut igitur ſciat beatitudo tua noſtri numinis diſpoſitionem: ideo præſentem legem ad tuam venerabilem ſedem tranſmiſimus: ut in perpetuum tale beneficium habeat patriæ noſtræ eccleſia in Dei omnipotentis gloriam, & noſtri numinis ſempiternam recordationem. Quando autem tuæ ſedis gubernatorem ab hac luce decedere contigerit: pro tempore Epiſcoporum ejuſdem (9) venerabili ſuo concilio Metropolim (10) ordinari ſancimus: quemadmodum decet Archiepiſcopum omnibus honorum neceſſariis (11) provehi, nulla penitus Theſſalonicenſi Epiſcopo ad hoc (12) communione ſervanda. Beatitudo igitur tua, quæ noſtra ſanxit æternitas; modis omnibus ad effectum producere [13] non differat.

NOVELLA XII. [a]

I. (b) Si quis nefarium, & inceſtum, atque damnatum (14) matrimonium contraxerit [15]; liberos autem legitimos ex priore [16] matrimonio non habuerit: ſtatim ſuis facultatibus careat; & dos, quæ ei data eſt [17], fiſci juribus [18] vindicetur: poſt publicationem autem & cinguli ſui [19] patiatur amiſſionem, & exilio puniatur. Quod ſi vilior ſit, & corporalibus coercitionibus [20] ſubſiſtat; & uxor ejus [21] contra leges nupta eaſdem pœnas patiatur, ſcilicet ſi nulla juſta excuſetur ignorantia.

II. Sin autem liberi ſint ei, qui [22] inceſtas contraxerit [23] nuptias; illi autem liberi legitimi ſint, quod forte ex alio legitimo matrimonio procreati ſunt [24]: pœna patris [25] ſui juris fiant; & paternas accipiant facultates. Sic tamen ut patri ſuo alimoniam præbeant [26], &, quæ neceſſaria ſunt, adminiſtrent. Hæc autem omnia valeant poſt biennium quam hæc Conſtitutio fuerit intimata. Nam intra biennium omnes quidem [27] inlicitas nuptias, ſi quæ contractæ ſunt, diſſolvi, Conſtitutio jubet ſine pœna eorum, qui nuptias inlicitas contraxerunt. Liberis autem, qui ex hujuſmodi matrimoniis ſunt [28], tres partes paternorum bonorum præſtentur, & quarta fiſco: ſcilicet ſi non ingrati ſint tales liberi, & alii liberi legitimi non ſint. Nam ſi liberi legitimi ſint: tunc quartam quidem partem fiſcus capiat: cætera autem bona inter ſe legitimi liberi, & hi, qui ex inlicito matrimonio nati ſunt, partiantur tam ex teſtamento, quam ab inteſtato. Mulier autem, quæ contra leges nupſit, ſuam dotem tantum accipiat. Sed hæc omnia intra biennium valeant: nam poſt biennium (29) ſuperiora præcepta [30] valebunt, quæ in primo capite dicta ſunt. Nam ſi poſt biennium in inlicitis nuptiis [31] aliquis permanſerit: pœnis in primo capite dictis ſubiiciatur. Idemque dicimus, & ſi ante biennium novas inlicitas (32) contraxerit nuptias. Nam biennii indulgentia (33) illis præſtita eſt, qui jam contraxerint (34) contra leges matrimonia (35): ut intra biennium ſeparentur. Quod non ſi fuerint ſeparati; ſed perſeveraverint in toto biennio: pœnis primi capitis ſubiiciantur.

III. [c] Si quis cum muliere libera (36) conſuetudinem habuerit, cujus nuptiæ interdictæ non ſunt; & liberos ab eo illa (37) procreaverit; poſteaque dotalia inſtrumenta compoſuerit ei: non ſolum jam nati liberi (38) legitimi, & in poteſtate ejus ſint; ſed etiam poſtea procreati.

NO-

(1) *Meridiano.* A. Contius addit, *Thraciæ oppido.* (2) *Meridianus.* A.

(3) *in Meridiano.* A. alii, *in Meridio.* alii, *in medio.* [4] *cum Aquis.*

(5) *Bonoſiacorum.* Contius, *Jam eorum.*

(6) *ex ea.* (7) *& terra.* (8) *& in.*

(9) *Archiepiſcoporum ejus a.* forte, *Archiepiſcopum: a.* A. (10) *Metropolitanos.*

[11] *honoratum in eccleſiis.* alii, *honoratum eccleſiis.* (12) *nec ad hoc.* (13) *perducere.* A.

(14) Ivo, parte 9. *damnandum.*

[15] Ivo, ibi. *contraxit.* [16] *ex priore legitimo.* Ivo. (17) *doſque ei data.*

(18) *viribus.* Ivo, in Panorm. (19) *cinguli.* Ivo, parte 9. (20) *corporali quæſtioni.* Idem parte 16. & in Panomr. alii, *& corporalibus coertionibus.* (21) *uxor ei.* (22) *ſint, &.* Ivo.

(23) *contraxerint.* Ivo. (24) *procreati ſint.* Ivo. A. (25) *in pœnam patris.* Ivo.

(26) *alimonias præbeant.* Ivo. alii, *alimonias præbere debeant.* (27) *omnium.*

(28) *matrimonio nati ſunt.* alii, *matrimonio ſunt.* (29) Hæc periodus in veteri libro deeſt, nec ſine cauſa. (30) *jura.*

(31) *inlicitas nuptias aliquis contraxerit.*

(32) *inlicitas.* (33) *biennium illud præſtari oportet.* (34) *jam contraxerunt.* alii, *contraxerunt.* (35) *matrimonium.*

(36) *muliere.* Ivo. & alii. (37) *ab ea.*

(38) *nati filii.* Ivo.

(a) Eſt in libro Authent. conſtit. 6. collat. 2. titulo *de inceſtis, & nefariis nuptiis.* Hanc Haloander græce & latine edidit.

[b] Vide auth. Inceſtas. C. *de inceſt. & inutil. nupt.* Juliani verba refert Ivo Carnot. *parte 9. c.* 3. & 4. decreti, ut Nov. 32. *c.* 1. & 2. & *parte* 16. *c.* 122. ejuſd. decreti, & *lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 30. Panormiæ.

(c) Vide auth. Quod jus. C. *de natur. lib.* Juliani verba refert Ivo *parte* 8. *c.* 34. decreti. ut Nov. conſt. 32. *c.* 3.

NOVELLA XIII. [a]

„ QUI antea in urbe Conſtantinopolitana
„ Præfecti vigilum vocabantur, modo
„ Prætores populi nominentur, & ſeditiones
„ plebis compeſcant, & codicillos honoris
„ divina manu piiſſimi Principis accipiant;
„ fiant ab inluſtribus, vel Comitibus Conſi-
„ ſtorianis, vel ex his, qui magiſtratus in pro-
„ vinciis geſſerunt. Habeant autem & unum
„ conſiliarium ſinguli, & annonarum nomine
„ denas auri libras per ſingulos annos. Sin
„ autem incendium, in urbe fuerit factum,
„ intereſſe eo Prætores „ * oportet (1) vicenos ſecum habentes milites, & tricenos matricularios.

* Hujus Epit. pauca hæc tantummodo verba ſunt in Aug. lib.

NOVELLA XIV. (b)

HÆC conſtitutio jubet neminem lenonem eſſe neque in urbe imperiali, neque in provinciis (2). Et hoc (3) prohibere debent Prætores, & Præſides (4). Ultimo enim ſupplicio (5) ſubiiciuntur (6), qui contra Conſtitutionis normam lenones eſſe auſi ſunt. Omnia autem inſtrumenta & fideiuſſiones apud lenones interpoſitas, vel a lenonibus contra bonos mores factas, infirmas, atque invalidas eſſe Conſtitutio (7) jubet.

NOVELLA XV. (c)

I. (d) NUlla licentia ſit Defenſoris officium in civitatibus ſuis contemnere: alioquin quinque librarum auri pœna (8) coercebitur: ita tamen ut in opera civitatis quinque libræ impendantur: & poſt pœnæ ſolutionem nihilominus Defenſoris officium ſuſcipere cogatur. Nec enim [9] viliſſimos homines, ſed ipſos magis primates Defenſores civitatum fieri decet; quamvis Illuſtres ſint, vel militare cingulum, vel prærogativas ex principalibus pragmaticis ſanctionibus habeant. Creari autem Defenſorem (10) oportet per ordinem: & ſit unus ex ipſis primatibus, quorum calculo crearetur (11). Fiat autem cum ſacramento. Nam jurare debet, quod omnia ſecundum leges & juſtitiam facturus eſt [12]. Confirmetur autem per juſſionem Præfecti Prætorio. Et habeat Defenſoris honorem per biennium tantum, & non liceat Præſidi ſucceſſorem ei dare; ſed nec (13) Præfecto Prætorio.

II. Non liceat Præſidibus Vicarios Defenſorum mittere: nam nec ſuos mittere poſſunt. Sufficit enim Præſidi (14) Defenſores juſſiones (15) implere.

III. [e] Teſtamenta, atque donationes apud Defenſores intimentur (16); aliaque monumenta publica apud eos recte procedant. Hoc enim Præſes prohibere non poterit; quamvis adverſus ipſum Præſidem componantur, vel adverſus hominem (17) ejus. Acta (18) autem conficere (19) Defenſor poteſt (20) ad ſimilitudinem Præſidis tam adverſus tributarias inlationes differentes, quam adverſus ſeditioſos homines (21). Habeat autem ex præſidali apparitione unum exceptorem, & duos apparitores. Et judicet in pecuniariis cauſis uſque ad ſolidos trecentos.

IV. Si quis plus petierit, ut apud Præſidem magis, quam apud Defenſorem cauſa cognoſcatur: & per definitivam ſententiam reperiatur quantitas litis intra (22) trecentos ſolidos conſtituta: perdat & ipſam quantitatem, quæ revera ei debetur, & actionis ſuæ diſpendio puniatur.

V. Si Defenſor civitatis ſententiam definitivam protulerit; & adverſus eam provocatio porrecta ſit: apud Præſidem Provinciæ exerceri eam oportet (23). Sin autem ab apparitoribus Defenſor injuriam fuerit paſſus; & Præſes provinciæ neglexerit competentem eis vindictam (24) inrogare: tunc relationem ad præfectum Prætorio (25) mittat: & quod præfecto viſum fuerit, ſequatur. Habeat autem ſcrinium (26) publicum; ubi monumenta publica deponere poſſit: & habeat unum hominem, qui eadem acta debeat conſervare.

VI.

(1) Mutilus eſt hic Juliani locus: poterunt tamen verba ex Græca conſtitutione ſarciri. *Spectabiles Prætores Plebis oportet vicenos ſecum habentes milites, & tricenos matricularios flagitioſe viventes coercere.*
(2) *in aliis provinciis.* (3) *hoc.* alii, *quod.* alii, &c. [4] *Præſides provinciæ.*
[5] *ſupplicii judicio.* Ivo in Panorm.
[6] *ſubiiciantur.* 7) *hæc Conſtitutio.*
(8) *libris auri ipſe.* [9] *Nec etiam.*

(10) *Defenſores.* [11] *creetur.* A.
[12] *facturus ſine dolo eſt.* (13) *ſed.*
(14) *Sufficiunt eis.* (15) *Præſidis juſſiones.*
(16) *civitatis inſinuentur.* A.
[17] *homines.* (18) *Pacta.* (19) *componere.* [20] *debet.* [21] *ſeditioſos.*
[22] *litis fuiſſe intra.* (23) *diſceptetur.*
(24) *ei vindictam.* (25) *Prætorii.*
(26) *Defenſor, & ſcrinium.* alii, *ſcrinium unum.*

(a) Hanc vidi in veter. libris Authent. poſt undecimam conſt. ſub titulo *de plebeiis Prætorib.* Juliani epitomes pauca verba extant. Haloander hanc conſt. græce, & latine edidit.
(b) Hæc eſt in libro Authent. prima conſtitutio collationis tertiæ ſub titulo *de lenonibus.* Eam etiam Haloander græce, & latine edidit. Juliani verba refert Ivo *parte* 8. *cap.* 305. decreti, ut *Nov. conſt.* 31. *c.* 1. & *parte* 16. *cap.* 121. ejuſd. decreti, & *libro* 5. *tit.* 2. *cap.* 29. Panormiæ.
(c) Eſt in libro Authent. *conſt.* 2. *collat.* 3. *tit. de defenſorib. civitatum.* Eam græce, & latine Haloander edidit.
[d] Vide auth. Præſides. C. *de Epiſ. aud.* & auth. Hodie. C. *de judicis.*
[e] Vide eand. auth. Præſides.

UNED

VI. Defenſores ſine datione pecuniæ fiant. Quattuor enim aureos tantum præſtare debent in judicio (1) Præfecti Prætorio pro juſſionibus, quibus Defenſorum creatio confirmetur. Sin autem civitas minima ſit: tres ſolidos tantum præſtare debet [2]. Sin autem publicas annonas (3) habeant (4) ex veteri quadam conſuetudine (5), capiant eas (6) ſine aliquo obſtaculo. Et ſi in magnis criminibus obnoxii convincantur aliqui: caſtigare eos Defenſores oportet; poſteaque Præſidibus tranſmittere. Nam in levioribus criminibus ſufficit pœna, quam ipſi impoſuerint.

NOVELLA XVI. [a]

„ SUperius conſtitutionem legimus, qua cavetur, ut numerus clericorum certus ſit in majore Eccleſia urbis Conſtantinopolitanæ: hæc autem Conſtitutio jubet, ut ex aliis Eccleſiis ſuperflui clerici, ideſt hi, qui ſupra ſtatutum numerum ſunt, in locum mortuorum clericorum majoris Eccleſiæ transferantur. Dat. XIII. * Kal. Aug. poſt Conſulatum Beliſarii.

* *In Lib. Auth.* Idib. Aug.

NOVELLA XVII. (b)

I. (c) HÆC Conſtitutio habet inſcriptionem *Mandata Principis*. Diſponit autem quales eſſe oportet provinciarum Præſides: & interdicit eis aliquid a ſubjectis lucrari; quaſi publicis annonis ſufficientibus eis. Nam & tributa exigere, & requirere debent (7): ne forte fiſcus deminutionem aliquam paſſus eſt (8). Oportet autem & cauſas privatorum cum æquitate eos audire: & viliores quidem dirimere ſine ſcriptis: & non concedere litigatoribus ultra ea, quæ conſtitutionibus continentur, in judicio expendere. Sin autem viles ſint litigatores: & ſine (9) aliqua expenſa cauſas eorum cognoſcere Præſidem oportet. Sic enim hæc omnia cum omni puritate (10) fiant: ne facile in CP. civitatem provinciales concurrant. Nam etſi concurrerint, cum per magiſtratus provinciales nihil ſteterit (11); nullum reſponſum impetrabunt a Principe (Jubet (12) Conſtitutio, & agentes in rebus, & alios quoſcumque, qui a CP. civitate juſſiones majorum judicum portant (13), prohiberi poſſe per provinciarum præſides injuſte converſari.)

II. Conſuetudinarias juſſiones ex quocumque judicio procedentes provinciarum Præſides non recipiant, veluti de publico aquæductu, de portu (14), de itineribus muniendis, de pontibus, de imaginibus, de muris, de ædium excidio, utpote (15) in publico loco ædificatarum (16). Jubet [17] autem nullam rationem habere Præſides provinciarum hujuſmodi juſſionum niſi divinam pragmaticam ſanctionem intimaverit (18): poſteaque indicare Præſidem oportet per ſuam relationem piiſſimo Principi. Nam nec divinam pragmaticam formam temere eum admittere Conſtitutio permittit. Debet autem & in operibus publicis ſuam diligentiam, atque inſtantiam Præſes oſtendere: nam & patres civitatum ædificationes publicas cogere debet conſtruere [19]. Omnes autem milites, qui in eadem (20) provincia ſedent, imperio Præſidis ſubiici Conſtitutio præcipit. Nam & caſtigare eos delinquentes Præſidi licet.

III. Si quis crimine inligatus in judicium (21) Præſidis productus fuerit; & ne aliquid de eo cognoſcatur; privilegio dignitatis, vel militiæ uſus fuerit: Præſes provinciæ non recipiat eum. Qui enim privilegium ad removenda crimina prætendit; a Præſide admitti non debet. Apparitores quoque refrenare Præſidem oportet: etſi injurioſe converſari voluerint: non permittere. Sed & conſiliarium, & omnes (22) homines ſuos puriſſimos habeat: ut his tantum contenti ſint, quæ eis publicum adminiſtrat (23).

IV. Præſes provinciæ fidem publicam non paſſi unicuique [24] præſtare debet, immo etiam ſi dederit: uſque ad triginta dies tantum fides publica debet valere. Sed & condemnare eos debet, qui intra terminos (25) ſanctorum ſunt, & exigere (26) eos: ita tamen ut competentem honorem ſanctorum terminis conſervet (27).

Termini ſanctorum non proſunt neque homicidiis, neque adulteris, neque raptoribus virginum. Sed etſi quis tributa fiſco debeat, poterit intra ſanctorum terminos ab eo exigi publicum debitum. Et tam [28] œconomi, quam

(1) *in judicium.* [2] *decet.* [3] *publicam annonam.* (4) *habeat.* [5] *ex veteri conſuetudine.* alii, *ſecundum veterem conſuetudinem.* (6) *capiant eam.* (7) *debent.* malim *debent; & requirere, ne forte &c. patiatur.* A. (8) *patiatur.* A. (9) *ſine.* (10) *pietate.* (11) *non ſteterit.* (12) *Jubet autem.* [13] *judicium impetrant.* (14) *& de portu, & de &c.*

(15) *vel aliorum publicum exigeri, utpote.* [16] *ædificatorum.* (17) *Licet.* (18) forte, *intimaverint.* A. (19) *debent, & conſtituere.* [20] *in.* (21) *in judicio.* alii, *judicio.* (22) *omnes ſuos.* (23) *ſubminiſtrat.* (24) *crimnoſis.* (25) *in terminis.* alii, *intra terminum.* (26) *exequi.* (27) *obſervet.* (28) *ut tam.*

(a) Hæc in libro Juliani deſideratur. Eſt in libro Authent. conſt. 3. collat. 3. tit. *de menſura ordinandor. clericor.* Haloander eam græce, & latine edidit.

(b) Hæc fuit ab Juſtiniano græce, & latine edita: ſed latina editione caremus. In libro Authent. eſt conſt. 4. collat. 3. titulo *de mandatis principum.* Greg. Haloander eam græce, & latine edidit.

(c) Vide auth. Niſi breves. C. *de ſentent. ex periculo, vel breviculo recit.*

UNED

quam defenſores eccleſiarum ad hoc ſubveniant Præſidi magis, quam debitorem eripiant. Nam ſi quid tale fecerint: de ſua ſubſtantia tributa fiſco reddere compellantur.

V. [*a*] Præſes provinciæ non debet permittere tributorum exactoribus aliter tributa exigere: niſi prius declaraverint jugerum quantitatem, & pro quibus prædiis, & in quibus ſpeciebus exactio fit. Quod ſi de tributis aliqua dubitatio emerſerit: cenſuales quidem faciant expoſitionem cum omni ſubtilitate; referantur autem apud glorioſiſſimum Præfectum Prætorio: & per ampliſſimum judicium ejus cauſa dubia dirimatur. Debet autem Præſes provinciæ cogere cenſuales, & jam ut translationes faciant diſtractorum prædiorum ſine omni tamen detrimento. Sin autem ideo cenſuales translationes facere diſtulerint; quod emptores inopes eſſe putant: & hujus rei diſceptatio præſidalis erit: & ſi dubitatur, utrum emptor idoneus ſit, an non; venditor autem paratus ſit periculo ſuo translationem venditi prædii fieri: audire debet.

VI. Profectiones præſidum non oportet damnoſas provincialibus eſſe. Nam & (1) angarias præſidi, vel apparitioni ejus (2) facere non licet (3). Omnes enim omnino præſides annonis ſuis contentos eſſe Conſtitutio jubet. Non liceat provinciarum Præſidibus in eiſdem (4) provinciis, quas ipſi gubernant, Vicarios ſuos conſtituere. Sed nec militibus conceſſum eſt angarias a provincialibus petere, vel quæcumque detrimenta eis facere: ſed ſi (5) quid damni provinciales ſentiant, hoc Præſes eis de ſuo reſarcire compelletur.

VII. Si quis juſſionem (6) portaverit Præſidi de religionibus (7) liceat ei eam (8) comtemnere. Nam ſi quid canonicum acciderit: hoc Præſes cum metropolitano provinciæ diſponere debet.

VIII. [*b*] Capitali crimine damnatorum bona non ad lucrum Præſidis referri (9); ſed cognatis punitorum reddi oportet.

IX. Injuſta patrocinia tam prohibere, quam contemnere (10) Præſes provinciæ debet. Alienos colonos, ſive capite cenſitos nemo ſuſcipere audeat: ſed etſi (11) ſuſceperit, ſtatim reddat: alioquin ſi non reddiderit, terram deſertam propter colonorum, vel adſcripticiorum [12] abſentiam ſuſceptoribus eorum inrogari æquum eſt. Curare autem (13) Præſes provinciæ debet; ne aliquid (14) tale contingat. Sed etſi contigerit; etiam ſi (15) in aliam provinciam coloni, vel adſcripticii fugerint: per publicas litteras reducere eos debet. Et hoc non ſolum in dominicis prædiis obtinebit; ſed etiam in privatorum poſſeſſionibus, quarum forte aliqui curam habent (16), ſive quod conductores (17) ſunt, ſive quod procuratores.

X. Si quis alienis agris, vel ergaſteriis titulos impoſuerit, & nomen ſuum inſcripſerit: bonorum publicatione puniatur. Unuſquiſque autem Præſes provinciæ, poſtquam ad provinciam pervenerit, convocare debet Epiſcopum, & clerum, & primates civitatis; & hæc divina Mandata intimare non ſolum in metropolitana civitate; ſed etiam in aliis provinciæ municipiis (18): ita ut per apparitores inſinuentur, & [19] ſine omni municipalium damno (20).

XI. Nemo privatus audeat arma tenere, vel gerere. Hoc enim ſolis (21) militibus conceſſum eſt. Hi quoque, qui propter ſeditionem a CP. civitate fugerint (22), teneri debent a provinciarum Præſidibus, & cuſtodiri. Nam & (23) referre de his Præſides oportet: & ſi de his ſunt, quos utpote ſeditioſos perſcrutatur magiſtratus populi Romani; punire.

NOVELLA XVIII. (*c*)

I. (*d*) Omnes tam maſculi, quam feminæ decedentes, ſi unum filium habeant: tertiam partem ſuæ ſubſtantiæ ei relinquant Falcidiæ nomine: eodem obtinente jure etſi duos, vel tres, vel quattuor liberos dereliquerint (24). Sin autem ultra quattuor ſint, dimidiam ſubſtantiæ paternæ habeant: ut in hoc caſu Falcidia lex dimidiam partem contineat, ideſt ſex uncias ſubſtantiæ defuncti. Nulla autem differentia eſt, utrum ab inſtitutione heredis, an fideicommiſſi datione legitima pars liberis præſtita eſt (25). Hoc autem, quod de filiis & filiabus diximus; teneat etiam in omnibus deſcendentibus perſonis, quibus ſcilicet de inofficioſo agere permiſſum eſt.

II. Curiales priori [26] (ideſt præcedentis capitis (27)) obſervatione excepti (28) ſunt. Hi enim liberis ſuis curialibus novem uncias ſubſtantiæ ſuæ relinquere coguntur [29]: tres au-

[1] *Nam nec.* (2) *apparitori ejus.* alii, *apparitori.* (3) *licet.* (4) *in ipſis.*
[5] *ſed & ſi.* (6) *juſſiones.* [7] *regionibus.* (8) *eas.* (9) *perferri.* Ivo.
[10] *continere.* (11) *ſed ſi.* [12] *adſcriptorum.* (13) *autem etiam.* (14) *ne quid.*
(15) *& ſi.* [16] *aliquis curam habet.*
(17) *creditores.*
(18) *provinciis, & municipiis.* alii, *provinciis.* (19) *inſinuentur.* alii, *inſinuet.*
(20) *onere.* (21) *ſolum.*
(22) *fugerunt.* (23) *Nam.* (24) *reliquerint.* (25) *præſtita ſit.* (26) *prioris.*
(27) Non videntur hæc verba eſſe Juliani, ſed adjecta ab aliquo ſtudioſo.
(28) *excepti.* [29] *cogantur.*

(*a*) Vide Auth. Sed & periculum. C. *ſine cenſu, vel reliq.*
(*b*) Refert Ivo *parte* 16. *cap.* 119. decreti, ut ex *cap.* 10. *conſt.* 4. & *lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 28. Panorm.
(*c*) Hæc in libro Authent. Eſt conſt. 5. collat. 3. tit. *de triente & ſemiſſe.* Ab Haloandro eadem græce, & latine edita eſt.
(*d*) Vide Auth. Noviſſima. C. *de inoff. teſtam.*

autem reliquas uncias, in quas voluerint perſonas, tranſmittant. Sed tamen ea lex jura de inofficioſo teſtamento querellæ non mutat. Nam ſolam quantitatem Falcidiæ legis dilatavit, & auxit.

III. Si quis liberos & uxorem habens, in ultimis ſuis elogiis juſſerit totius ſubſtantiæ ſuæ uxorem quidem uſum fructum habere, liberos autem nudam proprietatem: quid juris ſit? & dicimus uſque ad partem legitimam Falcidiæ habituros liberos etiam uſumfructum proprietatis: reliquam autem uſusfructus portionem uxori dandam. Quia ſi nudam proprietatem ſine ullo uſusfructus ſolatio habeant liberi: nihil prohibet eos fame perire. Hæc autem, quæ diximus, teneant tam in patre defuncto, quam in avo, & proavo, & omnibus (1) ſuperioribus perſonis, eodem videlicet jure obſervando (2), & ſi mater decedens marito ſuo (3) uſumfructum totius patrimonii ſui reliquerit, & liberis ſuis nudam proprietatem. Idem in [4] avia & proavia [5].

IV. (*a*) Si quis nepotes ex filio reliquerit, & ex filia nepotes, vel neptes: pariter ad hereditatem ab inteſtato avi defuncti vocentur: & non minus tertia parte ſicut antea capiant (6). Sed integram portionem conſequantur [7] nepotes ex filia nati [8], qualem accipiunt nepotes ex filio procreati. Item ſi avia deceſſerit, nepotibus ex filio, & nepotibus ex filia [9] derelictis: omnes pariter ad hereditatem aviæ ſuæ vocentur; & omnino nulla ſit differentia, utrum omnes nepotes ſint, an [10] neptes: & utrum [11] ex filio, an ex filia (12) procreati ſint.

Si quis (13) ſine dotalibus inſtrumentis, ſed ſola (14) nuptiali affectione matrimonium contraxerit, & liberos habuerit; poſteaque ſoluto priore matrimonio (15) ſecundas nuptias cum alia muliere contraxerit, & dotalia inſtrumenta cum ea (16) fecerit; & alios liberos habuerit: omnes liberi ejus tam (17) ex priore (18) matrimonio nati, quam ex ſecundis nuptiis procreati pariter ad hereditatem vocentur: quamvis prius (19) matrimonium ſine dotalibus inſtrumentis contractum eſt.

V. Si quis neque liberos legitimos habens, neque uxorem legibus cognitam, deceſſerit; & concubinam reliquerit, ex qua filios naturales habuit. Concubinam autem dicimus talem, quæ libera conſtituta in domo defuncti fuerat (20) uſque ad mortem ejus: & ſi liberi naturales in domo ejus ab ipſo procreati fuerint (21), & nutriti: Si hæc igitur ita ſint; veniant ſimul tam ipſa concubina, quam liberi ejus naturales ab inteſtato in ſubſtantiam defuncti: non ut totam accipiant; ſed ut duas tantum uncias conſequantur ſubſtantiæ defuncti patris; & diſtribuantur inter eos & matrem: ita tamen ut mater unius liberi portionem accipiat, & per capita diviſio rerum fiat. Quod ſi concubina ante concubitorem ſuum deceſſerit, & filios naturales reliquerit: nihilominus duas uncias filii (22) naturales conſequantur. Hoc (23) autem de ea concubina dicimus, quæ ſola fuerat in domo (24) defuncti concubitoris. Alioquin ſi complures (25) fuerint mulieres; quas in concubinatu defunctus habebat, ex quibus & naturales liberos habuerit (26): nulla licentia dabitur neque concubinis, neque liberis earum [27] ad ſucceſſionem defuncti venire. Quoniam meretrices magis, quam concubinæ tales mulieres [28] ſunt, cum quibus paſſim defunctus dormiebat. Sed illam ſolam cum prole (29) ſua ad hereditatem defuncti vocamus, quæ quodammodo uxorem legitimam imitatur: & nulla differentia eſt, utrum naturales ejus liberi maſculi, an feminæ ſint. Hæc autem omnia [30] in futurum tempus obtinere Conſtitutio jubet.

VI. [*b*] Si quis pro filia ſua dotem genero (31) dederit, vel propter nuptias donationem pro filio ſuo nurui præſtiterit; poſteaque (32) ipſe pater deceſſerit ſive inteſtatus (33), ſive teſtamento condito; & non ſpecialiter expreſſerit, ut nulla fiat collatio dotis, vel ante nuptias [34] donationis: ſi hæc igitur ita ſint (35) is, qui ſuccedere patri [36] voluerit; cogatur conferre dotem, vel ante nuptias (37) donationem.

VII. (*c*) Si quis liberis ſuis res ſuas diſtribuere velit, ſive in teſtamento, ſive in alia quacumque [38] voluntate: liceat quidem ei hoc facere, dum tamen diſtributiones (39) confirmet

(1) *& in omnibus.* (2) *obſervando.* (3) *marito.* [4] *Idem eſt, & in.* (5) *& in proavia.* (6) *accipiant.* Ivo in Panorm. (7) *aſſequantur.* Ivo ibid. (8) *filia.* (9) *neptibus ex filia.* Ivo. parte 16. alii, *ex filia.* (10) *an.* alii, *ſint, aut.* (11) *utrum.* Ivo. (12) *aut ex filia.* alii, *& in filia.* (13) *Item ſi quis.* A. (14) *ſola.* (15) *poſteaque ſoluto matrimonio.* alii, *poſtque prius matrimonium.* (16) *ei.* (17) *tam liberi.* (18) *ex primo.* (19) *primum.* (20) *erat.* (21) *ſunt.*

(22) *liberi.* (23) *Hæc.* (24) *erat in domo.* alii, *erat domi.* (25) *plures.* alii, *quam plures.* (26) *naturales liberos habuit.* alii, *filios naturales habuerit.* (27) *eorum.* (28) *tales.* (29) *progenie.* (30) *Hæc autem.* alii, Hoc *autem.* (31) *genero ſuo.* (32) *poſtea.* alii, *poſteaquam.* (33) *teſtatus, ſive inteſtatus.* alii, *inteſtatus, ſive teſtamento edito.* (34) *antenuptialis.* (35) *Si hoc igitur ita ſit.* (36) *jure patris.* (37) *antenuptialem.* (38) *alia quadam.* (39) *diſtributionem.*

[*a*] Vide Auth. Quæ tertiæ. C. *de collat.* Juliani verba refert Ivo *part.* 16. *c.* 123. decreti, ut conſt. 34. *c.* 4. & *lib.* 5. *tit.* 2. *c.* 31. Panorm.

[*b*] Vide Auth. Ex teſtamento. C. *de collation.*

(*c*) Vide Auth. Si modo. C. *fam. erciſc.*

ſua ſubſcriptione. Quod ſi ipſe ſubſcribere nolit; faciat liberos ſuos ſubſcribere, inter quos & (1) rerum diſtributio fit. Quod ſi non ita fecerit; vel etiam ſine teſtibus voluntatem ſuam condiderit: ſciat eam nullius eſſe momenti. Ideoque liberi ejus omnes ita ſubſtantiam ejus partiantur inter ſe, ac ſi ſine ulla ejus (2) diſtributionis voluntate parens eorum deceſſiſſet.

VIII. (*a*) Si quis prolatam manum ſuam (3) negaverit, & dixerit talem ſcripturam ſuam non eſſe; & poſtea (4) actor probationibus (5) vexetur & aliis difficultatibus: vel ſi litteras quidem ſuas agnoverit (*6*); dixerit autem pecuniam ſibi numeratam a creditore non eſſe: in utroque caſu convictus (7) in duplo debitam quantitatem actori præſtet (8).

Quod ſi judex contra præſentem legem judicaverit: ipſe pœnam actori reddat. Hæc (*9*) autem ita ſe habent (10), niſi forte actor probationibus deficiens ſacramentum reo detulerit (11): tunc enim ſi reus ſacramentum dare noluerit; ſed veritatem confeſſus fuerit: dupli pœnam evitabit (12). Quod ſi longiori tempore extenſo litigio ad ſacramentum actor decurrerit (13); poſteaque reus ſacramenti timore veritatem confeſſus fuerit: dupli quidem pœnam ſic evitabit (14); cogatur autem omnes impenſas, quas actor propter improbitatem ejus fecerit, ſacramento actoris præſtare. Si quis autem (15) dixerit nullam ſibi adnumeratam eſſe pecuniam: poſtea autem confeſſus ſit (*16*), & dixerit ſe etiam particularem ſolutionem (17) ſolviſſe: quamvis re vera perſolverit (18); attamen nihilominus (*19*) integram ſortem exſolvat (20). Sed etſi reus litteras actoris protulerit, eaſque ſuas eſſe actor negaverit; & poſtea reus veritatem probare potuerit: cogatur actor non ſolum illud imputare reo, quod litteris declaratur; ſed etiam (21) alterum tantum perſolvat pœnæ nomine mendatii ſui. Et in hoc (22) caſu ſacramenti ratio eadem (23) habeatur tam in actoris, quam in rei perſona.

Quod ſi litigium per tutores, vel curatores ventiletur; pone enim principales perſonas impuberes eſſe, vel adoleſcentes: tunc pœnæ exactio propter improbam negationem adverſus ipſos tutores, vel curatores competat. Hæc autem Conſtitutio nullam facit innovationem in legibus, quæ duplum, vel quadruplum in quibuſdam caſibus exigi præcipiunt.

IX. (*b*) Si quis rerum detentator in rem actione ab aliquo conventus dixerit actorem rerum dominum non eſſe: actor autem probaverit ſuum dominium eſſe; & probationibus convictus reus poſtea dicat hypothecarum titulo, vel alio quodam jure ad ſe res pertinere: tali pœnæ ſubiiciatur, ut adhuc lite in ſuſpenſo conſtituta res ad actorem transferantur (24); & poſt tranſlatam poſſeſſionem, tunc ſi quas ſibi putaverit actiones competere; eas moveat is, qui tranſpoſuit poſſeſſionem.

X. (*c*) Si quis neque uxorem legitimam habens, neque liberos legibus cognitos, ancillam autem ſuam concubinam habuerit; & liberos ex ea ſuſceperit; poſteaque eam cum liberis ſuis manumiſerit, & jus aureorum anulorum eis impetraverit, & natalibus eos reſtituerit, inſtrumentaque dotalia conſcripſerit; quamvis poſtea nullos habuerit liberos (25); attamen (*26*) & uxor legitima ſit, & liberi ante (27) dotalia inſtrumenta nati (28) tam legitimi, quam in poteſtate patris ſui naturalis efficiantur (*29*); & ſucceſſionem ejus ab inteſtato capiant.

NOVELLA XIX. (*d*)

*

NOVELLA XX. [*e*]

SI prætoris Paphlagoniæ, vel Honoriados provocatio porrecta ſit; & inducatur apud Præfectum, & Quæſtorem: Præfecti Prætorii officium huic appellationi obſequatur. Idem eſt & in moderatore Helenoponti, & Ponti Polemoniaci; & Proconſulis Armeniæ, & Prætorum Lycaoniæ, Piſidiæ, & Iſauriæ. In Comite autem Orientis utrumque officium obſequatur; ideſt & Præfecti Prætorii, & ſcrinii epiſtu-

(1) *quos.* (2) *ulla.* (3) *prolata manu ſua.* Ivo. alii, *probatam manu ſua ſcripturam.* alii, *probatam manu ſua ſcriptam ſcripturam.*
[4] *poſtea.* Ivo. alii, *ut poſtea.*
(5) *probatione.* Ivo. (6) *litteram ſuam non negaverit.* alii, *litteras quidem agnoverit.* (7) *in utrumque caſum convictus.* Ivo. alii, *in utroque caſu ſi convictus ſit.*
(8) *quantitatem præſtet.* Ivo. alii, *pecuniam actori præſtet.* (9) *Hoc.* (10) *habet.* alii, *habeant.* [11] *retulerit.*
(12) *ſic evitabit.* (13) *recurrerit.*
(14) *evitabit.* [15] *Si quis.* [16] *fuerit.*
(17) *particulares ſolutiones.* Ivo.
(18) *perſolvit.* alii, *ſolverit.* (19) *attamen.*
(20) *partem perſolvat.* (21) *ſed &c.*
(22) *in hoc autem.* (23) *ratio.*
(24) *transferantur.* (25) *filios.*
(26) *tamen.* (27) *qui ante.*
(28) *ſunt nati.* (29) *efficiuntur.*

(*a*) Vide Auth. Contra. C. *de non numer. pec.* Juliani verba refert Ivo *part.* 16. *cap.* 124. decreti, ut conſtit. 35. *c.* 4.
(*b*) Vide Auth. Item poſſeſſor. C. *qui potiores.*
[*c*] Vide Auth. Sed nova. C. *de nat. liber.*
(*d*) Hanc non habet Juliani liber. Eſt in libro Authenticor. conſt. 6. collat. 3. titulo *de filiis ante dotalia inſtrumenta natis.* Eam græce, & latine Haloander edidit.
[*e*] Hæc eſt in libro authent. conſtit. 7. collationis 3. tit. *de adminiſtrantib. officia in ſacris appellationibus.* Edidit eam græce, & latine Haloander.

UNED

ſtularum. In Pontica autem, & Aſiana, quæ translata eſt in Galatiam, & Phrygiam Pacatianam, officium Præfecti tantum obſequatur. In quibus autem cauſis antiquo jure libellenſes obſequuntur; in his nulla innovatio facta eſt. Sed nihilominus idem ſoli (1) implebunt. *

* *Reſpondet huic Novellæ Conſtitutio XXV. in Pith. libro; ſed in hac præterea eſt eadem pene quæ ſuperior Conſtitutio CXX. cum hac inſcript.* De officio in examinatione provocationum miniſteria præbentium, & de appellationibus; *quare & hanc addimus.*

„ Si Prætori Paphlagoniæ, & Honoria-
„ dos provocatio porrecta fuerit, eaque introdu-
„ cta ſit in ſacrum auditorium Præfecti Præ-
„ torio, conſidente ſcilicet Eminentiſſimo
„ Quæſtore ſacri Palatii, officium præfectia-
„ num oportet miniſterium exhibere, & ceſ-
„ ſare quæſtoris officium, ideſt eos, qui in di-
„ vinis militant ſcriniis. Idem dicimus, & ſi
„ porrecta fuerit appellatio moderatori Ele-
„ noponti. Idem dicendum eſt, & ſi provoca-
„ tum ſit adverſus ſententiam Proconſulis
„ Cappadociæ, vel Proconſulis Armeniæ, vel
„ Prætoris Lycaoniæ, vel Prætoris Piſidiæ,
„ vel Prætoris Iſauriæ, ut in iſtis omnibus
„ Provinciis provocatio porrecta, & introdu-
„ cta in auditorium Præfecti Prætorio, conſi-
„ dente quidem Quæſtore, examinentur. Præ-
„ fecti autem officiales tantum exercendæ
„ provocationi miniſterium præbeant, nullam
„ communionem habentibus his, qui in divi-
„ nis noſtris ſcriniis militant. Quod ſi Comiti
„ Orientis provocatio data ſit, commune mi-
„ niſterium exhiberi oportet ab Officialibus
„ Præfectorum, & ab his, qui in divinis mi-
„ litant. Comiti autem Galatiæ, vel Phrygiæ
„ provocatio data ad Officiales ſolos Præfe-
„ ctorum pertineat. Et hæc omnia pertinere
„ oportet, ſive ex noſtra juſſione ſpecialiter
„ judicium delegatum fuerit nuper inventis ju-
„ dicibus, ſive citra ullam juſſionem noſtram
„ ex auctoritate juriſdictionis ſuæ judicaverint,
„ & adverſus eorum ſententiam porrecta fuerit
„ provocatio. Et hæc dicimus de his magiſtra-
„ tibus, qui a nobis aliquam innovationem re-
„ ceperunt, & quodammodo in alia figura tranſ-
„ lati ſunt. Nam in his, qui nullam receperunt
„ innovationem, eandem obſervantiam in ex-
„ hibendis miniſteriis cuſtodiri præcipimus,
„ quam vetuſtas ab antiquis temporibus intro-
„ duxit, & conſuetudo inconcuſſa firmavit.

NOVELLA XXI. (*a*)

*

NOVELLA XXII. (*b*)

I. HÆc Conſtitutio ſuas quidem vires retrorſum non redigit: nec obtinebit in eis, quæ ante ipſius tempora contigerunt (2). Et locum habeat in maritis, & uxoribus, qui, quæve aut omnino teſtati non ſunt; vel non jure teſtati fuerint (3); vel quantum pertinet ad eandem Conſtitutionem inteſtati deceſſerint (4).

II. (*c*) Sunt quædam juſtæ cauſæ, quæ bona gratia (5) matrimonia diſrumpunt (*6*). Et eſt prima cauſa, ſi maritus, vel mulier (7) ſolitariam vitam elegerint (8): ita tamen ut ſi vir monachus factus ſit (9): tantum lucretur ex donatione propter nuptias ſibi data mulier, quantum morte mariti lucri cepiſſet. Idem dicimus, & ſi mulier in monaſterium introierit (10): maritus enim ejus ex dote tantum lucrabitur, quantum lucri cepiſſet, ſi uxor ejus (11) mortua fuiſſet (12). Sed etſi (13) quis non potuerit cum uxore ſua miſceri; forte enim frigidæ naturæ eſt; triennio tranſacto, quod numerabitur ſcilicet ex eo tempore, quo copulati ſunt: ſi non potuerit (14) in toto triennio cum muliere [15] ſua miſceri; etiam ſine repudio matrimonium diſſolvatur. Sed etſi vir, vel uxor in captivitate fuerit: ſine repudio matrimonium diſſolvatur. Sub ea tamen diſtinctione, ut ſi quidem ſpes ſit maritum, vel uxorem reverti [16]: ea perſona, quæ in civitate eſt, non audeat ad ſecundas nuptias pervenire. Alioquin maritus quidem ante nuptias donationem amittat; uxoris autem temeritas dotis amiſſione punietur (17). Quod ſi incertum ſit, utrum ab hoſtibus capta perſona vivat, an non: tunc ea perſona, quæ in civitate eſt, expectet quinquennium [18]: quo tranſacto licebit, & [19] marito uxorem ducere, & mulieri ad ſecundas nuptias migrare. Alio quoque modo bona gratia matrimonia diſſolvuntur: veluti ſi vir, vel mulier ex ſententia judiciali in ſervitutem deducantur [20]: forte enim libertini (21) conſtituti ingrati erga ſuum patronum extiterunt. Sed [22] hoc caſu tantum lucrari oportet eam perſonam, quæ in ſuo ſtatu perduravit; quantum lucri cepiſſet (23), ſi ea perſona, quæ in ſervitutem redacta eſt, deceſſiſſet.

Si

(1) *hujuſmodi miniſterium idem ſoli.* A. (2) *contigere.* (3) *fuerunt.* (4) *deceſſerunt.* (5) *bona gratia ſine repudio.* (6) *matrimonium diſſolvunt.* (7) *vel uxor.* (8) *elegerit.* (9) *fuerit.* (10) *intraverit.* (11) *uxor.* (12) *eſſet.* (13) *Sed ſi.*

(14) *ſi quis non poteſt.* Ivo. (15) *uxore.* Ivo. (16) *redire.* (17) *puniatur.* (18) *expectat, cum quinquennium expectet.* (19) *licebit.* (20) *reducantur.* alii, *reducatur.* (21) *liberti.* A. (22) *Sed & in hoc.* alii, *Sed in hoc.* (23) *lucrari potuiſſet.*

(*a*) Hæc non eſt in Juliani libro; niſi forte ea verba ſint, quæ nos poſt Novellas Edict. 3. conſtituimus. In veteribus libris Authenticorum reperitur barbare converſa ſub titulo *de Armeniis*; eamque Bartolum habuiſſe conſtat. At Greg. Haloander eam græce, & latine conſcripſit: Contius barbaram edidit.

(*b*) Eſt in libro Authent. conſtitutio 1. collationis 4. titulo *de nuptiis.* Hanc græce, & latine Haloander edidit.

[*c*] Videndæ Auth. Sed hodie. C. *de rep.* & *auth.* Sed hodie. C. *de don. inter vir.* Partem hujus capitis refert Ivo *parte* 8. *cap.* 81. decreti, ut Nov. 37.

III. (*a*) Si quis per errorem ancillam mulierem [1] uxorem duxerit, liberam eam eſſe putans (2); vel ex contrario ſi libera mulier ſervo per errorem conjuncta (3) ſit; poſteaque veritas reperta fuerit: dicendum eſt omnino nuptias non conſtitiſſe. Inter liberum enim, & ancillam, vel ſervum (4), & liberam mulierem nuptiæ contrahi non poſſunt. Quod ſi calliditate, vel conniventia (5) Domini ſervus, vel ancilla matrimonium contraxerit cum libera perſona: forte enim Dominus ancillam ſuam ut liberam viro ingenuo [6] conjunxit, & dotem pro ea præſtitit (7), ut propter nuptias donationem lucretur totam, vel pro parte: Si quid igitur (8) tale contigerit; ipſa datione (9) dotis, & ancilla libera fiat (10), & nuptiæ conſiſtant, nulla lege, quantum pertinet ad ſervitutem, hujuſmodi matrimonium concutiente. Sin autem Dominus ſpecialiter quidem nuptiis [11] ancillæ ſuæ, vel ſervi non conſenſerit; ſciens autem quod agatur (12), non prohibuerit [13]: forte enim ideo hoc facit, ut poſtea negotium moveat homini libero, quod (14) ancillam ejus duxerit (15) uxorem; vel ingenuæ mulieri quod [16] ſervo ejus nupta ſit (17): ſi quid igitur (18) tale evenerit; licet [19] ſpecialiter Dominus non conſenſerit, attamen ſi ſciens (20) non prohibuerit; & nuptiæ integro jure conſiſtant, & ſervilis condicionis [21] perſona eripiatur ad ingenuitatem. Illo ſine dubitatione [22] aperto, quod liberi, qui ex hujuſmodi nuptiis procreati fuerint, tam ingenui, quam legitimi ſint (23).

IV. Si quis ſervum ſuum ægrotum, vel ancillam morboſam contempſerit, & nullam curam eis fecerit: neceſſe eſt eos liberos eſſe. Servus enim per titulum *Pro derelicto* contemptus a Domino ſuo in libertatem eripiatur, eodem jure etiam in ancilla obtinente. Ideoque inter eos nuptiæ legitimæ contrahi poſſunt. Et iſtæ quidem cauſæ ſunt, per quas bona gratia matrimonia diſſolvuntur [24]. His autem adnumerari (25) debet (26) in expeditione degentis mariti militis diſſolutio: de qua dicendum eſt in [27] competenti tempore, in quo etiam cauſas ſubtilius repudii dicturi ſumus.

V. Illud certum eſt, quod in his cauſis, ex quibus matrimonium ſolvitur (28), ſi velit mulier poſtea nubere, annum prius expectare debet propter ſanguinis confuſionem.

VI. [*b*] Alienus adſcripticius liberam mulierem non ducat uxorem, neque ſciente, neque conſentiente Domino. Quod ſi [29] tale aliquid auſus fuerit facere: liceat Domino & (30) retrahere eum cum modica [31] caſtigatione ſive per ſe, ſive per magiſtratus (32), & copulatam ſibi mulierem disjungere. Tales enim nuptiæ nec nuptiæ ſunt, nec dos ulla eſt, nec donatio propter nuptias intelligitur.

VII. (*c*) Si quis ſine dotalibus inſtrumentis affectione maritali uxorem duxerit: non audeat ſine cauſa legibus cognita repudium ei mittere. Alioquin quartam partem ſubſtantiæ ſuæ (33) deceptæ mulieri præſtet. Hæc autem quarta pars talem diſtinctionem recipiat: nam ſi quidem quandringentarum librarum auri facultates maritus habeat, vel minus: quartam partem omnimodo ſubſtantiæ ſuæ mulieri (34) præſtet, ideſt vel (35) centum libras, ſi quadringentarum librarum ſubſtantiam habeat [36]; vel minus, ſi minores habeat facultates. Quod ſi tantas habeat opes, ut etiam quandringentarum librarum quantitatem (37) excedant: tunc centum tantummodo (38) libras ei maritus præbeat (39). Sed ſiquidem per maritum ſteterit, quo minus matrimonium conſiſtat; & ſine cauſa repudium miſerit: in hoc caſu ſoluto matrimonio annum expectet mulier, poſteaque ſine impedimento ad ſecundas nuptias tranſeat. Quod ſi per mulierem ſteterit (40), quo magis matrimonium diſſolvatur: quinque annos expectet; & his tranſactis ad ſecundas nuptias migret, ſi velit.

VIII.

[1] *ancillam.* (2) *putans.* Ivo in Panorm. alii, *eam putans.* (3) *juncta.* Ivo.

(4) *ſervum.* Ivo. [5] *calliditate, & conniventia.* Ivo, parte 8. *calliditate, & continentia.* Idem in Panorm. alii, *per calliditatem, & conniventiam.* alii, *per calliditatem, vel conniventiam.* (6) *inſcio.* (7) *præſtiterit.* (8) *ergo.* Ivo. (9) Ivo, *ipſam donationem.* alii, *ipſa donatione.* (10) Ivo, parte 8. *ancillam liberam faciat.* quæ verba deſiderant, ut antea ſcribatur, *& ipſa datio dotis.* Panormia habet, *ancillam facit liberam.*

(11) *in nuptias.* Ivo. (12) *quid agatur.* A. alii, *quid agitur, &c.* Ivo, mendoſe utrobique, *quod.* (13) *cohibuerit.* Ivo.

[14] *qui.* [15] *duxit.* Ivo. (16) *quæ.*

(17) *nupta eſt.* Ivo. [18] *ergo.* Ivo.

[19] *&c.* Ivo. (20) *attamen ſciens.* alii, *ac cum ſciverit.* Ivo in Panorm. *attamen rem ſciens.* parte 8. *attamen neſciens*, mendoſe, pro *attamen rem ſciens.*

(21) *de ſervili condicione.* (22) Ivo parte 8. *ſine dubio.* in Panorm. *jure ſine dubitatione.* alii, *videlicet.* [23] Ivo. *ſunt.*

(24) *matrimonium diſſolvatur.*

(25) *connumerari.* (26) *debet etiam.*

(27) *eſt.* (28) *diſſolvitur.*

[29] *Qui ſi.* (30) *domino.*

(31) *cum modica.* alii, *eum modica.*

(32) *magiſtratum.* (33) *ſuæ terræ.*

(34) *deceptæ mulieri.* (35) *ideſt.*

(36) *habuerit.* (37) *auri ſummam.*

(38) *tantum.* alii, *tantummodo auri.*

(39) *præſtet.* (40) *ſtetit.*

[*a*] Vide Auth. Ad hoc. C. *De Latina liber.* Juliani verba refert Ivo *parte* 8. *c.* 56. decreti, ut Nov. conſt. 37. & *lib.* 6. *tit.* 9. *c.* 1. Panormiæ, ut ex Nov. 33.

(*b*) Vide Auth. Ad hoc.

(*c*) Refert Ivo *d. parte* 8. *c.* 35. ut ex conſt. 37. *c.* 7.

VIII. (*a*) Si filiusfamilias uxorem duxerit: non habeat licentiam uxori ſuæ repudium mittere ſine paterno conſenſu. Idem dicimus, & in filia familias uxore: nam nec ei repudium mittere ſine paterno conſenſu marito ſuo permittitur (1). Alioquin dotem, quam pater ſuſcepit, vel propter nuptias donationem non cogitur (2) reddere.

IX. (*b*) Si morte mariti, vel uxoris ſolutum matrimonium fuerit: ſuperſtes perſona dotem, vel propter nuptias donationem ſecundum pactiones factas lucretur [3]: ita tamen ut diſpares [4] non ſint pactiones. Non enim admittimus tales conventiones [5] quæ marito quidem dimidiam partem dotis moriente (6) muliere præſtant [7]; uxori autem tertiam partem propter nuptias donationis moriente marito. Exæquari enim pactiones ab utraque perſona [8] decet. Ideoque ſuperfluum unius portionis tollimus, ut etiam in perſona mariti tertia pars dotis expectetur. Exæquationem enim partium ita fieri Conſtitutio jubet, ut major pars [9] deminuto ſuperfluo ad minoris partis quantitatem concurrat. Si quid tamen lucratus fuerit ex dote maritus, muliere mortua, vel ſi mulier lucretur ex donatione propter nuptias, mortuo marito; hoc habeat pleno jure; & habeat (10) poteſtatem, quo voluerit modo, ea conſumere (11) ſive per legatorum titulum, ſive alia quavis [12] alienatione. Sin autem decedens eas res non alienaverit, vel omnes, vel quaſdam ex eis: maneant apud liberos præcipui honoris vice: ſive ſcripti fuerint heredes ab ea perſona, quæ tale lucrum ſenſerit (13), ſive non: niſi forte ingrati circa eam extiterint.

Si enim (14) ingrati circa eam perſonam extiterint liberi, quæ lucri (15) aliquid ceperit (16): quamvis tales res non alienaverit ſpecialiter (17) ſive inter vivos, ſive in teſtamento ſuo: attamen heredes ejus eas res (18) capiant, excluſis videlicet modis omnibus liberis. Illud autem (19) certum eſt, quod ſi filii ſint, & ex ante defunctis filiis nepotes, pariter cum ſuis patruis, ſive avunculis in eundem honorem perveniant; ſi tamen ſui patris hereditatem amplectuntur. Hoc autem non ſolum in dote, & donatione propter nuptias teneat: ſed etiam in illis matrimoniis, quæ ſine dotalibus inſtrumentis (20) conſiſtunt, in quibus quartam partem ſubſtantiæ ſuæ maritus, vel uxor læſæ perſonæ compellitur dare ſecundum antefatam (21) diviſionem.

X. [*c*] Si mulier (22) poſt mortem mariti nec dum (23) annali ſpatio completo ad ſecundas properaverit (24) nuptias: omnibus (25) quidem modis inter infames erit. Sed ſi quidem liberos ex priore matrimonio non habeat; infamiam quidem exſolvere (26) poterit, ſi preces Imperatori porrexerit, & cum divino (27) Principis nutu priori opinioni reſtituta fuerit. Res autem a priore marito ſuo ſibi derelictas (28) nullo modo lucrabitur; ſed decem perſonis res eodem modo (29) adcreſcunt, ideſt uſque ad ſecundum gradum in ſuperioribus, & in (30) inferioribus, & ex latere venientibus dinumeratione facta: eodemque modo decem perſonis collectis. Sunt autem hæ: pater & mater (31), avus & avia (32), filius & filia (33), nepos & neptis (34), frater & ſoror (35). His autem perſonis non apparentibus ea, quæ a priore marito tali uxori relicta ſunt, fiſci juribus vindicentur. Sed nec propter nuptias donatione potiri conceditur, quamvis pactionum tenor reclamaverit (36). Sed nec copulato ſibi ſecundo marito ante annale tempus poterit dotem dare ultra tertiam partem ſubſtantiæ ſuæ. Sed nec ab alio (37) extraneo capere aliquid per ultimam voluntatem permittitur. Omnino enim cum alio non habeat (38) teſtamenti factionem. Ideoque neque hereditatem ſibi relictam, neque legatum, neque fideicommiſſum, neque mortis cauſa donationem capere poterit. Sed ea, quæ relicta ſunt, ſive legata, ſive fideicommiſſa, ſive hereditatis particularis datio (39) apud coheredes (40) ejus remaneant. Sin autem ipſa ſola heres ſcripta eſt, ad eos bona defuncti perveniant (41), quos ab inteſtato leges vocant. Hæc de his, quæ ex teſtamento tali mulieri relinquuntur (42). Nam ſi ab inteſtato ad cognatorum (43) ſuorum heredi-

(1) *permittimus.* [2] *cogatur.* alii, *compellere.* forte *compellitur.*
(3) *pactionem factam.* (4) *impares.*
(5) *talem conventionem.* (6) *mortuo.*
(7) *præſtent.* alii, *præſtat.*
(8) *ab utraque parte.* alii, *ex utraque parte.*
(9) *pars &c.* (10) *ut habeat.*
(11) *eam diſponere.* alii, *eadem conſumare.* alii, *eadem diſpoſitione.* forte, *de eadem diſponere.* (12) *alia quacumque.*
(13) *ſcripſerit.* (14) *Si.* (15) *qui lucri.* alii, *qui.* [16] *acceperint.* alii, *interceperint.* (17) *ſimiliter.* [18] *eaſdem res.*
(19) *Illud.* (20) *dotibus.* (21) *præfatam.*
(22) *Similiter ſi mulier.* Ivo parte 8.
[23] Ivo ibid. *nondum.* (24) *pervenerit.*
(25) *omni quidem modo.* Ivo.
(26) *ſolvere.* Ivo. (27) *divino.* Ivo.
(28) *ſibi relictas.* Ivo. (29) *eodem modo.* alii, *res eo modo.* alii, *res eædem.* (30) *&c.*
(31) *mater.* (32) *avia.* (33) *filia.*
(34) *neptis.* (35) *ſoror.* (36) *declaraverit.* (37) *ab aliquo.* (38) *habet.*
(39) *datio.* (40) *coheredibus.*
(41) *perveniunt.* (42) *reliquerit.*
(43) *adgnatorum.*

[*a*] Vide Auth. E contra. C. *de repud.*
(*b*) Videndæ Auth. Hæc res. & Auth. Nunc autem. & Auth. Ad eos. C. *de ſecund. nupt.*
(*c*) Refert Ivo *d. parte* 8. *c.* 272. ut Nov. 37. *c.* 11. & *parte* 16. *c.* 125. & *lib.* 6. *tit.* 4. *c.* 10. Panorm. ut Nov. 27. *c.* 11.

ditatem vocatur (1): non omnibus ſuccedere poterit (2); ſed uſque ad tertium gradum tantum (3) ab inteſtato hereditatem accipiat [4]; ulterioris autem gradus cognatis omnino non ſuccedat. Sin autem liberos habeat [5], & non expectet [6] anni ſpatium; ſed ad ſecundas nuptias properaverit (7): & hæc quidem infamis erit: ſed tamen nec Principis indulgentia priori reſtituetur famæ, niſi liberis ex priore matrimonio natis dimidiam partem ſubſtantiæ ſuæ donaverit pure & ſine ulla condicione; ita ut nec uſum ejus (8) retineat ſibi. Sed tempore ſecundi matrimonii [9] ſimpliciter dimidiam partem ſuarum facultatum eis donet. Hoc enim facto, & principali reſcripto ſecuto priſtinam famam ſibi renovabit. Inter eos autem liberos, quibus dimidiam partem bonorum ſuorum donabit (10), res donatæ æqua [11] portione diſtribuantur. Et ſi quidem filii ſint, in capita dividantur res eis [12] donatæ. Sin autem nepotes ſunt (13): patris ſui portionem accipiant ut videantur quodammodo in ſtirpem (14) ſuccedere (15). Et ſi quidem omnes liberi inteſtati deceſſerint: hereditas eorum ad matrem perveniat, proculdubio dimidiam partem bonorum ſuorum, quam ſemel dedit, iterum recepturam (16). Quod ſi teſtamento facto deceſſerint: neceſſe eſt res, quas dereliquerint [17], ad ſcriptos eorum ſucceſſores pervenire.

XI. (*a*) Si mulier poſt priores nuptias repudio, vel morte mariti ſolutas ad ſecundum (18) migraverit matrimonium anno ſcilicet legitime (19) completo: ſi quidem nullos habeat liberos; ſine quæſtione res ſibi derelictas a priore marito pleno jure poſſidebit, non ſolum jure uſusfructus, ſed etiam rerum dominio potitura. Quod ſi liberos ex priore matrimonio habeat [20] ad ſecundas perveniens nuptias [21] in primis quidem carebit propter nuptias donatione: deinde [22] omni alia liberalitate, quæ ad eam pervenerit; ſive inter vivos, ſive in ultima (23) voluntate maritus ei quippiam dederit, vel dereliquerit ſive inſtitutionis (24) nomine, ſeu legati (25), vel fideicommiſſi cauſa. Hoc autem, quod diximus carere eam omnibus, quæ ex ſubſtantia mariti ad eam pervenerunt (26): intelligendum eſt quantum ad rerum dominium; uſusfructus enim earum rerum ipſi mulieri permanet (27), proprietate ſcilicet ex eo tempore liberis competente, quo ſecundas nuptias mater eorum contraxerit. Sin autem illa deceſſerit; etiam uſusfructus eis adcreſcat. Et hæc omnia jura communiter locum habeant (28) tam in uxoris perſona, quam in mariti (29); ſi forte & ipſe (30) ſecundas contraxerit nuptias nulla diſcretione habita utrum dotem, vel propter nuptias donationem ipſi pro ſe dederint, an alius magis pro eis.

XII. [*b*] Adeo autem rerum prædictarum poſt ſecundas nuptias patris, vel matris liberis ex priore matrimonio natis dominium competit; ut non poſſit pater, vel mater eorum res eaſdem firmiter alienare, nec (31) hypothecæ titulo obligare: quoniam [32] jus utendi fruendi tantummodo parenti conceſſum eſt. Sed clementius (33) res temperabitur: ut ſtatim quidem liberi non poſſint ſuum parentem [34] vetare, ſi eaſdem res alienare voluerit (35): ſed poſt obitum ejus [36] eas vindicabunt ſine ullo obſtaculo. Et non ſolum ipſi, ſed etiam heredes eorum res diſtractas, vel pigneratas vindicabunt: & non ſolum adverſus emptores, vel creditores; ſed etiam contra ſucceſſores eorum in rem movebitur actio, nulla temporali præſcriptione excluſis (37), niſi forte triginta annorum curricula tranſacta fuerint [38]: quæ computari oportet ex eo tempore (39), quo liberi ſuæ poteſtatis effecti ſunt (40): excepta videlicet pupillari ætate; quia impuberibus nulla temporis computatio concurrit [41].

XIII. (*c*) Nullam poſt hac habeat electionem pater, vel mater ad ſecundas perveniens (42) nuptias, res prædictas cui voluerit liberorum ſuorum addicere. Sed ad omnes liberos hujuſmodi res (43) veniant in capita diſtribuendæ; niſi forte nepotes ex filio, vel filia proponantur. Hi enim in ſtirpem (44) vocantur, & patris ſui, vel matris portionem accipiunt. Illud autem quod ſuperius (45) diximus, ut in talibus rebus alienatio a parente [46] facta irrita ſit (47); non ſine

(1) *vocetur.* alii, *vocentur.* (2) *poterat.* (3) *gradum.* (4) *capiat.* (5) *habet.* (6) *expectaverit.* (7) *pervenerit.* (8) *uſumfructum.* (9) *Sed ab eo tempore, ex quo ſecundum matrimonium contraxerit.* (10) *donaverit.* alii, *donavit.* [11] *ex æqua.* (12) *res ejus.* (13) *ſint.* A. (14) *in ſtirpes.* [15] *ſuccedere debere.* [16] *receptura.* (17) *reliquerint.* (18) *ad ſecundas migraverit nuptias.* (19) *legitimo.* A. (20) *habens.* alii, *habeat, &c.* (21) *pervenerit nuptias.* alii, *venerit.* (22) *deinde autem.* (23) *ultima.*

(24) *inſtitutionis.* (25) *ſive legati.* alii, *vel legati.* (26) *pervenerint.* (27) *permaneat.* alii, *perveniat.* (28) *habent.* (29) *mariti.* (30) *ipſe.* (31) *vel.* (32) *quamvis.* (33) *Sed clementer.* alii, *ſed clementius quidem.* (34) *ſuos parentes.* (35) *voluerint.* (36) *eorum.* (37) *excluſi.* alii, *excluſi ſint.* (38) *ſint.* (39) *ex tempore.* alii, *ex eodem tempore videlicet.* (40) *fuerint.* (41) *currit.* alii, *occurrit.* forte *cucurrit.* (42) *veniens.* (43) *hæres.* (44) *in ſtirpes.* (45) *ſupra.* (46) *parentibus.* [47] *irrita non ſit.*

(*a*) Vide auth. In donatione. Et auth. Lucrum. & auth. Hæ res. C. *de ſecund. nupt.*
[*b*] Vide auth. Niſi tricennale. C. *de bon. matr.*
[*c*] Vide auth. Lucrum. auth. Sed & ſi quis. & auth. Hæ res. C. *eod. tit.*

ſine diſtinctione teneat (1): ſed interdum pro parte valeat: ideſt pro ea, quam caſus ille facit (2), qui extat nullis liberis ſuperſtitibus, prorata ſcilicet totius pactionis. Hoc autem, quod dico, tale eſt. Quædam mulier nupſit; & pepigit cum marito ſuo, ut ſoluto matrimonio, ſi liberi ſuperſtites fuerint; in totum propter nuptias donationem habeant (3): ſi nulli liberi ſuperſtites fuerint, tertiam partem habeant (4). Ecce in hoc caſu ſi direpto (5) priore matrimonio ſecundas nuptias contraxerit mulier, tribus liberis ſuperſtitibus; & unus ex his (6) deceſſerit: tantam partem mulier (7) pleno jure poſſidebit, & alienare firmiter poterit; quantam (8) mors filii lucrari eam patitur ex tertia portione, quæ illo caſu continetur, qui locum habet, ſi liberi ſuperſtites non ſint: ideſt ut tertiam portiunculam (9) tertiæ partis mater lucretur, eamque firmiter alienet (10): in cæteris autem portiunculis inutilis ſit (11) alienatio. Quod ſi contigerit omnes liberos mori ſine liberis: neceſſe eſt totam portionem tertiam matrem habere, quam habuiſſet, ſi ab initio nullis liberis ſuperſtitibus priores nuptiæ ſolutæ fuiſſent. Ex his igitur illud apparet, quod alienatio a parente (12) facta interim in ſuſpenſo eſt. Et poteſt pro parte quidem valere uno filio defuncto; pro parte autem in ſuſpenſo eſſe: ut ſi omnes liberi moriantur, tota tertia portio firmiter alienata fuiſſe (13) videatur. Illud indubitatum eſt quod filius ingratus circa parentes (14) oſtenſus hujuſmodi portione (15) excludendus erit: in hoc enim tantummodo caſu jus electionis parenti conceditur. Ingratum autem intelligere debemus eum, qui circa patrem (16), vel matrem ingratus probatur (17); vel omnimodo (18) qui circa eum ingratus eſt, qui ultimus deceſſerit.

XIV. Pater, vel mater, qui, quæve ad ſecundas nuptias migraverit, non habeat (19) licentiam ſive inter vivos, ſive in ultima voluntate liberalitatem ullam conferre in novercam filiorum (20) ſuorum, vel vitricum ultra eam partem, quæ ad unumquemque liberorum ſuorum (21) ex ſubſtantia ejus pervenerit. Ideoque ſi unum filium habeat; dimidiam partem eidem filio (22) ſuo conſervet, & alteram dimidiam (23) novercæ, vel vitrico præſtet. Sin autem duos filios habeat, tertiam tantummodo portionem (24) bonorum ſuorum novercæ, vel vitrico liceat eis (25) præſtare. Quod ſi tres habeat filios (26); quartam partem, ſi velit, det. Et regulariter tantam partem (27) liceat ei novercæ, vel vitrico dare; quantam (28) ſinguli liberi habent (29). Sed & ſi [30] in teſtamento ſuas facultates dividere parens voluerit; & novercæ, vel vitrico quippiam donare (31) voluerit legati, vel fideicommiſſi nomine: pariter ſubſtantiam ſuam diſtribuat; ut vitricus, vel noverca unius liberi habeat portionem. Hæc (32) ſi liberis ſuis non ex diſparibus partibus facultates ſuas parens diviſit (33). Nam ſi diſpares portiones eis præſtiterit [34]: neceſſe eſt novercam, vel vitricum illi filio comparari, qui minimam portionem accepit (35), ita tamen ut unuſquiſque liberorum non minus lege Falcidia habeat; niſi forte appareat ingratus. Id autem, quod diximus de patre, & de matre [36], teneat & in avo (37), & in avia [38], & non ſolum in filio, filiave, ſed & in [39] nepote, nepteve (40).

XV. Sed eſt quæſitum multotiens in judiciis; quo tempore computationem patrimonii parentis facere debeamus; utrum eo, quo dotem, vel ante nuptias donationem, vel aliam qualem vis liberalitatem adſcripſit, vel dedit vitrico, vel novercæ; an magis illud tempus ſpectari oportet, quo parens mortuus eſt [41]. Et dicimus eventum inſpici oportere, ideſt illud tempus, quo parens mortuus eſt: ut ſecundum patrimonii quantitatem, quod poſtea inventum fuerit, ita diviſio fiat inter liberos ex priore matrimonio natos, & novercam, vel vitricum. Ita ut ſi quid plus novercæ, vel vitrico datum, vel derelictum (42) fuerit: hoc redeat ad liberos (43), qui ex priore matrimonio nati ſunt (44), & pariter inter eos diſtribuatur. Sin autem ex ſecundo matrimonio liberos reliquerit, id quod de ſua ſubſtantia plus æquo (45) dedit, irritum factum [46], inter omnes, & ex priore, & ex ſecundo matrimonio natos liberos dividatur. Illud autem (47) certum eſt, quod & primi (48), & ſecundi, & tertii matrimonii liberi ſinguli ſuæ matris dotem; vel proprii [49] pa-

(1) *teneatur.* (2) *fecit.* (3) *habeat.* A.
[4] *habeat mulier.* (5) *diruto.* alii, *dirupto.* forte, *diremppto.* (6) *ex eis.*
(7) *partem tertiam inſuper.* alii, *partem tertiam mulier.* (8) *quantum.*
(9) *particulam.* (10) *alienare poſſit.*
(11) *inutilis erit.* alii, *inutilis fiat.*
(12) *a parentibus.* (13) *eſſe.*
(14) *parentem.* (15) *his portionibus.*
(16) *patrem*, &c. alii, *patrem*, *aut circa.*
(17) *probatus eſt.* (18) *omnino.*
(19) *habet.* (20) *liberorum.* (21) *liberorum.* (22) *filio.*
(23) *dimidiam partem.* alii, *partem.*
(24) *partem.* alii, *neutrum.*
(25) *liceat ei.* alii, *liceat.*
(26) *liberos.* (27) *tantum.*
(28) *quantum.* (29) *haberent.*
(30) *Sed ſi.* (31) *dare.* (32) *Hoc ſi.*
(33) *parentes diviſiſſent.* (34) *præſtiterint.*
(35) *acceperit.* (36) *& matre.*
(37) *in avo.* (38) *avia.*
(39) *Sed etiam in.* alii, *Sed etiam.*
(40) *& nepte.*
(41) *moriatur.* (42) *relictum.*
(43) *reddat*, *ac liberis.* (44) *nati ſunt*, *detur.* (45) *plus.* alii, *amplius æquo.*
(46) *irritum permaneat*, *ut.* (47) *Illud vero.* [48] *ex primo*, & *ſecundo*, & *tertio matrimonio.* (49) *proprii ſui.*

UNED

patris propter nuptias donationem excipient omnimodo [1], ſive ad alias pervenerit (2) nuptias pater, vel mater, ſive non.

XVI. Sin autem legatum defuncta perſona ſuperſtiti parti reliquerit; deinde ſuperſtes noluerit ad alias nuptias pervenire (3): liceat ei ſuo jure legatum poſſidere, & alienare ſive inter vivos, ſive in ultima voluntate; & liceat ei hoc quo (4) voluerit modo diſponere.

XVII. (*a*) Omnia autem, quæ diximus de lucro dotis, vel propter nuptias donationis ex morte mariti, vel uxoris ad alterutram perſonam pervenientis (5); trahenda ſunt etiam ad ea lucra, quæ per repudium matrimonio ſoluto ad alterutram [6] partem pervenerunt (7). Idem juris eſt, & ſi bona gratia nuptiæ disjunctæ ſunt (8). Liberis enim res lucro cedentes ſervabuntur. Idem dicimus, & (9) de eo lucro, quod mulieribus præſtari neceſſe eſt ſine dotibus nuptis. Quartam enim partem, quam ex facultatibus mariti acceperunt (10), liberis ſuis præſtare coguntur [11].

XVIII. Libera licentia ſit tam augere (12) quam deminuere [13] dotem, vel propter nuptias donationem etiam conſtante adhuc (14) matrimonio. Quod in primis quidem nuptiis ſine diſtinctione verum eſt: in ſecundis autem nuptiis liberis quidem ex priore matrimonio extantibus (15) deminuere dotem, vel ante nuptias donationem non licebit; quamvis augere eas non eſt prohibitum. Sin autem nulli liberi (16) ex præcedenti (17) matrimonio ſint: tunc (18) & augere, & deminuere dotem, & propter nuptias donationem ſine ullo (19) obſtaculo licet.

XIX. (*b*) Si quis in ultimis ſuis elogiis uſumfructum uxori ſuæ reliquerit, ſive mortis cauſa donaverit; vel ſi vivus (20) uſumfructum ei conceſſiſſet (21); poſteaque ad ſecundas nuptias uxor migraverit: non ſtatim ei pereat uſusfructus; ſed habeat eum integrum mulier quoad vixerit: poſt mortem autem ejus redeat uſusfructus ad proprietatem ſuam. Hæc autem ita ſunt, niſi ſpecialiter maritus, qui donavit uſumfructum, ſub hac condicione dedit (22), ut ſi mulier ad ſecundas pervenerit nuptias, uſusfructus extinguatur. Idemque (23) dicimus & ſi mulier uſumfructum marito ſuo donaverit, vel in ultima voluntate reliquerit. Sed hæc de jure utendi fruendi, quod per liberalitatem (24) alteri ab altero datum eſt. Sin autem uſusfructus dotis cauſa, vel propter nuptias donationis gratia datus ſit: tunc vetera jura inlibata maneant: ideſt ut apud maritum, vel mulierem ſit; quamvis (25) contrarium in ſuo teſtamento perſona decedens expreſſerit (26).

XX. Quodcumque filius, vel filia adquiſierit ſive ex materna linea, ſive ex cauſa nuptiali, vel qualitercumque [27]: hujus rei uſumfructum omnino (28) pater habeat, quamvis ſecundas contraxerit nuptias. Loquimur [29] autem de liberis, qui in poteſtate parentum ſunt. Exceptis videlicet caſtrenſibus, & quaſi caſtrenſibus peculiis. Ea enim ſine aliqua diſtinctione parentibus non adquiruntur, neque quod ad proprietatem pertinet, neque quod ad uſumfructum ſpectat [30]. Sed ſunt pleno jure liberorum, quamvis in poteſtate parentum fuerint.

XXI. (*c*) Si mulier liberis ſuis res quaſdam donaverit; poſteaque ad ſecundas pervenerit nuptias; & ingratitudinis velamento donationem ſemel a ſe factam revocare maluerit: nullo modo poterit hoc facere; niſi ſpecialiter probaverit, vel quod vitæ ejus filius (31) inſidiatus eſt, vel (32) quod manus ei impias intulerit, vel quod tales inſidias ei concinnaverit (33), ut facultatibus ſuis totis privetur [34].

XXII. [*d*] Mulier, quæ ad ſecundas migraverit nuptias, privilegiis, vel (35) dignitatibus mariti prioris [36] non utatur (37).

XXIII. (*e*) Si liberta mulier patrono ſuo copulata nuptiis quidem ejus ipſa [38] renuntiaverit; ad ſecundum autem matrimonium migrare voluerit: id facere (39) invito patrono non

(1) *accipiant, & æqualiter omnino dividant.* (2) *venerit.* (3) *venire.* (4) *eo quo.* [5] *provenientis.* (6) *utramque.* (7) *perveniant.* (8) *ſint.* (9) *etiam de.* (10) *acceperint.* (11) *ſervare coguntur.* alii, *ſervare cogantur.* Adduntur in aliquibus libris hæc verba: *Et ſi ſecundas contraxerit nuptias maritus: filii ſui ex priori matrimonio nati res, quas lucratus eum cuſtodiat.* In quibus verbis pro *filii ſui nati*, ſcribendum eſt *filiis ſuis natis*, & pro *eum*; *eſt.* A.
(12) *tam mulieri, quam etiam marito tam augere.* (13) *quam etiam deminuere.* [14] *conſtante.* [15] *exiſtentibus.*

(16) *nulli extant liberi.* (17) *priore.* [18] *tunc.* [19] *ſine.* (20) *vel vivus.* (21) *conceſſerit.* (22) *dederit.* [23] *Idem.* (24) *liberalitate.* (25) *niſi.* (26) *expreſſit.* (27) *ex qualicumque.* (28) *omnimodo.* [29] *Loquitur.* (30) *exſpectat.* (31) *ejus.* (32) Ivo. *ſit, vel.* (33) *concinnaverit.* Ivo. alii, *comminaverit.* alii, *ei comminaverit.* (34) *totis privaretur.* Ivo. alii, *privetur.* (35) *privilegiis, &.* [36] *prioris mariti.* Ivo. alii, *prioris viri.* (37) Ivo, *in decreto: non utitur.* (38) *ejus.* Ivo. (39) *hoc facere.*

(*a*) Vide auth. Ad eos. *eod. tit.*
(*b*) Vide auth. Hoc locum. C. *ſi ſecund. nupt. mul.*
(*c*) Refert Ivo, *parte* 16. *c.* 126. decreti, ut *cap.* 33. Vide Auth. Quod mater. C. *de revocand. donat.*
[*d*] Refert idem *parte* 8. *cap.* 273. ut Nov. 37. *cap.* 23. & *parte* 16. *cap.* 127. decreti, ut *cap.* 24. & *lib.* 6. *tit.* 4. *cap.* 11. Panorm. ut Nov. 27. *cap.* 23.
[*e*] Refert idem Ivo *d. parte* 8. *cap.* 57. ut Nov. 37. *cap.* 25. & *parte* 16. *cap.* 128.

non poterit. Alioquin ſi contra voluntatem ejus nupſerit, non ſunt (1) nuptiæ: ſed ut meretrix conjuncta eſſe videtur (2).

XXIV. Conſtante adhuc matrimonio dotem maritus uxori ſuæ non facile compellitur ſolvere (3); niſi ſit cauſa legibus cognita. Alioquin ſi temere dotem uxori ſuæ maritus ſolverit: donaſſe ei videtur (4). Et ideo mortua muliere dotem reddere heredes ejus marito debent, cum fructibus ſcilicet, qui in medio (5) tempore nati ſunt; & non ſolum ipſi marito, ſed etiam heredibus ejus. Ideoque & lucra dotium ſic tractantur, quaſi non eſſent redditæ, ut & pacta dotalia conſerventur: etſi ſecundas nuptias maritus contraxerit: filiis ſuis ex priore matrimonio natis res, quas lucratus eſt, cuſtodiat.

XXV. (*a*) Si mulier liberorum ſuorum tutelam adminiſtraverit; & poſt inchoatam adminiſtrationem ad ſecundas migrare voluerit nuptias: prius filiis ſuis impuberibus tutorem petere debet, eique rationem (6) adminiſtrationis ſuæ reddere; & poſt redditam rationem (7) ſi debitrix appareat, debitum ſuum ſolvere (8) debet: deinde ſi velit, ad matrimonium ſecundum perveniat (9). Sin autem hac obſervatione contempta ſecundas contraxerit nuptias: non ſolum res ipſius matris (10) liberis ſuis (11) hypothecæ titulo ſupponantur; ſed etiam res vitrici ex (12) præſentis Conſtitutionis auctoritate. Et ſi filii impuberes moriantur: ſucceſſionem eorum mater lucrari (13) non ſperet, ſive ab inteſtato deferatur (14) eorum ſucceſſio; ſive ex teſtamento, quo forte (15) pater eis pupillari modo matrem eorum (16) ſubſtituit. Et non ſolum tales pœnas patiatur: ſed etiam illas, quæ de his (17) mulieribus dictæ ſunt, quas probatum (18) fuerit [19] ante quam legitimum tempus, id eſt annale ſpatium prætereat, ad ſecundas nuptias properaſſe: ut ſint infames, & alias (20) pœnas ſuſtineant, quas ſuperius expoſuimus (21). Solvi autem pœnæ (22) poſſunt, ſi principalis indulgentia remiſerit eas; ſecundum jam traditam obſervationem (23); & ſi (24) dimidia pars bonorum matris liberis ſuis (25) donata fuerit; ita ut [26] nec uſusfructus rerum matri eorum concedatur. Idem autem dicimus, & ſi naturalium liberorum mater tutelam adminiſtrans ad ſecundas convolaverit nuptias. Eaque cuſtodiri oportet in provinciis quidem cura, & ſolicitudine Præſidum; in imperiali autem Civitate cura, & ſolicitudine tam Præfecti Urbis, quam Præfecti Prætorio.

XXVI. Si pater juſſus, vel rogatus fuerit legatum, aut fideicommiſſum filio ſuo ſub condicione præſtare: non aliter legatorum ſervandorum cauſa ſatisdare cogatur, niſi ſecundas contraxerit nuptias.

XXVII. (*b*) Clericus, qui ſupra (27) lectores, & cantores eſt (28), veluti ſubdiaconus, vel diaconus, nullas nuptias contrahere audeat: alioquin ſacerdotio [29] cadat. Lector quoque, ſi ſecundas contraxerit nuptias: ad majorem (30) gradum ordinis eccleſiaſtici prohibeatur aſcendere [31]. Laicus etiam ſi appareat uxori conjunctus eſſe, quæ alium maritum habuit (32); aut ſi non jure conjunctus ſit; aut ſi ipſe aliam uxorem habuit: neque ſubdiaconus, neque diaconus, neque presbyter fieri poterit (33). Nam & ſi (34) clandeſtinis artibus ad conſecrationem inrepſerit, honore ejus cadat.

XXVIII. (*c*) Si quis decedens reliquerit uxori ſuæ legatum ſub hoc modo; ut ad ſecundas nuptias non perveniat: vel ſi mulier marito ſuo legatum reliquerit; ut ſecundum ille non contrahat matrimonium: correcta lege Julia Miſcella præſtetur legatum ſub hujuſmodi obſervatione. In primo [35] quidem anno legatum non exigatur (36): niſi forte ſacerdotium legatario obvenerit (37); ut nuptiarum nulla ſpes ſit. Anno autem primo tranſacto, ſi quidem res legata immobilis ſit: ſub cautione tamen juratoria, & obligatione bonorum ſuorum, quod ſecundis ab eo contractis nuptiis rem qualem accepit, reſtituat cum fructibus medio tempore natis. Sin autem res legata mobilis fuerit (38): ſi quidem legatarius, vel legataria locuples fuerit; ſimili cautione, atque obligatione bonorum ſuorum rem ſibi legatam capiat, ita ut ſecundis nuptiis contractis, res, qualis data eſt, reddatur, vel deminutio ejus reſarciatur (39). Sin autem pecunia nu-

(1) *non fiunt.* Ivo. [2] *videatur.* Ivo, parte 8. (3) *reddere.* (4) *videbitur.*
(5) *qui medio.* alii, *& qui in medio.*
(6) *rationes.* (7) *reddita ratione.* Ivo. alii, *redditas rationes.* (8) *ſuum perſolvere.* Ivo. alii, *perſolvere.* (9) Ivo in Panorm. *veniat.* alii, *pervenire.* (10) *ipſius, ideſt matris.* Ivo, & alii. (11) *ejus.* Ivo. (12) *vitrici.*
(13) *ſe lucrari.* A. (14) *ei deferatur.* A.
(15) *quod forte.* [16] *matrem.*
(17) *de illis.* [18] *quæ probatæ.*
(19) *fuerint.* (20) *tales.*
(21) *ſupra poſuimus.* alii, *ſupra expoſuimus.* (22) *pœnis.* A.
[23] *obſervantiam.* (24) *ſi.* (25) *liberis.*
(26) *ut.* (27) *ſuper.* Ivo. (28) *erit.*
(29) *a ſacerdotio.* Ivo. (30) *ad omnem.*
(31) *prohibetur accedere.* Ivo.
(32) *habuerit.* (33) *poteſt.* Ivo.
(34) Et *ſi.* Ivo. (35) *ut in primo.*
(36) *legata non exigatur.* (37) *ad ſacerdotium legatarius pervenerit.* alii, *legatarius ad ſacerdotium pervenit.* (38) *ſit.*
(39) *reſtituatur.*

(*a*) Vide Auth. Eiſdem. C. *de ſecund. nupt.* Juliani verba refert Ivo *parte* 8. *cap.* 273. ut Nov. 37. *c.* 23. & *parte* 16. *cap.* 129. ut *cap.* 27. & *libro* 6. *tit.* 4. *cap.* 12. Panorm.
(*b*) Refert Ivo *parte* 6. *cap.* 422. decreti, ut ex conſt. 37. *c.* 28. Vide auth. Multo magis. C. *de Ep. & cler.*
(*c*) Vide Auth. Cui relictum. C. *de indicta vid. toll.*

numerata legata ſit: cum uſuris ſuis reddatur, quæ legatario ſolutæ ſunt ab his (1), quibus pecuniam mutuavit: ſacramento prius ab eo præſtito, quod nihil ex uſuris ſibi ſolutis cælavit. Quod ſi non quidem mutuaverit (2) pecuniam ad uſuram, ad uſus autem ſuos (3) convertit: uſurarum nomine tertiam (4) centeſimæ det. Hæc (5) ſi locuples fuerit legatarius, vel legataria. Sin autem minus ſolvendo fuerit; fidejuſſorem (6) dare cogatur. Quod ſi nec fidejuſſionem dare poſſit: ſub cautione juratoria, & obligatione bonorum (7) res ei præſtentur. Statim autem atque (8) ad ſecundas nuptias pervenerit; res legati nomine datæ vindicentur apud qualencunque perſonam inventæ fuerint, ſive mobiles, ſive immobiles ſint. Et omnimodo (9) vindicatio rerum ita fiat; quaſi alienatio earum ab initio facta non eſſet. Sin autem pecunia numerata legata ſit; & legatarius neque fidejuſſores (10) habuerit, neque idoneus ſit: tunc ille, a quo legatum ei relictum (11) eſt, tertiam centeſimæ uſurarum nomine ei præſtet; donec ad ſecundas pervenerit nuptias; vel ſacerdotio fuerit conſecratus, ut nulla ſpes nuptiarum ſuperſit; vel mortuus fuerit legatarius. Nam ſiquidem ſecundas [12] nuptias contraxerit: reddat, quas accepit uſuras. Sin autem ad ſacerdotium venerit, vel mortuus ſit: capiat aut ipſe ſortem, aut heres (13) ejus. Hæc autem omnia obſervari decet (14), & ſi non maritus uxori, aut uxor marito; ſed extraneus quicumque ſub eadem condicione legatum reliquerit: nam & hic (15) eadem teneant, quæ in marito diximus, & uxore: ut antefata cautio detur; ſi quidem inſtitutio particularis ſit, coheredibus; ſin autem legatum, vel fideicommiſſum (16), heredibus, vel ſubſtitutis; nemine autem ex his apparente, his cautio (17) præſtetur, qui ab inteſtato ad ſucceſſionem defuncti vocantur: niſi forte ſpecialiter teſtator talem cautionem dari prohibuit (18). Nam & in hoc (19) voluntatem ejus cuſtodiri æquum eſt.

XXIX. (*a*) Si filius decedens in teſtamento ſuo matrem heredem inſtituerit: ſic inſtitutio ejus habeatur; quaſi quivis alius extraneus a defuncto [20] heres in teſtamento ſcriptus fuiſſet [21]. Ideoque omnia, quæ filius reliquerit (22), ad matrem perveniant: nulla diſcretione [23] habita utrum res, quas filius dereliquit, ex paterna ſubſtantia ad eum devolutæ ſunt (24); an non. Undecumque enim res ſunt, quæ (25) ad filium pervenerint [26], tranſmittuntur (27) ad matrem: nullaque eidem matri quæſtio ab aliis filiis ſuis, ideſt fratribus defuncti moveatur. Quia & ſi alius extraneus a defuncto filio heres inſtitutus eſſet; nihilominus (28) omnes res teſtatoris accepiſſet. Hæc (29), ſi mater in teſtamento a filio ſuo heres inſtituta eſt: nulla habita differentia utrum ad ſecundas migraverit nuptias, an non. Sin autem inteſtatus filius defunctus eſt; & mater vel jam ad ſecundas nuptias migraverit (30), vel poſtea migraverit: vocetur quidem & ipſa cum fratribus defuncti filiis ſuis (31) ad ſucceſſionem ejus. Sed earum quidem rerum, quæ ex paterna linea ad filium defunctum pervenerunt (32), tantum uſumfructum habeat mater, ſi ſecundas nuptias contraxerit (33), vel ſi poſtea contraxerit [34]. Sin autem res ex alia cauſa a filio defuncto adquiſitæ ſunt: tunc in iiſdem rebus æquali (35) portione cum fratribus defuncti filiis ſuis [36] ſuccedat: & non ſolum jus utendi fruendi, ſed etiam proprietatem in iſdem habeat rebus: excepta videlicet (37) propter nuptias donatione. Ea enim ſuis finibus (38) regitur, & nullam innovationem ab hac Conſtitutione patitur. Sed in (39) hoc toto juris (40) capite ingratitudinis ratio habenda eſt non ſolum ad matrem, ſed etiam ad fratres. Cauſæ autem ingratitudinis in alia inferiore Conſtitutione exponentur (41). Illud autem certum eſt, quod hoc caput Conſtitutionis ad futuros caſus, non ad præteritos pertinet.

XXX. Liceat matri in his rebus, quæ non ex paterna linea ad filium ſuum defunctum pervenerunt (42); ſi hæres ei extiterit, & teſtari, & alienare, aut quo voluerit modo (43), diſponere. Quod ſi res permixtæ fuerint tam ex paterna linea, quam ex diverſis aliis cauſis adquiſitæ; veluti ex teſtamento, ex donatione, ex legato, vel alio hujuſcemodi (44) caſu: earum quidem (45), quæ ex paterna linea filio de-

[1] *ſint ab his.* (2) *mutuavit.* (3) *ſed ad uſum ſuum.* (4) *uſuram tertiæ.*
[5] *Hoc ſi.* (6) *fidejuſſorem.* alii, *fidejuſſores.* [7] *ſuorum bonorum.* (8) *ut.* alii, *ſi.*
(9) *omnino.* [10] *ſi fidejuſſores non.*
(11) *relictum.* [12] *legitimas.* alii, *ſecundas legitimas.* (13) *heredes.* (14) *obſervari debent.* alii, *ſervari decet.* (15) *hæc.*
[16] *fideicommiſſum relictum fuerit.* A. alii, *fideicommiſſum relictum ſit.*
(17) *eis cautio.* (18) *prohibuerit.*
(19) *in hoc caſu.* (20) *defuncto.*
(21) *eſſet.* (22) *reliquit.* (23) *diſtinctione.* (24) *ſint.* A.
(25) *res.* (26) *pervenerunt.*
(27) *tranſmittantur.* (28) *ſolus.*
[29] *Hoc.* [30] forte, *nuptias migravit.* A.
[31] *defuncti filii ſui.* alii, *filii ſui.*
[32] *pervenerint.* [33] *nuptias contraxit.* A.
(34) Hæc verba in quibuſdam libris non ſunt. [35] *æqua.* (36) *filii ſui.*
(37) *excepta.* (38) *in ſuis finibus, regionibuſque.* (39) *Sed & in.* [40] *juris.*
(41) *exponuntur.* (42) *pervenerint.* alii, *pertinuerunt.* (43) *& ad quemque voluerit modum.* alii, *& ad quem voluerit modum.* (44) *hujuſmodi.* (45) *earum quidem rerum.* A.

[*a*] Vide Auth. Ex teſtamento. C. *de ſecund. nupt.* & auth. Et cum ſolis. C. *ad* 5. *c. Tertull.*

defuncto obvenerunt, tantum habeat (1) uſumfructum, aliarum autem rerum pleno jure habeat proprietatem. Hoc autem Conſtitutionis caput non ſolum in futuris caſibus (2), ſed etiam in præteritis negotiis locum habeat [3]; niſi forte [4] vel judiciali ſententia, vel amicali tranſactione [5] ſopita ſunt (6).

XXXI. Studeant autem parentes filios ſuos tam ex priori matrimonio natos, quam ex ſecundis nuptiis procreatos ex æquis partibus heredes ſcribere: niſi forte quidam inter eos ingrati appareant. Hoc autem quaſi [7] perſuadentes magis quam legis neceſſitatem imponentes dicimus [8]. D. K. * Apr. Poſt Conſ. Beliſ.

* XV. Kal. Apr. *tam in edit. Pith. quam in lib. Auth. legitur.*

Cauſas autem repudii in iſta Conſtitutione [9] poſitas ideo non diximus: quia in inferiori Conſtitutione hoc caput pleniſſime invenitur. Et omnino (10) ſi quid prætermiſſum eſt in hac conſtitutione; quaſi deletum, vel ſuperfluum expoſitum non eſt: & ideo illam Conſtitutionem (11) legere debes, quam tibi [12] Tituli competentes oſtenderint.

NOVELLA XXIII. (*a*)

I. OMnis provocatio ſive per ſe, ſive per procuratorem, vel per defenſorem, vel per tutorem (13) velit quiſpiam provocare; intra decem dies porrigatur. Quos numerari (14) Conſtitutio præcipit (15) ex eo die, quo definitiva ſententia recitata eſt.

II. Si conſultatione Imperator, vel [16] Princeps occupatus non poſſit ſenatum ad hoc ipſum colligere: allegationes litigatorum maneant in eadem figura; & nullum præjudicium patiantur, quamvis tempus ſtatutum (17) tranſactum ſit: uſque eo videlicet, donec princeps vacationem habens (18) ſenatores in unum convocaverit (19).

III. Si ab Ægyptiaca regione provocatio orta ſit: non ad imperialem civitatem reducatur; ſed apud Præfectum Auguſtalem Alexandrinæ civitatis dirimatur Sacrum auditorium *. Sententiæ quæ Auguſtalis nulla provocatio porrigatur. Hoc autem dicimus de his cauſis, quæ quingentorum aureorum quantitatem non excedunt.

* habentem *addit. Pith. lib.*

IV. In Aſiana quoque, vel Pontica regione ſi provocatio data ſit: Comites, vel Proconſules, vel Prætores, vel moderatores de appellatione cognoſcant. Nam & iſti magiſtratus ad ſimilitudinem Auguſtalis ſacrum auditorium habent, ideoque nec ſententiæ eorum aliqua porrigatur provocatio.

Hæc autem totiens locum habeant (20), quotiens decem auri libras cauſa non excedat.

In Orientali regione provocationes uſque ad decem auri libras ad Spectabilem Comitem Orientis inducantur.

Sin autem ante dictis Spectabilibus Proconſulibus, vel aliis hujuſmodi judicibus porrigatur appellatio in his ſcilicet cauſis, in quibus principaliter judicant: tunc apud Præfectum Prætorio, & Quæſtorem cauſa audiatur, utroque officio obſequente, ideſt, tam ſacrorum ſcriniorum, quam Præfecti Prætorio.

V. Illud autem, quod diximus de appellationibus apud Proconſules inducendis, non ſine diſtinctione eſt. Nam ſi quidem non Spectabiles ſint hi, contra quos appellatio porrecta eſt; & a divina juſſione, vel ab aliis magiſtratibus judices conſtituti fuerunt: tunc Proconſules appellationem audiant. Sin autem Illuſtres ſint, a quibus appellatum eſt: provocatio exerceri debet in CP. civitate ſecundum veterem conſuetudinem cujuſcumque quantitatis ſit. Omnibus cæteris legibus, quæ de appellationibus poſitæ ſunt, in ſua firmitate durantibus.

NOVELLA EADEM.

DE APPELLATIONIBUS, ET INTRA QUÆ TEMPORA DEBEAT APPELLARI.

IMP. *Juſtinianus Aug. Triboniano Illuſtri Magiſtro officiorum, &* (21) *Quæſtori Sacri Palatii.*

(*b*) ANteriorum legum acerbitati plurima remedia imponentes [22], & maxime hæc (23) circa appellationes facientes, & in (24) præſenti ad hujuſmodi beneficium pervenire duximus eſſe neceſſarium. Antiquitati etenim cautum erat, ut ſi quis per ſe litem exercuerit (25), & fuerit (26) condemnatus; intra duos dies tantummodo licentiam appellationis haberet: ſin autem per procuratorem cauſa ventilata ſit [27]; & in triduum proximum eam 2. *q.* 6. *c.* 27.

(1) *habeat.* (2) *cauſis.* (3) *habet.*
(4) *niſi forſan.* (5) *amicabili compoſitione.* alii, *amicabili tranſactione.* (6) *ſint.*
(7) *autem.* (8) *edicimus.* (9) *in Conſtitutione.* (10) *omnino.* [11] *alias Conſtitutiones.* A. (12) *quas tibi.* A. alii, *quas.*
(13) *vel tutorem.* alii, *vel per tutorem, vel quempiam.* (14) *connumerari.*
[15] *jubet.* [16] *Si conſultatio ſperetur: &.* Ivo. A. alii, *Si conſultatione Prætor, vel.* alii, *Si conſultatione ordinetur Prætor, &.*
(17) *tempus.* (18) *agens.*
(19) *convocaverit.* Ivo. (20) *habent.*
(21) *glorioſiſſimo Quæſtori iterum, & Exconſule.* (22) *interponentes.* Gratian.
(23) *hoc circa.* (24) *in.*
(25) *exercuiſſet.* (26) *& fuiſſet.*
(27) *ſit; in.* Gratian. alii, *eſſet; & in.*

(*a*) Hæc ſunt verba Juliani.
(*b*) Hæc ſunt Juſtiniani verba: is enim latine hanc Conſtitutionem promulgavit. Eſt in libro Authent. conſt. 2. collat. 4. tit. *de appellationibus, & intra quæ tempora debeat appellari.* Eam refert Grat. 2. *q.* 6. *c.* 27. anteriorum. Grecam epitomen habent libri græci, quam Haloander edidit, eam Agylæus latinam fecit.

UNED

eam (1) extendi. Ex rerum autem experientia invenimus hoc ſatis eſſe damnoſum: plures enim homines ignaros legum ſubtilitatis, & putantes in triduum eſſe provocationes porrigendas, in promptum (2) periculum incidiſſe, & biduo tranſacto cauſas perdidiſſe (3). Unde neceſſarium duximus hujuſmodi rei competenter mederi.

I. (*a*) Et ſanctimus omnes appellationes ſive per ſe, ſive per procuratores, ſeu per defenſores, vel curatores, & [4] tutores ventilentur; poſſe intra decem dierum ſpatium, a recitatione ſententiæ numerandum (5), judicibus ab his quorum intereſt, offerri, ſive magni, ſive minores ſunt (6); excepta videlicet ſublimiſſima Prætoriana Præfectura. Ut liceat homini intra id ſpatium pleniſſime deliberare, ſive appellandum ei ſit, ſive (7) quieſcendum: ne (8) timore inſtante (9) opus appellatorium frequentetur. Sed ſit omnibus inſpectionis copia, quæ (10) & indiſcuſſos hominum calores poteſt refrenare.

II. [*b*] Ad hæc [11] ſanctimus, ſi quando lis ſperatur in noſtrum inferri conſiſtorium [12]: ſi forte contigerit imperatoriam (13) majeſtatem occupatam publicis cauſis ex (14) mundanis proviſionibus non poſſe convocare patres, quatenus cauſa agitetur (15): non ex hoc litem periclitari. Quod enim vitium eſt litigantium, ſi culmen imperatorium occupetur? Vel quis tantæ eſt auctoritatis, ut nolentem principem poſſit (16) ad convocandos [17] patres, cæteroſque proceres coarctare? Sed ſi quid tale evenerit: cauſa intacta permaneat: donec Imperator ſua ſponte motus (18) & convocari proceres juſſerit, & litem inferri patiatur, & omnia ſecundum morem procedere.

III. Illud etiam in tertio capitulo (19) diſponendum eſt, quod antiquitas bene ſtatuit, novitas autem neglexit. Cum enim veneranda vetuſtatis auctoritas ita magiſtratus digeſſerit [20], ut alii majores, alii medii, alii minores ſint: [21]: & appellationes [22] a minoribus judicibus non ſolum ad (23) maximos judices remittentur, ſed ad (24) Spectabilium judicum tribunal; quatenus & ipſi ſacro auditorio adhibito litem exercerent; novitas autem hoc (25) dereliquerit (26): evenit, ut ſuper minimis cauſis maximi noſtri judices inquietentur; & homines propter minimas cauſas magnis fatigentur diſpendiis: ut forſitan (27) totius litis æſtimatio ad ſumptus judiciales non ſufficeret [28]. Ideoque (29) ſanctimus, ſi quando ex Ægyptiaco tractu, vel adjuncta ei utraque Libya provocatio ſperatur uſque ad decem librarum auri quantitatem: non in hanc Regiam urbem eam venire (30); ſed ad Præfectum Auguſtalem, qui audiat, & cauſam dirimat vice ſacri cognitoris, nulla ei poſt (31) definitivam ſententiam appellatione porrigenda.

IV. Similique modo quotiens in Aſiana diœceſi, vel Pontica tale aliquid emerſerit uſque ad prædictam quantitatem decem librarum auri; appellationes ad viros Spectabiles Comites forte, vel Proconſules, vel Prætores [32], vel Moderatores; quibus ſpecialiter eaſdem (33) lites peragendas deputavimus, remittantur. Quatenus & hi [34] ad ſimilitudinem Præfecti Auguſtalis vice ſacri cognitoris intercedant, & cauſas ſine ſpe quidem appellationis, Dei tamen (35) & legum timore perferant [36] decidendas (37). Orientalem autem tractum [38] cauſas appellatione ſuſpenſas, & uſque ad decem librarum auri quantitatem limitatas ad virum Spectabilem Comitem Orientis mittere ſimili modo audientiam, & finem eis impoſiturum. Illo videlicet obſervando (39), ut viri Spectabiles Duces, vel alii Spectabiles judices non ad alios eadem ſpectabilitate decoratos judices ſuas tranſmittant appellationes in litibus quantæcumque ſint quantitatis [40]: cum non oporteat ad compares judices appellationes referri; ſed a minore judicio in majus tribunal aſcendere. Sed ad Illuſtriſſimam Præfecturam illorum appellationes cujuſcumque ſint quantitatis, ut dictum eſt, dirigantur: qui una (41) cum viro excelſo pro tempore Quæſtore eas dirimat utroque officio ſubminiſtrante, ideſt tam ex ſacris ſcriniis more ſolito, quam Præfectorio [42].

V. Ita tamen hæc (43) ſanctimus, ut nec a ducibus, vel aliis (44) Spectabilibus judicibus quibus forte, & ſi privati ſint, imperialis [45] majeſtas cauſas injunxerit, appellatio ad memoratos Spectabiles judices currat: ne cauſa

non

(1) *ea extenderetur.* [2] *proprium.* [3] *perdidiſſe invenimus.* (4) *vel tutores.* [5] *numerandorum.* Grat. (6) *ſint.* Grat. & alii. (7) *acquieſcendum.* (8) *nec timore.* (9) *inſtantiæ.* (10) *quæ.* Gratian. (11) *Ad hoc.* Grat. (12) *conſiſtorio principis inferri.* [13] *Imperatoris.* Grat. (14) *cauſis, &c.* (15) *exagitetur.* [16] *poſſet.* (17) *convocandum.* Gratian. alii, *vocandos.* (18) *monitus, ſua ſponte.* (19) *capite.* [20] *digeſſit.* (21) *eſſent.* (22) *& ut appellationes.* (23) *non ad.*

(24) *ſed etiam ad.* (25) *hæc.* (26) *dereliquit.* (27) *ut forſan.* (28) *ſufficiat.* (29) *Ideo.* (30) *venire.* (31) *ei penitus poſt.* Grat. (32) *Præſides.* (33) *eas.* (34) *& hi quidem, qui.* (35) *tantum.* (36) *proferant.* Gratian. & alii quidam. (37) *decidentes.* (38) *Orientalis autem tractus.* (39) *obſervato.* Grat. (40) *quantitatis.* (41) *quæ una.* A. (42) *Præfecti Prætorio.* (43) *Ita tamen hoc.* Gratian. (44) *vel ab aliis.* Grat. (45) *imperialis tamen.*

[*a*] Vide Auth. Hodie. C. *de appell.*

[*b*] Vide Auth. Sed & lis. C. *de temp. & repar. app.* cujus verba refert Grat. 2. *q.* 6. *c.* 40. ei, qui. §. Sed lis. Juliani verba refert Ivo *part.* 16. 120. decreti, ut conſtit. 24. *c.* 2.

non gradatim procedere, ſed perperam videatur. Sed a Præſidibus quidem provinciarum, & judicibus a nobis datis, ſi non ſint Spectabiles judices, intra memoratam quantitatem referetur (1). Si autem vel [2] illuſtres ſint dati a nobis judices, quibus apices dignitatum ſuper ſpectabilitatem ſunt, vel duces, qui omnimodo ſpectabilitate ſunt decorati, vel hi, qui a principe delegati (3) ſunt, ſpectabilem (4) habent (5) dignitatem: eorum appellationes ſub quacumque quantitate in hanc regiam urbem ad competentes antiquo more judices referuntur (6). Omnibus aliis, quæ in [7] appellationibus ſtatuta ſunt, vel ab (8) antiqua proſapia, vel ab auctoritate [9] anteriorum conſtitutionum, vel a noſtra humanitate intactis illibatiſque cuſtodiendis. Dat. III. Non. Jan.* (10) poſt Conſ. Biliſarii.

* *In Epit. Pith.* Conſ. Beliſ. *In lib. Auth.* Kal. Jul. poſt Beliſar. V. C. Conſ.

NOVELLA XXIV. (*a*)

* *Conſtit. XVII. hæc eſt in Pith. lib. quæ* de Offic. Præt. Juſtin. Piſidiæ *inſcrib.*

„ I. HÆC * conſtitutio jubet, utroſque „ Piſidiæ Magiſtratus, ideſt civilem, „ & militarem, in unum miſceri: & qui eas „ habet, ut Prætor Juſtinianus vocetur: & „ habeat adparitionem prætorianam: & ſinguli adparitores per probatorias ſuas fiant. „ Habeat autem & carrucam argenteam, & „ ſecurim, & faſces, ſive virgas, & Adreſponſum propter milites, & ſit unus ſpectabilium Magiſtratuum, quemadmodum ſpectabiles ſunt Comites Pacatianæ, & Galatiæ, „ & Orientis, & Proconſules.

„ II. Si provocatio porrecta fuerit adverſus „ ſententiam Prætoris Piſidiæ, oportet eam referri in auditorium præfecti prætorii, & quæſtoris, ut ſimul dirimant appellationem: „ nam & in aliis ſpectabilibus judicibus hæc „ eadem obſervabuntur. Sin autem ex divina „ juſſione judex non ſpectabilis in Piſidia datus fuerit, & adverſus ſententiam ejus provocatio porrecta ſit: non jam Comes Pacatianæ Phrygiæ provocationem audiat, ſed „ ipſe prætor Piſidiæ; nam & ſacrum auditorium habere ei conſtitutio conceſſit in hujuſmodi appellationibus, ſcilicet ſi cauſa provocationis ultra trecentos aureos non ſit. „ Dat. XII. Kal. Jan. Conſ. Beliſ.

NOVELLA XXV.

* *Conſtit. XVIII. hæc eſt in Pith. lib. inſcribiturq.* de Offic. Prætor. Lycaoniæ.

„ I. * PRæſes Lycaoniæ Prætor nominetur, „ habeat autem, & civilia, & militaria inſignia, & apparitio ejus per probatorias fiat, & uſque ad centum apparitores „ numerus ejus extendatur. Habeat autem prætor Lycaoniæ non ſolum civilis, ſed militaris „ Magiſtratus Annonas: habeat autem & Adreſponſum: curam autem agat in omnibus cauſis, ideſt in civilibus, in militaribus, in privatis, in publicis, & ſi quid admiſſum fuerit ab eis, qui ex Conſtantinopolitana civitate deſcendunt, hoc diligenter perſcrutetur, „ & ſecundum delicti quantitatem temeratoribus pœnas inroget. Habeat autem & carrucam argenteam, & ſecurim, & faſces ſive „ virgas: & ſit inter ſpectabiles Magiſtratus.

„ II. Si prætoris Lycaoniæ provocatio porrecta fuerit, præfectus prætorio cum quæſtore eam recipiat. Sin autem a divina juſſione judex fuerit in Lycaonia datus, & non „ ſit ſpectabilis, poſteaque adverſus ſententiam „ ejuſdem judicis provocatio porrecta ſit, apud „ prætorem Lycaoniæ exerceri eam oportet, „ ſcilicet ſi cauſa quingentorum aureorum quantitatem non excedat. Idem eſt, & ſi ab aliis „ magiſtratibus maximis judex ibi fuerit deſtinatus. Dat. XV. Kal. Jun. C. P. Conſ. Biliſ.

NOVELLA XXVI.

* *Conſtit. XIX. hæc eſt in lib. Pith. atque hunc habet titulum* de Offic. Prætor. Juſtiniani Thrac. &c.

„ * QUI Thraciæ præeſt prætor Juſtinianus nominetur, & duorum vicariorum, qui in Longomuro ſedebant, ſolus „ habeat Magiſtratus: nam ex illis vicariis unus quidem vicem agebat magiſtri militum, „ alter autem vicarius erat præfecti prætorii. „ Thraciæ autem prætorem & ſpectabilibus viris connumerare oportet. Nam ea, quæ diximus de prætore Piſidiæ, & de prætore Lycaoniæ, in eo quoque tenent. Habebit autem „ apparitores non plures quam centum, & non „ ſolum civilibus, ſed etiam militaribus decorabitur inſignibus. Habeat autem, & Adreſponſum, & curam agat in tributorum exactionibus, cum ſua ſcilicet apparitione, quæ „ prætoriana vocabitur. Militares autem apparitores conſtitutio jubet ab epiſtularum „ ſcrinio, a quo & antea vicariana apparitio „ militabat. Appellatio autem porrecta contra „ ſententiam prætoris Thracenſium, apud præfectum prætorio, & quæſtorem exerceri debet, ita tamen, ut quingentorum aureorum „ quantitatem non excedat appellationis cauſa. „ Cavetur autem conſtitutione, ut etiam in „ appellationibus porrectis contra ſententias „ non ſpectabilium judicum, qui per divinam „ juſſionem conſtituti ſunt, eadem obſerventur, quæ in aliis prætoribus diximus. Dat. „ Kal. Jun. Conſ. Beliſ.

NO-

(1) *referatur.* Gratian. (2) *autem.* [3] *dilecti.* vetus liber, forte, *delecti.* vel *directi.* (4) *ſpectabilem.* (5) *habeant.* Gr.

[6] *referantur.* [7] *quæ de.* (8) *vel.* (9) *auctoritate.* Gratian. (10) *Kal. Jul.*

[*a*] Novellæ 24. 25. 26. 27. neque in libro Juliani, neque in libro Authenticorum ſunt. Edidit tamen eas græce, & latine Haloander ſub his titulis, 24. *de præſide Piſidiæ.* 25. *de prætore Lycaoniæ.* 26. *de prætore Thraciæ.* 27. *de Comite Iſauriæ.*

UNED

NOVELLA XXVII.

* *Conſtit. XX. hæc eſt in lib. Pith. & tit. habet; de Offic. Pr. Iſaur. &c.*

„ * PRæſes Iſauriæ utriuſque & ipſe Magiſtratus habeat inſignia, & Prætor, „ ſive comes nominetur, & apparitio ejus „ Comitiana vocetur, & de appellationibus „ omnia ſic teneat, & in eo, quemadmodum „ de aliis Prætoribus diximus, eumque connu„ merari jubet inter Spectabiles magiſtratus. „ Dat. XV. Kal. Jun. Conſ. Biliſ.

NOVELLA XXVIII. [a]

I. DUorum Pontorum unus ſit Præſes Moderatoris appellatione decorandus: & habeat ſub juriſdictione ſua civitates tredecim, & nominetur provincia [1] Helenopontus. Amaſia autem, & Neocæſarea civitas jus metropolitanum, & nomen habeant. Duarum autem iſtarum civitatum Epiſcopi in Conſtantinopolitana civitate conſecrentur; & ſint ipſi metropolitani, & municipiorum ſuorum Epiſcopos ſinguli ipſi conſecrent. Iſte autem Moderator Juſtinianus habeat & civile, & militare auxilium. Habeat & Adreſponſum; & omnis condicio fiat ei ſubjecta nemine fori præſcriptione defendente. Sed & utriuſque honoris, id eſt & civilis, & militaris capiat annonas concurrentes in ſeptingentis, & vigintiquinque ſolidis, & apparitionem habeat unam, & publicos curſus. Item tributorum exactio ad periculum ipſius, & apparitionis ejus pertineant. Conſiliarius autem Moderatoris capiat de publico ſeptuaginta duos ſolidos; apparitio autem ejus; quæ una facta eſt ex civili, & militari apparitione permixta capiat quadringentos quadraginta ſeptem ſolidos, & tremiſſem.

II. Moderator Helenoponti vicarios ſuos in eadem provincia non mittat. Ipſe enim circuire civitates debet, & inſpicere eas; & ſi quid injuſte fit, hoc corrigere. Sed & ſi milites viderit non contentos eſſe publicis annonis, ſed damna ſubjectis facientes, refrenare debet: & ſi quid inlicite ceperint, repetere, & ſubjectis reſtituere. Et hoc non impediatur facere neque divina forma, neque pragmatica ſanctione. Habeat autem apparitores centum. Nam qui Moderatoris honorem habent, inter Spectabiles judices ſunt.

III. Moderator Helenoponti neminem concedat titulos imponere ruſticis prædiis, vel ædibus alienis. Hoc enim proprium fiſci, vel Cæſaris eſt. Quod ſi inveniat aliquem nomen alienis prædiis imponentem: titulos quidem inlicitos ſtatim tollat (2); perſcrutetur autem eum, qui titulos impoſuit. Et ſi quidem quaſi Dominus impoſuit: titulos quidem inlicitos tollat; rebus autem illius, qui impoſuit, publicos titulos imponat. Sin autem rerum procurator ſit: titulos quidem tollat, illum autem, qui impoſuit, ſive procurator, ſive Dominus ſit; tormentis acerbiſſimis ſubiiciat: ut ex corporali coertione doceatur titulorum impoſitionem fiſci, vel Cæſaris propriam eſſe. De provocationibus autem Moderatori porrigendis eadem teneant jura, quæ de aliis Spectabilibus diximus.

NOVELLA XXIX. (b)

MAgiſtratus Paphlagoniæ unus ſit; & Prætor nominetur; & habeat duplicem poteſtatem, ideſt tam Paphlagoniæ, quam Honoriados: & habeat centum apparitores. De annonis autem ejus, & conſiliarii, & apparitionis eadem teneant, quæ ſuperius de moderatore Helenoponti diximus. Nam & de titulis non imponendis, & de provocationibus jura eadem obſervantur. Idem eſt & de (3) militibus. Honor autem ejus Spectabilis eſt.

NOVELLA XXX. (c)

„ I. MAgiſtratus Cappadociæ omne officium, atque apparitionem civi„ lem, & militarem habeat. Sed & in aliis pro„ vinciis Ponticæ regionis conſtituta tamiaca „ prædia ſub imperio ſuo habeat: nam & ta„ miacas poſſeſſiones poteſtati ejus conſtitutio „ ſubiicit. Summarii quoque Comitianæ appa„ ritionis ſubjecti ſunt ei. Utrumque enim of„ ficium Proconſuli Cappadociæ obtemperare „ debet: nam Magiſtratus Cappadociæ Pro„ conſul eſt, & ideo utraque apparitio tam „ Comitiana, quam civilis, Proconſularis ap„ pellabitur. Utrumque tamen Officium ſecun„ dum Veterem ordinem ſuas proprias admi„ niſtrationes habeat.

„ Epitropi autem & Tracteutæ non ſint. No„ minentur autem tredecim Magiſtri periculo „ comitianæ apparitionis, & tredecim exacto„ res, qui tredecim Magiſtri quinquagenos ſo„ lidos præſtent. Nemo autem exactor ultra de„ finitionem, & formam Nicetæ audeat aliquid „ accipere: alioquin militia cadet. Adjutoris au„ tem creatio fiat periculo tredecim magiſtro„ rum, & aliorum, qui poſt ipſos ſunt; ſi is, qui

„ in

[1] *nominentur provinciæ.* (2) *re tollat.* & v. 55. & 57. (3) & *de.*

[a] Hæc quoque in libro Authent. deſideratur. Edita eſt ab Haloandro græce, & latine ſub titulo *de moderatore Elenoponti.*

(b) Hanc habuiſſe videtur Albericus Roſatius, qui verbo *Aquilegia* refert in Novella *de privilegiis Paphlagoniæ in princ.* ejus urbis mentionem fieri. Hodie in libris Authent. non extat. Eam græce & latine edidit Haloander ſub titulo *de prætore Paphlagoniæ.*

(c) Hæc etiam Conſtitutio deſideratur in libro Authent. Eam Haloander græce, & latine edidit ſub titulo *de Proconſule Cappadociæ.*

UNED

„ in gradu vocatur, idoneus non ſit. Proconſul „ autem Cappadociæ habeat carrucam argenteam, & ſecurim, & faſces, & omnia vetera proconſularia inſignia. Inferre autem eum „ oportet quinquaginta libras auri venerabili „ Auguſtæ, ſcilicet ex juſtis acquiſitionibus. „ Ipſum autem proconſulatum ſine pecuniarum „ datione accipiat. Habeat autem annonarum „ nomine auri libras viginti, & conſiliarius ejus „ libras auri duas: apparitio autem ejus habeat „ ea, quæ ab antiquis temporibus uſque ad hoc „ tempus habuit. Maneat autem & Palatinorum ſchola, quæ ſub Cappadocia eſt, in eadem poteſtate, & ordine, & figura. Nihil „ autem neque conſuetudinis nomine, neque „ annonarum, neque in veſte, neque in aliis „ ſpeciebus aliquid accipiat: non ab ipſo proconſule, non ab ejus apparitione.

* *Hoc unicum caput eſt in Epit. Auguſtini.*

II. * Proconſul Cappadociæ vindicare debet direpta, vel uſurpata tamiaca prædia a quibuſdam ſive ruſtica, ſive urbana, nulla ei temporali præſcriptione opponenda. Temporis enim prolixitas publico non nocet. Invigilare autem debet & tributorum exactionibus. Habeat autem in ſua poteſtate omnes ſive milites, ſive ſcriniarios tam glorioſiſſimi Præfecti Prætorii, quam fortiſſimi Magiſtri Militum; ſive civile habeat officium, ſive tamiacum cingulum, ſive dignitatem tam majorem, quam minorem, ſive ſacerdos ſit, ſive aliud quodcumque privilegium prætendat. Diligenter autem obſervare debent, ut canonicarii, qui ab illuſtriſſimo Præpoſito mittuntur, nullum ſentiant lucrum ab aliqua perſona: quamvis ex conſuetudine aliquid accipere ſoliti eſſent.

„ III. Proconſul Cappadociæ municipiis „ ejuſdem provinciæ, cui præeſt, vicarios ſuos „ mittere non audeat. Si quid enim fieri vult, „ habet defenſores municipiorum, & apparitores ſuos, per quos ſuas juſſiones ad effectum perducere poterit. Sin autem militibus indigeat, ipſi milites, qui in Cappadocia degent, juſſiones ejus impleant; ita tamen, ut neque milites, neque ipſe proconſul, neque conſiliarius ejus aliquid detrimentum faciat ſubjectis, ſed publicis annonis „ contenti ſint. Ideoque & propriis jumentis, „ propriiſque ſumptibus proficiſci eos oportet. „ Jubet autem conſtitutio tam ſcholares homines, quam domeſticos in Cappadocia degentes, juſſiones proconſulis implere; nam ſi „ juſſionibus ejus non paruerint, & cingulum „ & facultates ſuas amittant; nam & in „ eos poteſtas proconſuli ex hac conſtitutione data eſt. Curam autem agere debet, ne „ hi, qui a Conſtantinopolitana civitate deſcendunt, ſubjectos lædant. Sed & curſus publici debet curam habere; nam & veredorum diſpoſitionem ſub juriſdictionem ejus „ conſtitutio eſſe jubet. Agat autem curam „ & frumentariæ cauſæ civitatis, & operum „ publicorum.

„ IV. Eos, qui juſſiones ſuperfluas portant, „ veluti de aquæductu, de muris, de pontibus, „ expellet proconſul Cappadociæ: ut nec intimare eis tales ſupervacuas juſſiones concedatur, niſi forte juſſionem pragmaticam habeant. Sin autem proconſul adjutorio majore „ indigeat, mittat relationes tam ad inluſtriſſimum præpoſitum, quam ad alios maximos „ populi Romani magiſtratus.

„ V. Titulos privatos alienis rebus prohibeat imponi Cappadociæ proconſul. Et ſit „ inter Spectabiles magiſtratus. Et ſi provocatio contra ſententiam ejus porrecta ſit, apud „ præfectum prætorio, & quæſtorum inducatur.

„ VI. Quod ſi ex utraque Cappadocia judex datus ſit, tam ex divina juſſione, quam „ ex calculo maximi magiſtratus, judex autem „ neque ſpectabilis ſit, neque quantitas cauſæ „ quingentos aureos excedat: proconſul talem „ appellationem recipiat, & ſacrum habeat auditorium. Et ſi crimen moveatur in judicio ejus, attendat ipſe leges, & non teneat „ neque cingulum, neque dignitatem, neque „ ſacerdotium reorum. Dat. Conſ. Biliſar.

NOVELLA XXXI. [a]

HÆC conſtitutio prius quidem narrat de duabus Armeniis quemadmodum adminiſtratæ ſunt: deinde de tertia Armenia loquitur. Cujus Comiti ſeptingentos ſolidos annonarum nomine dedit; & Conſiliario ejus ſeptuaginta duos aureos, & apparitioni ejus ſexaginta. Loquitur autem & de quarta Armenia, cui prærit (1) Martyropolitanam civitatem, & locum, qui Citharizon appellatur: & Præſidem ejus Conſularem eſſe juſſit. Quattuor itaque Armeniis conſtitutis primæ quidem Armeniæ Proconſulem, & tertiæ Comitem inter Spectabiles viros fecit. Secundæ autem Armeniæ, & quartæ magiſtratus ordinarios eſſe præcepit.

II. Si appellatio litis uſque ad quingentos ſolidos pertinentis in ſecunda Armenia orta fuerit: ad proconſulis auditorium primæ Armeniæ producatur. Sin autem in quarta Armenia ſimiliter appellatio orta fuerit; in tertiam perducatur (2). De ſacerdotibus autem, vel conſecrationibus, vel de metropolitano jure Epiſcoporum nihil Conſtitutio innovavit. Tertiæ autem Armeniæ Comiti etiam milites ſubjecit (3), & juſſit eum audire, & criminales cauſas militum, & legitimo calculo dirimere.

(1) forte, *cui Provinciæ adjecit.* vel, *cujus Præſidi adjecit.* A. (2) *in tertia producatur.* (3) *ſubiicit.*

(*a*) In libro Auth. hæc etiam non extat. Sed ab Haloandro græce, & latine edita eſt hoc titulo *de deſcriptione quattuor Præſidum Armeniæ.*

NOVELLA XXXII. (*a*)

SI (*b*) quis ruſtico mutuaverit; terram ejus in pignus accipere non audeat: uſuram autem ſumere eum [1] æquum eſt. Si quidem aridos fructus mutuaverit (2), octavam: ſin autem ſolidos mutuaverit, ſiliquam unam annuam [3] per ſingulos aureos capiat; donec ſcilicet totum, quod debetur, fuerit a debitore ſolutum.

NOVELLA XXXIII.

UT NULLUS MUTUANS AGRICOLÆ TENEAT EJUS TERRAM.

IDEM A. *Dominico V. Illuſtri P. P.* (4) *per Illyricum* (5).

[*c*] PRÆ avaritia (*6*) creditorum, qui anguſtia temporum abutentes terrulas infelicium agreſtium ſibi adquirunt, pro pauco frumento omnem illorum ſubſtantiam retinentes, legem poſuimus: quam primo quidem in Thraciam, & totas (7) ejus provincias; in præſenti autem in (8) Illyricianas [9] patrias (10) direximus. Cujus exemplar (11) ſubdi etiam præſenti lege (12) præcepimus (13): ut ne privati quidem (14) homines putent legem contra ſe ſolummodo eſſe [15] propoſitam (16); milites autem (17) altiori nitentes faſtigio, legem contra ſe non eſſe (18) prolatam, exiſtiment. Ut ergo (19) & tua magnitudo ſciat, quod communis hæc lex (20) poſita eſt, & provincialibus, & militibus, & omni cingulo nulla excuſatione cuiquam (21) competente: ideo ad (22) tuam ſublimitatem præſentem legem deſtinavimus. Scituris militibus, qui præſenti legi non eſſe obediendum exiſtimant; quod cingulo denudati inter privatos habebuntur [23]: pœnis, quas in anteriore lege poſuimus, prius nihilominus ſubjugandis.

NOVELLA XXXIV.

IDEM A. *Agerutio* * *V. C. Præſidi Æmimontis* (24).

* *Agerochio.*

(*d*) REM duram atque inhumanam, & quæ ultra (25) omnem impietatem, & avaritiam ſit (*26*), perſpeximus lege ſaluberrima (27) ſanare [28], & communem (*29*) omnibus deponere (30) medicinam non tantum in præſenti (31) neceſſitatis (32) tempore; ſed & in (33) omni ævo futuro. Venit enim [34] ad noſtras aures (35) quoſdam in Myſia ſecunda [36] provincia, quam adminiſtras, avide (37) neceſſitate temporum captata quoſdam (38) fœneraticios feciſſe contractus: & paucam (39) menſuram fructuum (40) dantes (41) terrulas eorum abſtraxiſſe: & ex hac cauſa quoſdam colonorum fugæ latebras petiſſe, alios (42) fame eſſe necatos, & triſtiſſimam peſtem homines invaſiſſe incurſione barbarica non minorem. Sanctimus itaque omnes hujuſmodi (43) creditores quantumcumque vel tritici (44), vel hordei, vel alia ſpecies (45), quæ in fructus aridos (*46*) eſt (47), dederint (48); hoc reddito in præſenti cum parte modii (*49*) octava pro ſin-

(1) *ſumere.* (2) *mutuavit,* & 18.
(3) *unam.* alii, *annuam.* (4) *Præfecto Prætorio.* alii, *viro Illuſtri Præpoſito.*
[5] *Illyricis.* alii, per *Illyricos.*
(*6*) *Propter avaritiam.* [7] & *in totas.* alii, & *in omnes.* (8) *Illyricanas.* A.
(*9*) *autem* & *in.* [10] *provincias.*
(11) *exemplum.* alii, *exemplarium.*
[12] *legi.* A. (13) *præcipimus.*
(14) *ut non ſolum privati.* (15) *ſe eſſe.*
[16] *poſitam.* (17) *ſed etiam milites.*
(18) *eſſe.* (19) *Ut igitur.* (20) *lex.*
(21) *cuidam.* (22) *ideo* & *ad.*
(23) *habeantur.* (24) *Vic. Præſidi Æmimontis.* alii, *Viceconſuli Myſiæiminoris.* alii, *clariſſ. Præſidi Æmi montis in Thracia.*
(25) & *avaritiæ plenam.*
(*26*) *fit.* (27) *lege hac.* alii, *hac lege ſaluberrima.*
(*28*) *ſalvare.* alii, *emendare.*
[29] *communiter.* [30] *ponere.*
[31] *in præſentis.* [32] *neceſſario.*
[33] *Sed etiam in.* alii, *Sed in.*
(34) *autem.* [35] *noſtras piiſſimas aures.*
(36) *in ea ipſa.* (37) *provincia, quam tu adminiſtras, avare.* alii, *viros,* &. alii, carent his omnibus. (38) *captata.* alii, *captata ad quoſdam.* alii, *captos.* (39) *menſuram.*
[40] & *ipſi creditores propter parvum fructum, quem dabant, terras.* alii, habent utrumque, & poſt verbum *terras* addunt *colonorum callide arripuiſſe,* & *paucam* &c.
(41) *dantes totas.* (42) & *alios.* (43) *hos.*
(44) *modii tritici.* alii, *modii vel tritici.*
(45) in quibuſdam libris hoc deſunt.
(*46*) *vel in alia ſpecie.* alii, & *alterius ſpeciei.* (47) *in fructibus aridis.* (48) *crediderint.* alii, *crediderit.* (49) *parte.*

(*a*) Novellæ 32. 33. 34. de eadem re conſtitutæ ſunt. Nam 32. Græca eadem eſt cum 34. Latina, & 33. latina præcipitur, ut in Illyrico 34. obſervetur. Hæ duæ latinæ extant in libro Authent. altera eſt conſt. 4. collationis 4. titulo. *Ut nullus mutuans agricolæ teneat ejus terram.* Altera eſt conſt. 5. *Nullum credentem agricolæ tenere illius terram.* Haloander græce, & latine Conſtitutionem 32. edidit. Græce item edidit epitomem Novellarum 33. & 34. quam nemo adhuc latinam fecit. Vide Auth. Ad hæc. C. *de uſur.*
(*b*) Juliani verba ſunt hæc.
(*c*) Hæc ſunt Juſtiniani.
[*d*] Hæc etiam ſunt Juſtiniani.

UNED

ſingulo modio (1) in unoquoque anno præſtanda terrulas colonis reſtituere: nemine penitus eorum (2) audente [3] terrulas detinere ſub occaſione fœneraticiæ cautionis ſive in ſcriptis [4], ſive ſine ſcriptis credita ſunt contracta [5]. Sin autem pecunias dedit (6): nihil amplius quam unam ſiliquam [7] pro ſingulo ſolido annuam [8] præſtare. Et hanc ſaluberrimam legem in omnes extendimus, ex præſenti [9] quidem tempore initium accipientem, in omne autem ævum (10) modis omnibus obſervandam: ut ſi quando (11) fuerit vel triticum [12], vel hordeum fœneratum, vel alii aridi (13) fructus: creditores tam quod dederunt accipientes (14), quam pro uſuris octavam modii partem (15) annuam pro ſingulis modiis, vel ſiliquam pro ſingulo ſolido: & ſecundum (16) hunc modum in quantum fœnus permanſit (17) percipientes ſive terrulas, ſive aliud pignus (18) acceperint (19) boves forte, vel pecora, vel mancipia: hæc modis omnibus [20] reddere [21]: & hanc legem communem omnibus eſſe (22) humanitate & pietate gaudentem (23), & omnibus egenis conſulentem (24), & creditoribus mediocre ſolatium afferentem (25). Hæc [26] igitur quæ a nobis ſtatuta ſunt, claritas tua in omni provincia (27), quæ tuo (28) moderamine gubernatur (29), obſervare (30) feſtinet. Scituris omnibus creditoribus, quod ſi (31) aliquid præter hæc [32] commiſerint, & actione [33] cadent (34), & cui fœnus (35) ablatum eſt, hoc habebit [36] ſolatium, ut ipſe quidem ſecurus degat, avarum autem creditorem videat in ſuis pecuniis patientem jacturam. Dat. XV. Kal. Jul. Poſt Biliſ. V. C. Conſ.

NOVELLA XXXV. (*a*)

Viginti ſex adjutoribus Quæſtoris (37) liceat in ſuos locos [38] alios ſubſtituere idoneos tamen, & quos pro tempore Quæſtor elegerit, propoſitis ſanctis (39) evangeliis. Hi autem, qui fiunt in locum [40] eorum, qui ſuo loco ceciderunt; centum ſolidis præſtitis fiant. Iſtorum autem trium graduum viri, ideſt ſcrinii memoriæ, & duorum, qui proximi futuri ſunt, quamvis non ſint ex viginti ſex adjutoribus; tamen licentiam habeant ſubrogare in ſuum locum. Habeant igitur jus vendendi militiam ſuam, ſed (41) non ultra centum ſolidos, dummodo & is [42], qui ſubrogatur (43), electione Quæſtoris fiat. Prærogativas (44) autem Conſtitutio dat Theodoſio, & Epitheo [45], & Cyrillo (46), & Sabatio, & Protogeni (47). Illo videlicet obſervando, ut ſi quis ex viginti & ſex (48) adjutoribus defunctus fuerit, heredes (49) ejus centum ſolidos dent (50); & electione Quæſtoris militent. Sin autem liberi ſint defuncti, hoc idem jus [51] habeant: quamvis heredes parenti ſuo non extiterint.

„ NOVELLA EADEM. *

„ DE ADJUTORIBUS QUÆSTORIS.

„ IMP. JUSTINIANUS A. *Tribuniano Quæſtori.*

* *Ex lib. Pith. Verba Juſtiniani hic addere operæ pretium duximus, cum in Auth. lib. non reperiatur hæc conſtitutio.*

„ Inter viros devotos memoriales tam ſacri „ noſtri ſcrinii memoriæ, quam epiſtolares, „ nec non libellenſes, & adjutores Viri excel„ ſi pro tempore Quæſtoris, multas dubita„ tiones ſcimus eſſe emerſas, temporibus Tho„ mæ glorioſiſſimæ recordationis, cum is Quæ„ ſtor jam gubernatam ſacri ſcrinii memoriæ, „ quam epiſtolarum gubernabat cenſuram. Ad„ jutoribus quidem aſſerentibus, in ſcrinio qui„ dem memoriæ XII. eſſe antiquitus adjutores, „ in aliis autem duobus ſcriniis, ideſt ſacrarum „ epiſtolarum, & ſacrorum libellorum, in u„ noquoque ſeptenos numero: ſed poſtea ſic „ effuſam eſſe licentiam, ut innumerabiles pe„ ne adjutores extarent temporibus Joannis vi„ ri magnifici quæſtoris, cum per prolixum

(1) *in ſingulo modio.* alii, *per ſingulos modios.* (2) *audente*, *eorum.* (3) *aliquo audente.* (4) *ſcriptis.* (5) *ſint contracta.* alii, *ſint.* (6) *dederit.* (7) *ſiliquam.*
[8] *in anno.* (9) *in præſenti.* alii, *& præſenti.* (10) *omni autem ævo.* [11] *ſi quis.*
(12) *qui vel triticum.* alii, *triticum.*
(13) *fœneratur*, *vel alios aridos.*
(14) *accipiant.* (15) *modii.* [16] *ſecundum.* (17) *permanſerit.* (18) *in pignus.*
(19) *acceperunt.* alii, *accepit.* alii, *acceperat.* [20] *hæc.* alii, *hoc modis omnibus.*
(21) *reddant.* (22) *& hæc lex communis omnibus ſit.* (23) *gaudens*, *neque non.*
(24) *conſulens.*
(25) *afferens.* (26) *Ea.*
(27) *omnes provincias.* (28) *noſtro.*
(29) *gubernantur.* (30) *obſervari.*
(31) *quod ſi forte.* alii, *ut ſi forte.*
(32) *præter hoc.* alii, *propter hoc.*
(33) *exactione.* alii, *actione.* (34) *cadant.*
(35) *& ille, cui penitus.* alii, *& cui pignus.*
(36) *habebit.* (37) *Quæſtoris, quos Boethos dicunt. Quæſtoris.* aliis deeſt in his verbis additis verbum primum *Quæſtoris.*
(38) *in ſuo loco.* (39) *ſacris.* (40) *in loco.*
(41) *& non.* (42) *ex his.* (43) *ſubrogatus eſt.* (44) *Prærogativam.* (45) *Epicteto.*
(46) *Quiedio.* forte, *Quieto.*
(47) *Pirigeno.* (48) *viginti ſex.* A. alii, *viginti.* [49] *ab herede.* (50) *ſolidi dentur.*
(51) *idem juris.*

[*a*] Hæc etiam Conſtitutio ab Juſtiniano latine conſcripta eſt: cujus initium fuit, Inter Viros Devotos. Sic enim legi in Florentino libro; non ut in Norica editione eſt [Inter prudentes.] Hæc neque in libro Auth. neque in græcis libris, aut latinis reperta eſt. Pro ea Greg. Haloander epitomen græce, & latine edidit ſub titulo *de adjutoribus Quæſtoris.* Verba Juliani addidit Ant. Contius, & eum ſecuti Agylæus, & Ruſſardus.

„ tempus tale geſſiſſet officium. Et Proculum „ excelſæ memoriæ de confuſione adjutorum „ imperiali culmini ſuggeſſiſſe, & ſacram con„ ſtitutionem eſſe promulgatam, qua cavetur, „ antiquo, ideſt XXVI. numero tantummodo, „ Quæſtoris adjutores concludi, nec tamen li„ cere alium ſubrogari, donec in prædictum „ numerum agmen adjutorum redigatur, omni„ bus ſuperfluis paulatim deminutis: licentia „ primatibus tantummodo adjutoribus data in „ ſua loca alios ſubrogandi, ideſt in ſcrinio qui„ dem memoriæ, tertium primum locum obti„ nenti, & laterculenſis nomen ineunti; in a„ liis autem duobus ſcriniis, ideſt Epiſtolarum, „ & libellorum, in ſecundum gradum venien„ tibus, & Melloproximatum ingredientibus, „ ut hi tantummodo licentiam ſibi haberent „ alium ſubrogare. Poſteaque eumdem pruden„ tiſſimæ memoriæ virum bene exiſtimaſſe mul„ tos inveniri, qui non poſſint propter varias dif„ ficultates, quæ humano generi poſitæ ſunt, „ per ſe divina miſteria peragere: & iterum „ verbo ad imperiale faſtigium ſuggeſſiſſe, „ & pragmaticam ſubſecutam eſſe ſanctionem, „ quatenus liceret & eis alium in ſuum locum „ ſubrogare hominem idoneum ad tale miniſte„ rium peragendum, & condignum quæſtioni „ electione a pro tempore Quæſtore eamdem „ licentiam accipientem. Et hæc quidem eſſe „ ſubſequuta temporibus Proculi magnificæ „ memoriæ. Verum opus quæſtionum tranſi„ vit tunc altercationibus quorumdam memo„ rialium eamdem licentiam per aliam conſti„ tutionem eſſe ſublatam, ut nemini liceat, „ in ſuum locum alium ſubrogare, ne quaſi „ venalitas, & ſordidum mercimonium verſari „ videretur, qui ſacræ vocis noſtræ miniſtri „ eſſe noſcuntur, tribus tantummodo exceptis, „ quibus ſupradicta conſtitutio hujuſmodi præ„ ſtitit licentiam. Cum igitur in præſenti com„ perimus eos, qui confectioni legum a nobis „ elimatarum, & in ordinem per tuam excel„ lentiam digeſtarum, ſuum miniſterium præ„ buerunt, dignos eſſe fungi adjutoris officio, „ quamvis cordi nobis eſt prædictum adjuto„ rium meum in ſua ſtabilitate decurrere, ta„ men eos idoneos conſtitutis hujuſmodi de„ fraudari nullo modo juſtum eſſe exiſtimavi„ mus. Pragmaticam itaque ſanctionem, quæ „ a Proculo quidem excelſæ memoriæ eſt in„ venta, & ad imperialem culmen relata „ eſt; & ex hoc promulgata, poſtea autem „ per quorumdam contentioſam inſtantiam ſub„ latam renovamus: & licentiam damus o„ mnibus XXVI. adjutoribus alios in ſua loca „ ſubrogare, idoneos tamen, & quos pro tem„ pore Quæſtor ſacroſanctis Evangeliis propo„ ſitis elegerit, & mandata eis in ſcriptis præ„ ſtiterit: ut centenis ſolidis tantummodo da„ tis, habeant licentiam homines prædicto „ opere digni judicati, in deficientium, vel „ alio modo deſiſtentium loca pervenire, & „ adjutoris officium peragere. His, qui in tri„ bus gradibus, ideſt, in ſcrinio quidem me„ moriæ Laterculenſis, in aliis autem duobus, „ Melloproximi aſcenderint, etſi inter vigin„ ti & ſex adjutores taxati non fuerint, licen„ tiam habentibus in ſua loca adjutores in„ ferre. Ita tamen ut tam Laterculenſis, quam „ Melloproximi licentiam habeant, quanti po„ tuerint, tanti loca ſua vendere: cum ini„ quum eſt his, quibus nihil a nobis additum „ eſt, aliquid derogare. Nam & ante hanc le„ gem permiſſum erat eis ſuum officium in aliis „ transferre. Itaque & venditionis jus habeant, „ & quanti potuerint paciſci, tanti & ven„ dant. Aliis autem, quibus jus venditionis „ præſtitimus, non ultra centum ſolidorum „ ſummam hoc facere liceat. Sive autem La„ terculenſes, ſive Melloproximi, ſive alii, „ quibus ex hac lege conceſſum eſt, ſuum of„ ficium in alios tranſponere maluerint: is „ qui ſubrogatur, talis ordinandus ſit, qualem „ quæſtoria cenſura elegerit: ne ex hujuſmo„ di licentia in homines minus idoneos pro „ tempore glorioſiſſimi Quæſtoris adminiſtra„ tio cadat. Sic enim dignas ſua induſtria mer„ cedes homines, quos jam enumeravimus, „ accipient; & numerus adjutorum ſine ulla „ confuſione permanebit. Sed quia volumus „ ante alios in deficientia quocumque modo „ loca eos taxari, qui in legum confectione „ tuæ ſublimitati ſuum miniſterium præbue„ runt, ideſt Theodoſium, & Epicteum, & „ Quirillum, & Sabacium, & Perignin, hoc „ eis donamus; ut offerentes centenos ſolidos, „ ante alios omnes loca adjutorum, qui ſua „ ſponte recedere maluerint, ſubeant; ſcilicet „ unuſquiſque ex V. memorialibus in ſcrinium „ ſuum officium adjutoris impleturus. Illo et„ iam obſervando, ut & ſi quis ex XXVI. ad„ jutoribus ab hac luce ſubtractus fuerit, in „ ſuos hæredes, vel liberos, licet hæredes non „ ſint, hujuſmodi beneficium tranſmittat, ut „ in locum ejus adjutor ſubrogetur, centenis „ quidem ſolidis ab eo offerendis: pro tempo„ re autem ſublimiſſimo Quæſtore electionem „ ejus, qui ſubrogatur, ſecundum quod ſupe„ rius dictum eſt, faciente. Prærogativam au„ tem, quam V. memorialibus ſpeciali dedimus „ beneficio, ita eis donamus, ſi ille, qui de„ ficiat, non habuit filium jam utilem, jam „ idoneum ad peragendum adjutoris officium, „ & a pro tempore glorioſiſſimo Quæſtore „ actiſſimum eſſe ſecundum prædictam obſer„ vationem judicatum. Talem enim filium „ ſperni, & ad alium advenam pervenire ſatis „ durum, atque inhumanum eſt. Aliis videli„ cet omnibus, ſi quæ in prædictis Conſtitutio„ nibus continentur, in ſuo robore durantibus. „ Quæ igitur noſtra ſanxit æternitas, ſinceritas „ tua ſcriniis, quorum intereſt, manifeſtare „ feſtinet, quatenus ſciant, & quæ a noſtra „ Majeſtate diſpoſita ſunt, & quantum eis ac„ ceſſit ex tua ſuggeſtione, noſtraque libera„ litate. Dat. V. * Kal. Jun. CP. Biliſar. „ V. C. Conſ.

* VI. Id. Jun. *datam fuiſſe hanc Conſtitut. in ejus Epitom. legitur in lib. Pith.*

NO-

* Hanc quoque ſubjecimus ex Pithœor. lib. Conſtit. quod ea in lib. Auth. non reperitur.

NOVELLA XXXVI. (a) *

„ UT HI, QUI IN AFRICA SUNT, INTRA QUINQUENNIUM COMPETENTES SIBI RES USQUE AD TERTIUM GRADUM DEBEANT VINDICARE.

IDEM A. *Salomoni PP. Africæ.*

„ OMne infinitum, & perperam effuſum merito, & incivile, & incompoſitum eſſe credentes, certis finibus noſtras actiones militare cenſemus. Nuper itaque in Africa noſtra, quam divæ memoriæ dicioni noſtris Vigiliis ſubjugavit, noſtram pragmaticam ſanctionem promulgavimus, ut omnes, quæ jam Vandalicis temporibus amiſerunt, ea poſſint a detentatoribus injuſtis tam abſtrahere, quam ſibimet vindicare: & quinquennale ſpatium ſtatuimus, intra quod liceat hoc facere: quam ſanctionem in ſuo quidem robore manere volumus, ſed cum certo moderamine, certaque definitione, ut non liceat Afris tam prolixa annoſitate elapſa, & antiquis generibus pene deletis; calumnias veteres reſuſcitare, & invicem ſibi moleſtias ingerere, & in tanta pace bella gerere inteſtina. Per hanc itaque legem ſancimus, ſi quis prætendat res vel ad ſe, vel ad patrem ſuum, vel avunculum pertinere, & inquiat contra leges ab aliis detineri, poſſe eas recuperare, ſcilicet antea legi cognitis, probationibus præſtitis, vel ab inſtrumentis legitimis recitandis, vel a teſtibus idoneis educendis, & quorum gravitas judicibus acceptabilis ſit, videlicet cognationali certamine agitato: & extendi hanc noſtram conſtitutionem tantummodo ad patres, & avos, non autem ad alium gradum ſuperiorem: & hoc in utrumque videlicet ſexum ſancimus. Ut qui ſuum vel ad patrem, vel ad matrem, vel avum, vel aviam, omneſque ejus maſculos, ſive fœminas pertinuiſſe oſtenderit, hoc ab injuſtis detentatoribus abſtrahat: ultimiore requiſitione penitus quieſcente: ne quis proavum ſuum, vel abavum, vel atavum, vel proaviam, vel abaviam, vel ataviam, inducens miſcere pietati, calumniæ cumulum ingerat. Hocque, & tranſverſa linea obſervari præcipimus, ut uſque ad tertium gradum tantummodo ſtet, ideſt, ad fratres, & germanos, ad patruos, & amitas, & avunculos, & materteras, non autem ad alios ſuperiores agnationis, ſeu cognationis gradus. Et ſi quis hujuſmodi quæſtionem deferre ſit paratus, non alibi, ſed ad judicium ſublimitatis tuæ, vel præſidum provinciarum, & inſularum, ſtricto judicio celebrato, hujuſmodi præbeat probationes; & non ex una parte, neque in aliis provinciis, vel in hac florentiſſima Civitate, ſed tantummodo in Africa Dioceſi, præſentibus adverſariis ſuis: & tunc mereat noſtri numinis, noſtræque conſtitutionis auxilium. De fide enim generis, probationes ex una parte præſtari nullo concedimus modo; & ſi quis hujuſmodi acta oſtenderit quaſi in hac florentiſſima Civitate confecta, vel in alio loco, ea non eſſe audienda cenſemus, licet antea hoc fuerit permiſſum. Inventa enim circa tales requiſitiones ſumma calliditate, reſpuendas eſſe hujuſmodi concinnitates ſancimus, ne, dum ſua reddere cuidam cupimus, & alienas ei ſubjectas doloſe accipere concedamus. Rerum autem requiſitionem ſecundum antefatum modum apud ſublimitatem tuam, vel præſides provinciarum intra definitum tempus noſtræ ſanctionis fieri volumus in quinquennium anno, qui jam tranſactus eſt ex prioris pragmaticæ ſanctionis editione, in quinquennium computando: ut actor reliquum habeat quadriennium ad hujuſmodi inquiſitionem, ſcilicet ſi temporis computatio legitimas exceptiones excedat. Hujuſmodi enim quadriennii ætas præterire nullo patitur modo, ne immortalis fiat judiciorum completus. Quæ igitur pro ſecuritate Africæ mea ſanxit æternitas, hæc ſublimitas tua per edicta ſua in omnem Africanum tractum proponenda, manifeſtare cunctis civibus Africanis, deproperet: ut omnes quid in tranſactis annis obſervare oporteat ſcientes, hoc obſervare feſtinent. De cætero enim ſi quis caſus talis emerſerit, ſucceſſiones omnes, & temporis curſus ſic procedere diſponimus, quemadmodum in omnibus terris noſtro orbe incluſis ſacratiſſima jura diſponi: ut & ſint & deſcendentium, & ab utroque latere venientium gradus omnes & temporales curſus intacti, quemadmodum generales noſtri numinis leges eos tradiderunt omnibus. Dat. Kal. Januar. Biliſar. V. C. Conſ.

* Hæc pariter Conſtit. deeſt in Auth. lib. quare & hanc addimus ex lib. Pith.

NOVELLA XXXVII. *

„ DE AFRICANA ECCLESIA.

„ IDEM A. *Salomoni PP. Africæ.*

„ VEnerabilem Eccleſiam noſtræ Cartaginis Juſtinianæ, cæteraſque omnes Africæ Dioceſeos ſacroſanctas Eccleſias, imperialibus beneficiis relevare, noctu, dieque feſtinamus, poſtquam noſtræ Reipublicæ per Dei præſidium a tyramnis direptæ ſocieta-

(a) Novellæ 36. & 37. & in Juliani, & in Authent. libro deſiderantur. Latinas fuiſſe ex Florentino Græco libro conſtat. Unde Haloander ſumpſit utriuſque epitomen, & eam græce, & latiue edidit. Initium 36. fuit. Omne Infinitum; titulus, *de ſucceſſoribus eorum, qui in Africa degunt.* Initium 37. Venerabilem Eccleſiam; titulus, *de eccleſiis conſtitutis in Africa.* Hujus 37. pleniorem epitomen vidimus in epitome conſtitutionum eccleſiaſticarum græca.

„ tates ſunt, noſtras etiam ſentiant liberali-
„ tates. Cum igitur ſeparatus, ut ſanctiſſimus
„ ſacerdos, ejuſdem noſtræ Carthaginis Juſti-
„ nianæ, qui venerando Concilio totius Afri-
„ cæ ſanctiſſimarum Eccleſiarum præeſſe di-
„ gnoſcitur, una cum cæteris ejuſdem provin-
„ ciæ reverendiſſimis Epiſcopis, propriis per
„ Theodorum virum religioſum, Diaconum,
„ & reſponſalem ejuſdem venerabilis Eccleſiæ
„ Carthaginis Civitatis Juſtinianæ, deſtinatis,
„ noſtram deprecati ſunt Majeſtatem, poſſeſ-
„ ſiones Eccleſiarum totius Africani tractus,
„ tyramnico quidem tempore ablatas eis, poſt
„ victorias autem cœleſti præſidio nobis con-
„ tra Vandalos præſtitas, per noſtram piam
„ diſpoſitionem eis redditas, ſalva in quocum-
„ que loco conſtitutas videlicet tributorum
„ ſolutione, firmiter poſſidere, ſecundum legis
„ tenorem, quæ jam ſuper hac cauſa promul-
„ gata eſt: petitionibus eorum prono, liben-
„ tique animo duximus annuendum. Ideoque
„ jubemus, ſublimitatem tuam ſuis diſponere
„ præceptionibus, ut prædictas poſſeſſiones,
„ ſalva, prout dictum eſt, tributorum ratio-
„ ne, venerabiles Eccleſiæ cum noſtræ Cartha-
„ ginis Juſtinianæ, quam omnium Civitatum
„ Africanæ Dioceſeos, firmiter poſſideant, &
„ ſine ulla concuſſione, a nullo penitus ab-
„ ſtrahendas. Si quis autem alias poſſeſſiones,
„ ſive domus, ſive Eccleſiarum ornamenta,
„ apud Afros, vel Arrianos, vel Paganos, vel
„ alias quaslibet perſonas, detineri probatum fu-
„ erit, ea quoque omnimodo ſine aliqua dila-
„ tione, & ſacroſanctis Eccleſiis Orthodoxæ
„ fidei aſſignari, nulla prolixitate temporis his,
„ qui eaſdem res inique detinent, uti conceden-
„ dis, ſed earum reſtitutionem omni exploſa
„ machinatione facere compellendis; quia non
„ patimur ſacratiſſima vaſa, vel ornamenta ve-
„ nerabilium Eccleſiarum, aut alias poſſeſſio-
„ nes, apud Paganos, vel alias perſonas deti-
„ neri; & lex, quæ nobis antea prolata eſt,
„ ſit, abundeque hujusmodi capitulo conſultum
„ fecerit. Alterius etiam noſtræ conſtitutionis
„ prærogativa, quam pro Eccleſiaſticis fecimus
„ rebus, & poſſeſſionibus, Africæ quoque ve-
„ nerabiles Eccleſias perpotiri cenſemus, & ſe-
„ cundum ejus tenorem licentiam eis damus,
„ res proprias, & poſſeſſiones, quicquid ad eas
„ pertinens ablatum eſt, vel fuerit, ab anti-
„ quis detentatoribus vendicare. Curæ autem
„ erit tuæ ſublimitati, quatenus neque Arria-
„ nis, neque Donatiſtis, neque Judæis, nec a-
„ liis, qui orthodoxam Religionem minime co-
„ lere noſcuntur, alia detur omnino communio
„ penitus ad eccleſiaſticos ritus, ſed omnimo-
„ do excludantur a ſacris, & templis nefandi,
„ & nulla eis licentia concedatur penitus ordi-
„ nare Epiſcopos, vel Clericos, aut baptizare
„ quaſcumque perſonas, & ad ſuum furorem
„ trahere; quia hujuſmodi ſectæ non ſolum a
„ nobis, ſed etiam ab anterioribus legibus con-
„ demnatæ ſunt, & a ſceleratiſſimis, nec non
„ inquinatis coluntur hominibus. Omnes autem
„ hæreticos, ſecundum leges noſtras, quas im-
„ poſuimus, publicis actibus amoveri, & ni-
„ hil penitus publicum gerere concedantur hæ-
„ retici conſtituti, & orthodoxis imperare, cum
„ ſufficiat eis vivere, non etiam ſibi aliquam
„ auctoritatem vindicare, & ex hoc orthodo-
„ xos homines, & Dei omnipotentis rectiſſimos
„ cultores quibuſdam afficere detrimentis. Re-
„ baptizatos autem militiam quidem habere
„ nullo modo concedimus; pœnitentiam au-
„ tem eorum, ſi ad orthodoxam fidem mente
„ puriſſima venire maluerint, non reſpuimus,
„ ſed damus eis lientiam hoc faciendi; quia &
„ Deo omnipotenti nihil ita eſt acceptabile ut
„ peccantium pœnitentia. Judæis inſuper dene-
„ gamus ſervos habere Chriſtianos, quod & le-
„ gibus anterioribus cavetur, & nobis cordi eſt
„ illibatum cuſtodire, ut neque ſervos ortho-
„ doxæ Religionis habeant, neque, ſi forte Ca-
„ thecumenos accipiebant, eos circumcidere,
„ ſed neque ſynagogas eorum ſtare concedimus;
„ ſed ad eccleſiarum figuram eos volumus re-
„ formari. Neque enim Judæos, neque Paga-
„ nos, neque Donatiſtas, neque Arrianos, ne-
„ que alios quoſcumque hæreticos, & ſpeluncas
„ habere, vel quædam quaſi ritu Eccleſiaſtico
„ facere patimur, cum hominibus impiis ſacra
„ peragendi permittere ſatis abſurdum eſt. In-
„ ſuper ſacroſanctæ Eccleſiæ Carthaginis Juſti-
„ nianæ omnia condonamus, quæ Metropoli-
„ tanæ Civitates, & eorum Antiſtites habere
„ noſcuntur, quæ Codici noſtro in primo ejus
„ libro ſegregata, ſacroſanctis Eccleſiis ſuum
„ honorem præſtare noſcuntur, ut civitas, quam
„ noſtri numinis cognomine decorandam eſſe
„ perſpeximus, imperialibus etiam privilegiis
„ decorata floreſcat. Confugas etiam, qui ad
„ venerabiles Eccleſias, & earum fines convo-
„ lare feſtinant, & ſuæ voluntati proficere,
„ nulli penitus licere ſacrilegis manibus ab his
„ abſtrahere; ſed eos venerabilibus locis debita
„ reverentia perpotiri, niſi tamen homicidæ ſint
„ vel virginum raptores, aut Chriſtianæ fidei
„ violatores. Illos etenim, qui talia facinora
„ committunt, nullis eſſe dignos privilegiis quis
„ non confiteatur? cum non poſſint ſacroſan-
„ ctæ Eccleſiæ & homines iniquos adjuvare,
„ & hominibus legis ſuum adjutorium præſta-
„ re. Si quid præterea, ſacroſanctæ Eccleſiæ
„ ſæpe dictæ noſtræ Carthaginis Juſtinianæ,
„ vel aliis venerabilibus Eccleſiis Africanæ Dio-
„ ceſeos a quacumque perſona pro ſuæ ſalute a-
„ nimæ oblatum eſt, vel fuerit quocumque mo-
„ do legitimo, ſeu in poſſeſſionibus, ſeu in aliis
„ quibuslibet ſpeciebus, & hoc apud venerabi-
„ les Eccleſias manere firme, nullius unquam
„ manibus abſtrahendum: cum homines, qui
„ tam laudabiles, tamque Deo acceptabiles
„ actus, & pias facere oblationes deproperant,
„ ſatis & nos laudamus, & Dei cœleſtis re-
„ munerat clementia. Hæc igitur omnia, quæ
„ ad honorem ſacroſanctarum dedimus Eccle-
„ ſiarum totius Africanæ Dioceſeos, per præ-
„ ſentem piiſſimam, & in perpetuum valitu-

ram

„ ram, legem, quam omnipotenti Deo dedican-
„ dam eſſe perſpeximus, ſublimitas tua cogno-
„ ſcens, firma, illibataque cuſtodire feſtinet, &
„ omnibus, prout ſolitum eſt, manifeſtare e-
„ dictis ubique proponendis: ut noſtra juſſa
„ ſummæ pietatis habentia, ex omni parte in-
„ mutilata ſerventur. Demetatoribus eorum
„ pœna X. librarum auri ſubdendis, aliqua gra-
„ vi noſtri numinis indignatione plectendis o-
„ mnibus, qui noſtram diſpoſitionem quocum-
„ que modo, vel tempore violare conceſſerint.
„ Dat. Kal. Aug. CP. Biliſar. V. C. Conſ.

NOVELLA XXXVIII. (*a*)

I. SI quis curialis condicionis conſtitutus ſine liberis deceſſerit: novem quidem unciæ ſubſtantiæ ejus ad curiam civitatis perveniant; tres autem uncias cui voluerit relinquat. Sin autem liberos quidem habuerit; eos autem ex concubina procreaverit: liceat ei eos ſcribere heredes cum curiali gravamine; ut & (1) videantur ex legitimo matrimonio ſuſcepti fuiſſe; quemadmodum ſi vivus naturalis pater hujuſmodi liberos ſuos in curiam civitatis dediſſet: nulla diſcretione habita utrum in ſolidum (2) heredes eos ſcripſerit, an pro parte: dum tamen non minus novem unciis habeant. Quod ſi quidam ex naturalibus liberis curialem condicionem repudiaverint; nec ad hæreditatem admittantur: ſed partes eorum adcreſcant (3) his, qui curiales eſſe non dedignantur. Sin autem omnes liberi ejus naturales curiales eſſe voluerint: novem unciæ derelictæ eis modis omnibus curiæ civitatis vindicentur. Hæc ſi teſtamento facto curialis teſtator (4) deceſſerit.

II. Sin autem inteſtatus defunctus eſt: novem quidem unciæ ejus curiæ civitatis ipſius deferantur; tres autem reſiduæ unciæ cognationi (5) ejus competant. Quod ſi naturales ſimiliter filios dereliquerit: hi qui (6) voluerint curiæ civitatis ſeſe adnumerari; conſequens eſt novem uncias legem ad eos revolvere [7]. Eadem teneant jura, & ſi quis ex ancilla ſua filios habuerit, eoſque vel vivus in curiam dederit, vel in teſtamento ſuo heredes inſtituerit cum curiali gravamine. Nam & his eadem obſervari decet, quæ diximus in filiis naturalibus, qui ex libera concubina nati ſunt. Quod ſi eos pater naturalis manumiſit tantum, & non in curiam dedit; illi autem vel omnes, vel quidam ex his curiæ muneribus ſubiici volunt: neceſſe eſt eos, qui curiales fieri parati ſunt, novem uncias capere. Sed & ſi unus ſolus ex his curialem condicionem admittit: ipſe ſolus & novem (8) uncias habeat in poteſtatem [9]. Quod ſi nemo eorum curialis, vel a patre factus eſt, vel fieri paratus eſt: novem unciæ curiæ competant civitatis. Hæc de naturalibus liberis.

III. Sin autem legitimos filios, vel nepotes ex filiis curialis homo reliquerit: tunc novem unciæ inter omnes diſtribuantur; quemadmodum parens diſpoſuerit. Ita tamen ut jura de inofficioſo teſtamento querellæ unicuique liberorum integra cuſtodiantur: niſi forte ingratitudinis allegatio reclamaverit. Gratis enim tantummodo liberis novem uncias dari, Conſtitutio jubet. Et unuſquiſque eorum curialia munera ſubeat ſecundum magnitudinem partis, quam lucratus eſt: cæteræ autem tres unciæ ad eos perveniant, quibus eas præſtari (10) defunctus voluerit.

IV. Quod ſi filias, vel neptes curialis homo reliquerit: ſi quidem omnes curialibus maritis conjunctæ ſunt; neceſſe eſt omnibus novem uncias dari, quemadmodum a parente diſtributæ fuerint, ita tamen ut ſingulæ non minorem partem habeant legitimo modo. Quod ſi quædam ex his curiales maritos habeant, quædam non; novem quidem unciæ diſtribuantur inter eas, quæ curialibus maritis [11] conjunctæ ſunt: tres autem unciæ præſtentur his, quæ non ſunt curialibus maritis conjunctæ, dum tamen ſingulæ legitimum habeant modum. Sin autem nondum nuptæ ſunt: liceat parenti ſub condicione eas in novem uncias [12] heredes ſcribere, ſi ejuſdem civitatis curialibus conjugantur. Quod ſi talem condicionem contempſerit (13) novem quidem unciæ curiæ civitatis addicantur; tres autem reſiduæ unciæ inter filias, vel neptes defuncti diſtribuantur.

V. Quod ſi quis curialis & filios, & nepotes, & filias vel neptes dereliquerit: maſculi quidem curiales dimidiam portionem ſubſtantiæ capiant; filiæ autem, ſi quidem curialibus maritis conjunctæ ſunt, reliquam dimidiam portionem accipiant. Sin autem curialibus nuptæ non ſunt, tres quidem uncias ipſæ filiæ habeant: aliæ autem tres unciæ fratribus earum adcreſcant.

VI. Si quis curialis condicionis conſtitutus tamiacæ, vel murilegulæ, vel comitiacæ mulieri conjugatur: filii, qui ex hoc matrimonio nati fuerint, patris condicionem ſequantur. Jubet autem Conſtitutio, vim, ac poteſtatem ſuam ad ea quoque facta porrigi; quæ ante quam edatur, contigerint: niſi forte quidam liberati ſunt a curiali condicione per tamiacam, vel mu-

(1) &. [2] *in ſolido.* (3) *adhæreſcant.* (4) *teſtator, ideſt qui teſtamentum facit de rebus ſuis.* (5) *cognationibus.* (6) forte *hique.* A.

(7) *devolvere*, forte. (8) forte, *novem.* A. (9) *in poteſtate.* A. (10) *præſtari.* (11) *curialibus.* (12) *unciis.* (13) *contempſerint.*

(*a*) Hanc habuerunt veteres juris interpretes Azo, Accurſius, & Albericus ſub titulo *de naturalib. liberis curiæ deputandis.* Initium eis fuerat (Qui rem). Hodie in libro Auth. non extat. Eam tamen græce, & latine edidit Haloander ſub titulo *de decurionibus.*

murilegulam, vel comitiacam matrem. Eos enim liberos permanere præcepit, excepto Theodoſio, & fratribus ejus, & liberis Joannis, qui Exiſcon vocatur. Hi enim quamvis ante Conſtitutionis editionem curialis conſtituti condicionis per tamiacam matrem liberati ſunt: nihilominus curiales permaneant: nullo reſcripto, nulla opitulatione potituri ad effugienda curialia munera. Hæc autem Conſtitutio data eſt menſe Martio indictione decima.

NOVELLA XXXIX. (*a*)

I. (*b*) SI quis unum ex liberis (1) heredem inſtituerit, ideſt filium vel filiam, vel [2] nepotem, vel neptem (3), & deinceps ſive quoſdam ex his (4) ſive omnes ſimul; & rogaverit eos ut tempore quo moriantur, vel poſtquam mortui fuerint, aliis reſtituant hereditatem: primum quidem unicuique eorum legis Falcidiæ modus in principio (5) deducatur, & non ſupponatur fideicommiſſi gravamini: cæteras autem partes fideicommiſſario reſtituant integras. Ita tamen, ut ſi propter nuptias donationem uxori, vel dotem marito dare maluerit perſona fideicommiſſo gravata: liceat ei hoc facere etiam ex aliis rebus, quæ fideicommiſſo ſuppoſitæ ſunt; & reliquas res tantum fideicommiſſario cogatur reſtituere. Hæc autem Conſtitutio non habet locum in præteritis ſubſtitutionibus, ſeu reſtitutionibus, ſed magis in futuris caſibus.

Nullum autem augmentum dotibus, vel propter nuptias donationibus fiat ad inſidias ſubſtitutionis, ſeu [6] reſtitutionis. Nam & ſi quid callide perpetratum fuerit; nihilominus reſtitutio fideicommiſſi (7) integra manebit, poſt deductionem ſcilicet Falcidiæ legitimæ partis. Hoc autem, quod (8) de Falcidiæ deductione Conſtitutio loquitur, in liberis locum habet; quibus & pars Falcidiæ debetur. Quod ſi heres inſtitutus ex liberis non ſit; contentus eſſe debet deductione dotis, vel (9) propter nuptias donationis; & reliquas res hereditarias fideicommiſſario reſtituere. Dotem autem, vel propter nuptias donationem dari lex præcipit honeſtam, ideſt neque ſatis modicam, ut ſit dedecus heredi; neque ſatis immodicam, ut ſit grave (10) fideicommiſſario: ſed medietatis cujuſdam moderatione moderatam.

II. (*c*) Si mulier defuncto marito ante quam annus legitimus tranſeat, ad ſecundas quidem nuptias (11) non migraverit; more autem meretricum ab aliquo ſtuprata conceperit, & peperit (12); ut ſit clarum in id, quod natum eſt, ex defuncto marito (13) non eſſe: eaſdem pœnas patiatur, quas ex ſuperiore Conſtitutione patitur ea, quæ ante tempus legitimum ſecundas nuptias contraxerit (14). Ideoque & ante nuptias donatione careat, ut (15) nec tantum habeat jus utendi fruendi (16); aliiſque [17] pœnis antefatis ſubiiciatur (18); & ſit ſtupri quoque criminis obnoxia. Pejus etenim (19) eſt ſtuprari, quam ſecundas nuptias mulieres ante legitimum tempus contrahere.

NOVELLA XL. [*d*]

„ HÆC * Conſtitutio alia quidem omnia „ Capitula, quæ de alienatione prædiorum eccleſiaſticorum ſuperius dicta ſunt, in „ eodem vigore conſervat, ut etiam in ſancta „ Eccleſia Hieroſolymitanæ ſacratiſſimæ Ci„ vitatis obtineant. Nam, & ipſi diſtractionem „ omnino ruſticorum prædiorum interdicit. „ Domos autem, ſi quas habeat, non prohibeat „ eam alienare, ſcilicet ſi ampliore commodo „ potiatur: hoc autem decreto antecedente fie„ ri jubet. Decretum autem apud Patriarcham „ Hieroſolymitanæ Civitatis ordinetur præ„ ſente etiam Clero ejus, & probanda juſta „ cauſa, propter quam alienatio Domorum fit: „ ita tamen ut æſtimatio definiatur ad quanti„ tatem penſionum, quæ per quinquaginta an„ nos colligi poſſunt, ut ea æſtimatione domo„ rum alienatio fiat. Dat. XV. Kal. Jun. CP. „ poſt Biliſar. V. C. Conſ.

* De rebus immobilib. alienandis, quæ in Eccleſia Hieroſol. &c. *in lib. Pith. inſcrib. hæc Conſtit. quæ ibi XI. eſt.*

NOVELLA XLI. (*e*)

HÆC Conſtitutio quendam virum magnificum Bonum nomine Quæſtorem exercitus (20) fecit. Nam & more antiquo duplex erat Quæſtorum magiſtratus. Et unus quidem cir-

(1) *ex liberis ſuis.* A. [2] *filiamve.* [3] *neptemve.* (4) *ex eis.* alii, *ex ipſis.* [5] *præcipuus.* (6) *vel.* (7) *fideicommiſſario.* (8) *Hæc autem, quæ.* (9) *&.* (10) *ſit gravis.* [11] *nuptias.* Ivo parte 16. [12] *pepererit.* Ivo. A. [13] *defuncti mariti.* Ivo. (14) *contraxit.* Ivo parte 8. (15) *& nec.* [16] *fruendique.* (17) *& aliis.* [18] *ſubjaceat.* (19) *enim.* (20) *exercitui.*

(*a*) Hæc eſt in libro Auth. conſtitutio 6. collationis 4. titulo *de reſtitutionibus, & ea, quæ parit in undecimo menſe poſt mortem viri.* Hanc edidit græce, & latine Haloander. Ab hac conſtitutione in quibuſdam libris Græcis incipit liber ſecundus Novellarum; ſed in libro Juliani a conſt. 69.

(*b*) Vide auth. Res, quæ. C. *cum delegat.*

(*c*) Vide auth. Eiſdem. C. *de ſecund. nupt.* Juliani verba refert Ivo *parte* 8. *cap.* 312. & *parte* 16. *cap.* 130. decreti, ut Nov. conſt. 38. *c.* 2.

[*d*] Hanc habuit Albericus ſub tit. *Ut eccleſia ſanctæ Reſurrectionis*, ex qua verba aliquot refert verbo *Eccleſia.* Hodie neque in lib. Juliani, neque in lib. Auth. neque in Norico Haloandri extat. In Baſilicis quoque non fuiſſe, Græci aſſerunt. Ex Veneto tamen libro Scringerus græce, Ant. Contius, & Hen. Agylæus latine eam ediderunt.

[*e*] Hæc etiam in libro Auth. deſideratur. Sed eam Haloander græce, & latine edidit ſub titulo *Apud quem oporteat appellationes in quinque provinciis interpoſitas examinari.*

UNED

circa latus principis erat; alter autem Quæſtor exercitui præerat. Diſpoſuit autem præſens Conſtitutio etiam annonas Quæſtoris, & conſiliarii ejus: apparitionem quoque ei dedit ad imitationem quandam Præfecti Prætorio, ideſt ſcriniarium (1), & ab actis, & præcones, & commentarienſes, & lampadarios, & omnem deinceps ordinem. Sed annonas militum tam * commentarienſium, quam limitatenſium diſpoſuit, quomodo diſtribui debeant. Subjecit autem ei quinque provincias, ideſt Scythiam; & Myſiam; & Cariam; & omnes Cycladas inſulas; & Cyprum, & Cretam. Cauſarum quoque auditorium habere conceſſit; ut non (2) obiiciatur ei fori præſcriptio. Subjunxit autem & notitiam impenſarum. Et eſt promulgata hæc Conſtitutio data K. Jun. CP. Biliſ. (3) * COS.

** comitatenſium.*

* Indictione XV. P.C. Beliſ. *eſt in lib. Pith. in lib. vero Auth.* Indict. XII.

NOVELLA XLII. (*a*)

HÆC Conſtitutio confirmat ſanctiſſimas ſynodos, & monachorum (4) auctoritatem. Anthimum autem, & Petrum, & Severum, & Zooram ab Epiſcoporum numero expellit. Prohibetque eos in CP. civitatem [5], vel aliam magnam civitatem (6) converſari. Minatur etiam ſi quis (7) Severi libros habeat, eoſque ignibus non tradat, ſeveriſſimas pœnas. Nam & manus ſucciſionem (8) ſuſtinere (9) jubet eos, qui libros ejus ſcribere auſi fuerint.

NOVELLA XLIII. (*b*)

„ HÆC * Conſtitutio jubet, ut in Conſtan-
„ tinopolitana Civitate mille centum
„ ergaſteria immunitate potiantur occaſione
„ decanorum, & lecticariorum, & funeribus de-
„ functorum deſtinentur: ita ut octingenta qui-
„ dem ergaſteria corpora perſonarum præſtare:
„ reſidua autem trecenta ergaſteria pecuniam
„ dare: cætera autem omnia ergaſteria civi-
„ libus muneribus fungantur, ſive eccleſiæ ſint,
„ ſive xenonis, ſive monaſterii, ſive orphano-
„ trophii, ſive brephotrophii, ſive ptochii, ſi-
„ ve alterius cujuſcumque dominii, ſive impe-
„ rialis domus, ſive Magiſtratus populi Roma-
„ ni, ſive inluſtris, ſive alterius ſenatoris, ſive
„ cubicularii, ſive militari cingulo decorati.
„ Quod ſi quis Patrocinio ſuo munere civili
„ liberare ſuum voluerit inquilinum, dominium
„ quidem amittat ergaſterii: hoc autem fiſci vi-
„ ribus vindicetur. Dat. Kal. Jun. CP. P. C. Biliſ.

* *XIII. hæc Conſt. in lib. Pith. eſt cum hoc titulo:* Ut mille centum ergaſteria immunitate potiantur ſub nomine decanorum, & lecticariorum: & nemo alius immunitatem habeat.

NOVELLA XLIV. (*c*)

TAbelliones ipſi per ſe conveniant cum eis, qui inſtrumenta quædam componere (10) volunt: & non aliter chartam complere audeant niſi cauſam (11) cognoſcant: ut interrogati a judicibus reſpondeant, qualis eſſet (12) cauſa, propter quam inſtrumenta compoſuerunt, & maxime ſi litterarum imperiti fuerint hi, qui (13) inſtrumenta fieri deſideraverunt (14). Hoc autem obtineat (15) tam in CP. civitate, quam in aliis provinciis. Pœnam autem Conſtitutio definit adverſus eos (16) tabelliones, qui aliter fecerint, ſtationum amiſſionem: ita ut ſi (17) diſcipulus eorum viſus fuerit dignus ad inſtrumenti compoſitionem; ipſe habeat jus ſtationis. Quod ſi indignus ſit diſcipulus auctoritatem ſtationis committi: prior quidem tabellio modis omnibus removeatur; alius autem pro eo dignus ſtationem accipiat: ita tamen ut nullum ſentiat damnum dominus ſtationis, ſed habeat reditus integros. Tabellio autem amittat jus ſtationis, quia dedignatus eſt convenire cum eis, qui inſtrumenta componi ſibi deſideraverunt. Nullam autem excuſationem habeant tabelliones morbi, vel occupationis: duorum enim alterum neceſſe eſt, vel cauſas eos (18) cognoſcere, & inſtrumenta earum (19) facere, vel ſi ignorent, nec facere (20). In CP. autem (21) civitate liberam habeant facultatem omnes tabelliones unum tabellionem apud Magiſtrum Cenſus præponere (22), & licentiam ei dare facere inſtrumenta deſiderantibus in eorum ſtatione; & in abſolvendis inſtrumentis venire: & nulli alii licentiam eſſe hoc facere, niſi ei, qui a tabellionibus præpoſitus eſt apud Magiſtrum Cenſus, ſicut jam diximus. Cæterum ſi aliter obſervatum fuerit; ea pœna Tabellionibus immineat, quam ſuperius diximus. Inſtrumentum autem propter hoc ſolum non ſit irritum; ſed utilitatis contrahentium cauſa valeat.

(1) *ſcriniarios.* A. (2) forte, *& ut non.* A.
[3] *CP. Poſt Conſ. V. C. Biliſ.*
(4) locus mendoſus, forte ſcribendum, *ſanctiſſimarum ſynodorum œcumenicarum.* A.
[5] *in urbe CP.* A. (6) *alia magna civitate.* A. (7) *autem & alia, & ſi quis.* A.
(8) *inciſionem.* (9) *ſubſiſtere.* A.

(10) *fieri.* (11) *de cauſa.* (12) *ſit.*
(13) *qui.* (14) *deſideraverint.*
(15) *Hæc autem obtineant.*
(16) *adverſus.* (17) *ita autem, ut ſi.*
(18) *cauſam eorum.* (19) *eorum.*
(20) *non facere.* alii, *non faciant.*
(21) *CP.* (22) *proponere.*

(*a*) Hæc quoque deſideratur in libro Auth. Extat græce, & latine in generali quinta ſynodo. Latina verba ex Iſidori conciliis retulit Ant. Contius. Eandem poſtea edidit græce, & latine Haloander ſub titulo *Ut Anthimus, Severus, & reliqui hæretici eccleſiaſtico gradu detrahantur.* Citat Accurſius quædam ex hac Novella in Auth. Sed novo. C. *de ſerv. fugit.*

(*b*) Hac conſtitutione carent tam liber Juliani, quam liber Auth. Ab Haloandro græce, & latine edita eſt ſub titulo *de officinis, ſive tabernis CP. urbis.*

(*c*) Hæc eſt conſtit. 7. collationis 4. in libro Auth. titulo *de tabellionibus.* Edita quoque eſt ab eod. Haloandro græce, & latine.

II. Tabelliones non ſcribant inſtrumenta in aliis chartis, quam in his [1], quæ protocolla habent: ut tamen protocollum tale ſit, quod habeat nomen glorioſiſſimi comitis Largitionum & tempus, quo charta facta eſt: alioquin ſi alias ſcripturas [2] charta habeat (3), non admittant eam (4) tabelliones. Hoc autem jus teneat in ſola CP. civitate. Quod ſi adverſus ea fecerint (5); pœnæ falſitatis ſubiiciantur (*6*).

NOVELLA XLV. (*a*)

I. NEque Judæus, neque Samaritanus, neque quivis hæreticus curiæ (7) muneribus excipiatur propter hoc ſolum, quod catholicæ fidei non eſt. Sed & (8) munera curialia ſubeat [*9*], & nullo honore curiali potiatur [10]. Nam curiales habent quædam privilegia, veluti ut tormentis non ſubiiciantur, ut non ab alia in aliam provinciam retrahantur. Et in ſumma qui contra fidem catholicam ſentit, munera quidem curialia ſubeat; honorem autem, vel privilegium nullum habeat.

2. q. 7. c. 26. II. (*b*) Si hæreticus contra hæreticum litiget [11]: liceat cuivis eorum (12) hæreticum teſtem adducere. Sin autem orthodoxus contra hereticum litiget: pro orthodoxo quidem etiam (13) hæretici teſtimonium valeat (14); contra orthodoxum autem ſolius orthodoxi teſtimonium valeat (15). Orthodoxis autem (*16*) litigantibus ad teſtimonium nulli hæretico [17] pateat aditus. Interdum autem etiam adverſus [18] orthodoxum hæretici teſtimonium probabile eſt; quod contingit, ſi orthodoxus in curialem condicionem trahatur (*19*): tunc enim hæreticus adverſus eum recte teſtis producitur, ut dicat ſe ſcire eum curialem eſſe, vel ex (20) curiali patre genitum.

NOVELLA XLVI. [*c*]

HÆC Conſtitutio facit ſubdiviſionem in ea Conſtitutione, quæ de rebus immobilibus ad ſancta loca pertinentibus loquitur. Ait enim: ſi eccleſia, vel alius ſacratiſſimus locus publicum debitum debeat, veluti tributa [21]; & non habeat, unde ſolutionem pecuniæ faciat: convenire (22) omnes in unum tam clerum (23), quam religioſum Epiſcopum ipſius (24) civitatis, & a metropolitanis (25) ſanctis ſcripturis propoſitis rem diſceptari. Et ſi nullæ aliæ opes inveniantur ſine alienatione eccleſiaſtici prædii: tunc decreto apud Præſidem provinciæ celebrato alienatio prædii ad locum venerabilem pertinentis fiat: ita tamen ut emptor pretium tributorum exactoribus ſolvat; & ab eis apochas recipiat; & in fiſci locum ſuccedat; & monumentum pleniſſimum habeat, & non timeat anteriores leges. Eos autem, qui diſtraxerunt (*26*), operam dare oportet; ut poſtquam ipſi actis intervenientibus depoſuerint ſe jure (27) diſtraxiſſe, etiam apochas tributorum intimare; ut & eccleſia ſecuritatem habeat de pecuniis tributorum nomine fiſco ſolutis, omni circumventione, & ſimulatione pro infecta habenda (28). Ideo enim & decreti celebratio permiſſa eſt; ut etiam publicum (*29*) manifeſtetur ex quot (30) annis collectum eſt; & quemadmodum non potuerunt Œconomi pecuniam ſolvere; ſed in neceſſitatem alienationis (31) venerunt (32). Hæc autem [33] omnia procedere (34) debent propoſitis ſanctis evangeliis. Sin autem privatus ſit, cui venerabilis locus pecuniam debeat: ipſam immobilem poſſeſſionem creditor pro ſoluto accipiat: dummodo addictio ita fiat [35], ut debitam pecuniam non excedat, ſcilicet, & in hoc caſu decreti celebratione interveniente. Hujus autem Conſtitutionis ſubdiviſione excepta (*36*) eſt magna eccleſia CP. civitatis, & ſancta oratoria, quorum (37) ipſa curam agit: ſed etiam omnia mo-

(1) *his.* (2) *aliam ſcripturam.*
(3) *chartæ habeant.* [4] *eas.* (5) *fecerit.*
(*6*) *ſubiiciatur.* (7) *civilibus.* (8) *ſed.*
(*9*) *ſubeant.* [10] *potiantur.*
(11) *litigat.* Ivo, in Panorm. (12) *licet cuique eorum.* Grat. alii, *liceat cuivis.* alii, *liceat cuilibet eorum.* (13) *quidem.* Ivo, in Panorm. & Grat. (14) *habeant.* (15) *valet.*
(*16*) *quidem.* (17) *nullus heretico.* Ivo. parte 16. *nullus hereticorum.* Idem in Panorm.
(18) *adverſus.*

(*19*) *a curiali munere ſe ſubtrahat.*
(*20*) *vel a.* (21) *tributum.*
(22) *convenire debent.* (23) *clerici.*
(24) *religioſus Epiſcopus.* (25) *apud metropolitanum.* A. (*26*) *diſtraxerint.*
(27) *ſe ita.* (28) *habita, vel habenda.*
(*29*) *publicum debitum.* A. (30) *ex quibus.*
(31) *neceſſitate ad alienationem.* A.
(32) *pervenerunt.* A. (33) *ante.*
(34) *præcedere.* (35) *adiiciat ita.*
(*36*) *exempta.* (37) *Theodora, cujus.*

[*a*] Hæc in libro Auth. deſideratur. Citat tamen Accurſ. in *l.* Quoniam. C. *de hæretic.* Edidit eam græce, & latine Haloander hoc titulo *Ne Judæi, Samaritani, & hæretici per cauſam religionis, & cultus ſui curiali fortuna liberentur.*

[*b*] Refert Ivo *par.* 16. *cap.* 131. decreti, & *lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 6. Panorm. ut ex conſt. 42. *c.* 2. & Grat. 2. *q.* 7. *c.* 26. Si hæreticus.

(*c*) Eſt in libro Auth. Conſtitutio 1. collationis 5. titulo *de Eccleſiaſticarum rerum immobilium alienatione, & ſolutione.* Caruit ea Græca Haloander, & libri Græci Bononienſis, & Florentinus; ut neque etiam in Baſilicorum libris fuit. Sed Hen. Scringerus eam ex Veneto libro græce, Agyleus latine poſtea ediderunt.

monaſteria, quæ eidem ſanctæ magnæ eccleſiæ ſuppoſita ſunt.

NOVELLA XLVII. (*a*)

I. PUblica monumenta (1) tam ea, quæ in judiciis conficiuntur, quam ea, quæ apud magiſtrum Cenſus, ſive apud Defenſores conſiſtunt: inſtrumenta etiam, quæ tabelliones ſub qualicumque (2) figura conficiunt tam in CP. civitate, quam in provinciis. Hæc omnia hujuſmodi initium (3) totius ſcripturæ ſuæ habeant: *Imperante illo divo Auguſto anno* (4) *illo*: & poſt hoc (5) inſerant quoque conſulis (6) appellationem „ & omnem veterem obſervationem (7) inſtrumentorum cuſtodiant, etſi forte tempora quoque civitatum provincialium inſtrumentis ſcribi ſolitum eſt; ea conſueto more ſcribantur (8). Hujus (9) autem juris præceptio a prima indictione incipiat.

II. Qui ſcribunt tempora in monumentis publicis, non utantur litteris illis veteribus, & obſcuris (10): ſed per Græcas litteras tempora ſcribantur, ſi monumenta [11] græce compoſita ſunt. Sin autem latine monumenta confecta fuerint; Latinis quidem litteris tempora ſcribantur; ſed claris (12) litteris, & quas poteſt (13) quicumque litteratus Latinus (14) cognoſcere.

NOVELLA XLVIII. (*b*)

SI quis ſua manu conſcripſerit, vel alterius manui ſubſcripſerit ſive in ſuo teſtamento, ſive ſine teſtamento in quavis (15) chartula; & (16) modum ſubſtantiæ ſuæ declaraverit: idque fecerit heredibus ſuis omnibus præſentibus, vel omnibus abſentibus, vel quibuſdam ex his abſentibus, quibuſdam (17) præſentibus: non liceat heredibus ejus talem ſcripturam recuſare, nec dicere, quod unus ex coheredibus res quaſdam a teſtatore relictas ſubripuit (18), & cælavit (19). Si enim teſtator cum ſacramento expreſſerit nihil aliud ſibi ſupereſſe extra ea, quæ in præfata ſcriptura continentur; neceſſe habeant heredes ſcripturam ejus ſequi, ſive liberi ejus ſint, ſive extranei: neque ſervi (20) hereditarii tormentis ſubiiciantur, neque ulla alia probatione veritas (21) exquiratur. Hoc autem totum jus pertinet ad heredes: nam creditoribus nullum præjudicium faciet vox (22) teſtatoris, ejuſdemque debitoris. Licet (23) enim creditoribus omnia perſcrutari, & veritatem exquirere, & ſuo commodo uti. Sed heredes (24) neceſſe eſt ſequi (25) ea, quæ (26) teſtator dixerit, ſcripſerit [27], vel ſubſcripſerit; vel ſubſtantiam ſuam (28) quocumque modo declaraverit. Cæterum ſi vocem [29] teſtatoris reprobant: etiam hereditatem ejus amittant. Quod non ſolum in futuris caſibus, ſed etiam adhuc in cauſis (30) pendentibus teneas.

NOVELLA XLIX. (*c*)

I. (*d*) SI quis adverſus ſententiam judicis provocaverit; judicio appellationibus deſtinato præſto (31) non fuerit: liceat litigatori adverſario ejus intrare [32] in judicium (33), in quo provocatio exerceri debeat intra biennium tamem, & ut (34) unus verbi gratia menſis ſuperſit; & dicat ſuas allegationes judicibus etiam abſente eo, qui [35] provocavit. Judices [36] autem non omnimodo pro eo, qui præſto (37) eſt, ſententiam dicant [38]: ſed interdum etiam pro (39) abſente, ideſt pro eo, qui provocavit [40], judices victricem [41] calculum ferant (42), ſcilicet ſi bonam cauſam habeat. Ne (43) autem abſentia ejus impunita relinquatur: omnimodo provocationis impenſas adverſario ſuo præſtet, ſive vicerit, ſive victus fuerit. Quod ſi utrique, poſtquam ſtatuti dies legibus intraverint [44], in abſentia fuerint: maneat prior ſententia. Cætera autem jura [45], quæ de appellationibus poſita ſunt, in ſuo permaneant (46) ſtatu: nam hæc Conſtitutio de his loquitur, qui in abſentia fuerint,

(1) *inſtrumenta, vel monumenta.* (2) *quacumque.* alii, *quaque.* (3) *initium.* (4) & Imperii anno. *alii*, Imperii anno illo. [5] *poſt hæc.* (6) *Conſulum.* A. (7) *obſervantiam.* (8) *conſcribantur.* (9) *Hæc.* (10) *obſcuris.* (11) *inſtrumenta.* (12) *& claris.* (13) *quas poteſt.* alii, *& quas poſſit.* alii, *& quæ poſſit.* [14] *Latinis litteratus.* [15] *quavis.* (16) *charta.* (17) *vel.* [18] *ſubripuerit.* [19] *cælaverit.* (20) *& neque ſervi.* alii, *nec ſervi.* (21) *probatio veritatis.*

(22) *facit vox.* [23] *Liceat.* (24) *Et heredes.* alii, *Sed & heredes.* (25) *habent ſequi.* (26) *quæ eis.* (27) *conſcripſerit.* (28) *vel.* [29] *ſi voluntatem.* (30) *in adhuc.* alii, *in caſibus adhuc.* (31) *præſens.* (32) *ejus abſente intrare.* (33) *judicio.* (34) *ut.* (35) *illo, qui.* [36] *Judex.* (37) *præſens.* (38) *dicat.* (39) *& pro.* alii, *etiam.* [40] hæc verba in quibuſdam libris deſunt. (41) *victricem.* (42) *ferat.* (43) *Neque.* (44) *intervenerint.* A. (45) *omnia jura.* [46] *maneant.*

[*a*] Hæc eſt conſt. 3. collat. 5. in libro Auth. titulo *Ut præponatur nomen Imp. documentis.* Ab Haloandro eadem græce, & latine edita eſt.

[*b*] Eſt in libro Auth. Conſt. 2. ejuſd. collationis, titulo *de jurejurando a moriente præſtito propter menſuram ſuæ ſubſtantiæ.* Eam etiam edidit græce, & latine Haloander. Vide Auth. Quod obtinet. C. *de probat.*

(*c*) Hæc eſt in libro Auth. conſt. 11. collat. 5. titulo *de iis, qui ingrediuntur ad appellationem.* Hanc Haloander ut 50. conſtitutionem græce, & latine edidit: qui 49. deeſſe credidit: cui Ant. Contius ſubſcribit.

(*d*) Vide Auth. Ei, qui. C. *de temp. & repar. app.* cujus verba refert Grat. 2. *q.* 6. *c.* 40. Ei, qui.

UNED

rint, poſtquam ſtatuti dies intraverint (1).

II. [a] Eſt quædam Conſtitutio in quarto libro Codicis poſita, qua cavetur, ut ſi de fide litterarum dubitatio emerſerit: comparatio earum fiat (2) ex inſtrumento publico, quod per tabellionem factum eſt. Unde [3] quæſtio emerſit (4) ex cauſa cujuſdam, quæ erat (5) talis. Quidam proferebat chartulam (6) ſine tabellione compoſitam, & ex ea intentiones ſuas probabat; ſed adverſarius ejuſdem manus aliam chartulam ſine tabellione compoſitam proferebat, & ſuas allegationes confirmabat. Sed alter ex litigatoribus dicebat ei [7] litteras cartulæ [8] ſcriptas ejuſdem manu [9] non eſſe: ideoque comparationem fieri litterarum ex publico inſtrumento exigebat. Ille autem dicebat ſufficere comparationem fieri cum ea chartula (10), quam ipſe producebat adverſarius (11). Sed ex contrario ei reſpondebatur illam chartulam [12] ſine tabellione compoſitam eſſe. Quærebatur, quid juris ſit? Et noſter Imperator conſtituit (13) in hoc caſu etiam ex chartula ſine tabellione compoſita recte fieri comparationem litterarum; ipſe enim, qui tale inſtrumentum produxit, fidem ejus probaſſe primus (14) intelligitur. Fiant autem comparationes ex publicis ſcriniis; veluti ſi apocha prolata fuerit a menſa (15) glorioſiſſimi Præfecti Prætorio. Sed & quod ex publicis monumentis (16) prolatum fuerit; hoc quoque idoneum videtur (17) ad comparationem: quippe cum publico teſtimonio confirmetur. Omnes autem litterarum comparatores prius ſacramentum præſtent; & tunc deinde faciant comparationes (18).

III. (b) Omnes litigatores (19) poſtquam jusjurandum de calumnia juraverint [20]; hoc quoque jurijurando ſuo addent (21), quia non [22] dilationis, nec calumniæ (23) cauſa, nec vexandi (24) adverſarii gratia probationes in tota cauſa (25) ab adverſario ſuo exigant (26). Nam antea in unoquoque capitulo litis, ſi litigator (27) ab adverſario ſuo probationes exegiſſet, jurare cogebatur [28], quod non calumniæ cauſa probationes exegit. (29). Erat autem graviſſimum in una cauſa complura ſacramenta præſtare; ideoque unum jusjurandum ſufficiat (30).

NOVELLA L. [c]

*

NOVELLA LI. (d)

ERant quidam impii homines, qui mulieres miſeras in ſcenam prodire coartantes jusjurandum ab eiſdem (31) mulieribus exigebant, quod numquam meretrices eſſe deſinent (32). Hoc autem & crudele, & a pietate procul noſtro Principi (33) viſum eſt; ideoque conſtituit [34]; ut liceat meretricibus honeſtiorem (35) vitam eligere ſine aliqua pœna [36], ſine aliquo timore; quamvis juratoriam cautionem expoſuerunt (37). Hi autem, qui tale jusjurandum exegerunt, & contra caſtitatem operam ſuam (38) dedere (39): pœnæ nomine decem libras auri

(1) *ſtatutus dies intraverit.* (2) *fiat.*
[3] *Nam.* (4) *evenit.* (5) *eſt.*
[6] *chartam.* & ibi verſ. 11.
[7] *dicebat.* (8) *chartæ.*
(9) *ejuſdem.* (10) *charta.*
[11] *proferebat.* [12] *chartulam.* alii, *illam chartam.* [13] *Et nos conſtituimus.*
(14) *prius.* (15) *de menſa.* [16] *inſtrumentis.* (17) *videatur.* [18] *faciant comparationem.* alii, *comparationes fiant.*
(19) *Omnis autem litigator.*
(20) *juraverit.* (21) *addant.* Ivo. *addunt.*
(22) *quod non.* A. (23) *non calumniæ.*
(24) *non vexandi.* (25) *tota iſta cauſa.*
(26) *exigent.* alii, *exiget, jurare cogetur.*
(27) *cum litigator.* Ivo. (28) *compellebatur.* Ivo. (29) *exigit.*
(30) In quibuſdam libris additur: *quamvis antiqui per unam quamque calumniam dederint unum ſacramentum, quod nobis non placet.* In aliis additur: *quamvis aliqui pro unaquaque calumnia dederint, &c.* Hoc etiam loco additur hæc formula hujus ſacramenti, quam non eſſe Juliani, arbitror; ſed alicujus ſtudioſi: *Quod ſacramentum calumniæ fit ita. In primis quidem actor juret. Hanc litem, quam movi, calumniandi animo non movi; ſed exiſtimo me bonam habere cauſam; nec dilationis, nec calamniæ cauſa, nec vexandi adverſarii gratia probationes in tota hac cauſa ab adverſario meo nullas exigam. Sic Deus. Poſtea reus ita. Ego putans bona inſtantia * cauſæ ad contradicendum pervenio: nec dilationis, nec calumniæ cauſa, nec vexandi adverſarii gratia probationes in tota hac cauſa ab adverſario meo ullas exigam. Sic Deus.*
(31) *eis.* (32) *deſinant.* forte *deſinerent.* A.
(33) *noſtri imperii.* (34) *conſtituimus.* Ivo. *Princeps conſtituit.* (35) *honeſtam.*
(36) his verbis caret Ivo. (37) Ivo parte 8. *expoſuerint.* A. (38) *operam.*
(39) *dederunt.* Ivo.

[a] Vide Auth. Ad hæc. C. *de fide inſtr.*

(b) Vidend. Auth. Hoc ſacramentum. & Auth. In iſto. C. *de jurejur. pro calumn.* Juliani verba refert Ivo *parte* 16. decreti *cap.* 132. ut conſtit. 45. *cap.* 2.

[c] Hæc in Juliani, & Auth. libris deſideratur. Venetus liber partem Novellæ 41. hic repetit; id Scringerus, & Agylæus etiam aſſerunt. Addo, in eodem libro adſcriptum eſſe hujus Conſtitutionis initium fuiſſe, Recte nobis. Sic igitur ſtatuo hanc Conſtitutionem latinam fuiſſe ejuſdem ſententiæ cum 41. Græca. In Baſilicis hanc quoque inſertam non fuiſſe, Græci affirmant.

(d) Hæc eſt conſtit. 4. collat. 5. in libro Auth. tit. *Scenicas non ſolum ſi fidejuſſores præſtent, &c.* Eam Haloander græce, & latine edidit. Vide auth. Quod eis. C. *de nupt.* Juliani verba refert Ivo *parte* 8. *cap.* 37. decreti, ut conſt. Nov. 46. *cap.* 1. & *libro* 6. *tit.* 3. *cap. ult.* Panormiæ.

auri perſolvant (1) iiſdem meretricibus, quæ ſacramenta dederunt. Pœna autem decem librarum officio (2) Præſidis efflagitetur (3). Quod ſi Præſes neglexerit: de ſuo patrimonio pœnam præſtare cogatur, & magiſtratu ſibi commiſſo cadat: & non ſolum mulieribus, ſed etiam heredibus, & aliis ſucceſſoribus earum pœna ſolvatur (4). Hoc ſi privatus ſit, qui (5) ſacramentum a meretrice exegerit [6]. Sin autem ipſe Præſes ſacramentum (7) a meretrice exegerit: teneatur quidem eadem pœna (8); ſed exactio pecuniæ fiat officio militaris judicis, ſcilicet ſi talis judex in illis locis fuerit. Quod ſi militaris nemo fuerit judex: metropolitanæ civitatis Epiſcopus pœnam exigat; cui & vicinæ [9] provinciæ Præſes favere (10) debet forſitan majori imperio decoratus.

NOVELLA LII. [a]

I. [b] SI quis in aliqua civitate, vel vico debitores habuerit: poſteaque alios homines ex eadem civitate, vel vico in alia civitate, vel in alio vico, vel (11) nundinarum gratia degentes invenerit: non audeat eos, vel res eorum tenere; vel alieni (12) debiti nomine pecuniam ab (13) his exigere; vel pignora ab his extorquere. Nam ſi quid tale fecerit: omne quod inciviliter exegerit, in quadruplum reddere compellitur (14) ei, qui injuriam paſſus eſt. Sed & ſi quam actionem adverſus debitorem ſuum habeat, eam quoque amittat. Hæc [15] autem obſervari decet cura, & diligentia Præſidum; quibus graviſſime pœnæ imminebunt, ſi præcepta ſaluberrima (16) præſentis (17) Conſtitutionis neglexerint.

II. [c] Si quis imperatori donare voluerit: ſufficiat ei ad perfectam donationem inſtrumentum liberalitatis modum continens: & non cogatur hujuſmodi donationis inſtrumentum (18) publicis monumentis (19) intimare; quamvis quingentorum (20) aureorum quantitatem donatio facta excedat. Nam nec Imperatoris donatio in privatam perſonam facta publicis monumentis indiget.

NOVELLA LIII. (d)

I. (e) SI quis ex divina juſſione inſcriptis habita, vel ex calculo magiſtratus aliquem convenerit; ut in (21) aliis locis exhibeat, aut ſiſtat (22); ideoque & cautionem ab eo exegerit, quod intra certum tempus in judicium deſtinatum venturus ſit; poſteaque tempus quidem certum [23] tranſactum fuerit, & is quidem, qui (24) cautionem expoſuit, præſto ſit; adverſarius autem ejus, ideſt actor abſit; & decem dies poſt certum tempus tranſierint: liceat reo præſenti, abſente actore, intrare apud judicem, & docere ſuam præſentiam & actoris abſentiam, & ſtatim obſervatione [25] judicii abſolvatur: ita tamen ut ſacramentum præſtet de impenſis, quas impendit tam in profectione (26), quam in peregrinatione ſua: & in tanta quantitate (27) judex actorem condemnet. Cum autem ſoleant exſecutores litium etiam (28) ab actoribus cautionem exigere, quod omnimodo [29] peragant intentiones ſuas; ſin autem non peregerint, quod pœne nomine certos aureos præſtaturi ſunt: jubet Conſtitutio calumniam paſſo primum quidem pœnam cautionis ab actore præſtari: deinde ſi quid plus ſit in impenſis, quas reus fruſtra fecerit (30): hoc calculo judicis eidem reo præſtetur: ſacramento tamen ejus legitima taxatione [31] moderato. Hæc [32] enim ſi ita cuſtodiantur (33): jam deſinent (34) homines in alienam (35) vitam ludere; & ideo in locis competentibus (36) hac pœna perterriti litigabunt.

II. Solent actores, qui in CP. civitate homines trahere volunt; quos obnoxios ſibi dicunt (37), fidejuſſores (38) dare; & pœnam promittere peragendi litigii cauſa (39), & quod omni-

(1) *ſolvant.* (2) *per officium.* (3) *flagitetur.* Ivo. (4) *pœnam ſolvat.* Ivo.
[5] *probatum ſit, quod.* Ivo. (6) *exegit.*
[7] Ivo in Panorm. *ipſe ſacramentum.* Idem parte 8. *ſacramentum non.*
(8) Ivo in Panorm. *quidem teneatur ea pœna.* Idem parte 8. *ne teneatur quidem ea pœna.* (9) *Quod & qui vicinæ eſt.*
[10] *facere.* (11) hæc verba in quibuſdam libris deſunt. [12] *alicujus.* (13) *ex his.*
(14) *compelletur.* A. alii, *compellatur.*
(15) *Hoc.* [16] *ſaluberrima.*
(17) *hujus.*
(18) *hanc donationem.* alii, *hujus donationis inſtrumenta.* (19) *inſtrumentis.*
(20) *ducentorum.* (21) *ut.* (22) *ſe, vel ſiſtat.* alii, *ſe, aut ſiſtat.* (23) *certum.* alii, *quidem.* (24) *idem, qui.* (25) *ab obſervatione.* A. (26) *via.* (27) *in tantam quantitatem.* (28) *litium.* [29] *omnino.*
[30] *fecerit.* [31] *legitime.* [32] *Hoc.*
[33] *cuſtodiatur.* (34) *tunc deſinant.* alii, *jam deſinunt.* alii, *jam deſinant.*
[35] *aliam.* (36) *competentius.*
(37) *dicunt.* (38) *& fidejuſſiones.*
(39) *litigii.*

(a) Eſt in libro Authent. conſt. 5. ejuſd. collationis titulo *Ut non fiant pignorationes pro aliis perſonis.* Hanc etiam Haloander græce, & latine edidit.
(b) Vide Auth. Sed omnino. C. *ne uxor. pro mar.*
(c) Vide Auth. Item. C. *de donation.*
[d] Hæc eſt in libro Auth. conſtit. 6. collat. 5. titulo *de exhibendis & introducendis reis.* Edidit eam utraque lingua Haloander.
[e] Vidend. Auth. Quod fieri. C. *de dilation.*

omnibus modis vincant: & ſic permittitur (1) a provincia in urbem imperialem, quos ſibi reos (2) eſſe putant, abſtrahere. Cum autem ab alia provincia [3] in aliam provinciam (4) exhiberi [5] reos actores deſiderabant: ſine fidejuſſione hoc impetrabant. Sed noſter Imperator hac promulgatione (6) conſtituit; ut neque ab alia provincia in aliam exhibitio reorum ſine fidejuſſione fiat, & neque per (7) magiſtratus ampliſſimos, neque per glorioſiſſimum Quæſtorem ex perſona principis aliquid tale reſcriberetur (8): ideſt ut ſine fidejuſſione actoris reorum exhibitio ab alia in aliam provinciam fiat. Immo magis debet contrarium dictari; ideſt ut non aliter fiat exhibitio rei, quam ſi actor fidejuſſores (9) præſtiterit promittentes (10) quod omnimodo peragat cauſam, ac vincat: alioquin quod pœnæ nomine tot aurei præſtabuntur. Nam his eo modo ordinatis, ſi actor non peregerit cauſam, vel peragens non obtinuerit: committitur adverſus cum pœna, & adverſus fidejuſſores ejus; & reo præſtabitur. Si quid autem ultra quantitatem pœnalem exhibitionis occaſione reus impenderit: hoc ei juranti dari æquum eſt ſacramento ipſius antea (11) moderato per legitimam taxationem, ſicut in præcedenti capitulo (12) diximus.

III. (*a*) Si quis (13) ex ſententia judicis admonitus fuerit: habeat poſt admonitionem (14) viginti dierum ſpatium; ut liceat reo, vel recuſare judicem, vel alium (15) quoque petere, ut ſimul ambo judicent; vel forte id quod debet confiteri intra prædictos viginti dies. Poſtquam autem libellum accuſationis exceperit; perſonales præſtet fidejuſſiones; & ſportulas det Conſtitutioni noſtri Principis cognita. Subſcribat autem & contradictionis libellum; tempus quoque, & diem ſcribere eum oportet, quo libellum accuſationis excepit [16]. Cum autem litis conteſtatio fiat (17); interrogari debet a judice, ſi tranſierunt viginti dies [18] deliberationis. Hoc autem conſideretur (19) ex ſubſcriptione ejus, quam in libello (20) inſeruit. Nam intra viginti dies [21] litis conteſtatio facta (22) nullius momenti eſt. Si quis autem judicem recuſaverit, & alium pro eo petierit; eumque iterum recuſare maluerit, quem ſibi (23) judicem petiit [24]: non audiatur.

IV. (*b*) Si quis juratus promiſerit (25) obſervaturum ſe in judicio: deinde [26] ante litis conteſtationem imperialem urbem reliquerit, & duxerit ſe in aliam partem: liceat actori, & nondum (27) litis conteſtatione facta, adire judicem, & docere tergiverſationem rei. Et ſi quidem (28) inter magiſtratus ſit judex: jubeat omnimodo reum in judicium deduci (29). Sin autem inter magiſtratus non ſit; ſed ſit judex datus ab aliqua poteſtate; vel etiam ab (30) imperiali juſſione: referat hoc ipſum, ut ducatur reus juſſu magiſtratus, qui eum judicem eſſe deſtinavit. Præfiniatur autem [31] certus dies (32), intra quem ſi non venerit reus, & cauſæ diſceptatio fiat etiam eodem reo abſente; & in poſſeſſionem rerum ejus actor mittatur; & in tantum (33) jus pignoris habeat, quantus eſt debitæ quantitatis modus. Et poſtquam in poſſeſſionem rei actor (34) fuerit miſſus: non aliter reus eam accipiat (35), niſi omnia damna, quæ contigerunt (36) actori, reſarcierit; & dederit fidejuſſores (37), quod omnimodo actoris intentionem excepturus ſit ſive per ſe, ſive per legitimam perſonam. Hæc ita ſint (38), niſi forte ex juſta cauſa, & inexcuſabili reus in abſentia fuerit.

V. (*c*) Si quis caſu militaverit (39), & non ſolvendo deceſſerit: caſus militiæ ejus, quod ſcholaplacitum (40) a quibuſdam vocatur, non temere creditoribus concedatur. Etenim (41) ſi quis ad hoc ipſum, ut militaret, defuncto [42] mutuaverit (43): ipſe etiam (44) ſcholaplacito [45] fruatur, inope debitore defuncto. Sin autem liberi, & uxor a defuncto derelicti ſunt; adeant Principem, & accipiant eundem militiæ caſum; quamvis heredes defuncto non exti-

ti-

[1] *permittuntur.* (2) *conſcios.* (3) *a provincia.* [4] *in provinciam.* (5) *extrahere.* (6) *hanc promulgationem.* (7) *neque*, *&c.* & ibi verſ. 10. (8) *reſcribere.* alii, *ſcribere.* (9) *fidejuſſiones.* (10) *promittens.* (11) *antea.* [12] *capite.* [13] *Si autem.* (14) *monitionem.* [15] *vel alibi.* (16) *excipit.* alii, *excipiat.* (17) *conteſtatio fiet.* alii, *conteſtationem exceperit.* (18) *ſi tranſierint viginti dies.* alii, *ſi tempus viginti dierum tranſierit.* (19) *conſideratur.* (20) *libello.* (21) Ivo, *Intra viceſimum diem.* alii, *Nam intra viceſimum diem ſi.* alii, *Nam ſi intra viceſimum diem.*

(22) *facta eſt.* alii, *fiat.* [23] *ut aliquem ſibi.* Ivo. (24) *petat.* Ivo. (25) *promiſit.* (26) *deinde autem.* (27) *nondum.* (28) *Sed & ſi quidem.* (29) *in judicium duci.* alii, *in judicio duci.* (30) *etiam.* (31) *& præfigatur.* (32) *terminus.* (33) *in tantum modum.* alii, *tantummodo.* (34) *actor.* (35) *recipiat.* (36) *contigerint.* (37) *fidejuſſorem.* A. (38) *ſunt.* (39) *forte militaverit.* (40) *ſcholæ placitum.* (41) Ecce enim. (42) *militet, defunctus.* alii, *militet, defuncto.* alii, *militet, defunctis.* (43) *mutuaverat.* (44) *ipſe æque.* (45) *ſcholæ placito.* alii, *ſchola placita.*

(*a*) Vide Auth. Offeratur. C. *de litis conteſt.* cujus verba refert Grat. *3. q. 3. c.* 4. §. Offeratur. Juliani aliquot verba refert Ivo *parte* 16. *c.* 133. decreti, ut conſtit. 48. *c.* 3.
(*b*) Vide Auth. Et qui jurat. C. *de bon. auct. jud. p.*
[*c*] Vidend. Auth. Quod obtinet. C. *de pignor.* Hujus capitis verba Lud. Ruſſardus ex libro Jac. Cujacii retulit, nos ex And. Alciati veteri libro deſcripſimus.

titerint. Sin autem neque liberos, neque uxorem dereliquerit: tunc etiam cæteris creditoribus caſus militiæ ſubiiciantur, exceptis videlicet ſpectabilibus viris Silentiariis, quorum prærogativas proprias in eadem firmitate durare Conſtitutio jubet.

VI. (*a*) Diximus (1) in ſuperioribus mulierem (2) ſine dote nupta, & ſine cauſa repudiatam a marito, quartam partem ſubſtantiæ ejus (3) conſequi oportere (4) uſque ad centum libras auri: hoc ipſum conſtituimus, ideſt ut quartam partem mulier capiat defuncto marito (5) ſive complures (*6*) liberos habeat, ſive non. Illud autem certum eſt, quod mulier, ſive mobiles, ſive immobiles res habeat ſuas proprias, omnimodo eas ſine (7) deminutione deducere poterit [8]. Hæc autem omnia intelligi debent, ſi mulier idoneas facultates non habeat. Nam ſi inops non ſit, neque dotem dedit: gravare liberos defuncti quartæ partis ex actione non debet. Nam nec maritus, qui nullam donationem propter nuptias dedit, aliquid ex ſubſtantia uxoris ſuæ lucrabitur: niſi forte legatum ei (*9*) relictum eſt (10) a muliere, vel mulieri a marito: hoc enim quod relictum eſt, omnimodo capiat [11], ſive inops ſit, ſive non. Quod ſi inopi conſtitutæ mulieri maritus (12) legatum reliquerit (13) minoris quantitatis, quam portio quarta faciat (14): ſuppleatur (15) id, quod ei deerit [16].

NOVELLA LIV. (*b*)

I. (*c*) CONſtitutio eſt Imperatoris noſtri in undecimo libro Codicis (17) poſita, quæ jubet eum, qui ex libera matre, & adſcripticio patre natus eſt (18), ingenuum eſſe. Eam igitur Conſtitutionem præſens promulgatio jubet obtinere in his tantummodo caſibus, qui poſt Conſtitutionem illam contigerunt (*19*): qui antea [20] emerſerunt [21], antiquo jure dirimantur.

II. [*d*] Si eccleſia cum eccleſia, vel ptochium cum ptochio [22], vel eccleſia cum ptochio, vel monaſterium cum alio monaſterio (23), & ut (24) ſimpliciter dixerim, ſi venerabilis locus cum alio loco venerabili rerum immobilium permutationem facere maluerit; hæcque (25) fieri proſit utrique loco: liceat primatibus ejus permutare, decreto tamen prius celebrando (*26*) cum omni ſubtilitate, & jurejurando (27) apud locorum metropolitanos rei diſceptatione [28] procedente (*29*). Ut ipſi (30) deliberent (31), an ambabus partibus proſit permutatio rerum immobilium: & non indigeat res ſpeciali divina pragmatica forma. Hujus (32) autem legis excipiatur licentia magna (33) CP. civitatis eccleſia. Nullam enim rem immobilem [34] alienare permittitur (35), quemadmodum antea non permittebatur.

NOVELLA LV. [*e*]

LIceat eccleſiis, & aliis venerabilibus locis perpetuos inter ſe contractus emphyteuſeos [*36*] facere, decreto ſcilicet antea celebrato: dum tamen ita fiat emphyteuſis, ut ad privatam perſonam omnino (37) non extendatur. Sed hujus (38) legis licentia excipiatur magna CP. eccleſia, quemadmodum in anterioribus Conſtitutionibus.

NO-

(1) *Didicimus.* alii, *Diximus autem.* [2] *capitulis mulierem.* alii, *capitulis, quod mulierem.* (3) *ei.* (4) *oportet.* (5) *marito ſuo.* (*6*) *plures.* alii, *quam plures.* (7) *ſine.* (8) Poſt hæc addunt aliqui libri; *non ſubjectas mariti creditoribus, niſi ad hoc tantum, quod heres ei extiterit.* (*9*) *marito legatum.* (10) *erat.* alii, *ſit.* (11) *capiat.* (12) *maritus ſuus.* [13] *reliquit.* alii, *relinquat.* (14) *fiat.* alii, *quam fecit.* (15) *ſuppleat.* [16] *minus dedit.* (17) *Codicis.* [18] *natus erat.* (19) *contigerint.* alii, *contigere.*

(20) *qui autem ante illam.* alii, *qui autem antea.* alii, *quæ autem antea.* (21) *emerſerint.* (22) *ptochotrophium cum ptochotrophio.* (23) *vel monaſterio.* Ivo. alii, *vel monaſterium cum monaſterio.* (24) *vel, ut.* Ivo. (25) *hocque.* Ivo. alii, *hoc quoque.* alii, *& hoc quaſi.* alii, *& hoc quod.* (*26*) *celebrato.* (27) Ivo. caret his verbis. (28) *diſceptatione.* Ivo. (29) *præcedente.* A. (30) *ut & ipſe.* alii, *ut ipſe.* (31) *deliberet.* (32) *Ex hujus.* (33) *magnæ.* (34) *Nullas enim res immobiles.* (35) *permittatur.* (36) *emphyteuticos.* (37) *omnimodo.* (38) *Sed ex hujus.*

(*a*) Vide Auth. Præterea. C. *unde vir, & uxor.*

(*b*) Hæc eſt conſtit. 7. collat. 5. titulo, *Conſtitutionem, quæ ex adſcripticio, & libera natos liberos eſſe vult &c.* Hanc non habuit Græcam Haloander; ſed eam Scringerus græce, Agylæus latine ediderunt. Hæc conſtitutio, & duæ proximæ ſubſequentes in Baſilicorum libros relatæ non ſunt, ut a Græcis accepimus: eadem ratione in multis Græcis libris non ſcribuntur.

(*c*) Vide Auth. Antiqua. C. *de infant. expoſ.*

(*d*) Vide Auth. Item ſibi. C. *de ſacroſ. eccl.* cujus verba refert Grat. 10. *q.* 2. *c.* 2. §. Item ſibi. Juliani verba refert Ivo *parte* 3. *cap.* 189. decreti, ex *cap.* 10. conſt. 7.

(*e*) Eſt in libro Auth. conſt. 8. collat. 5. titulo, *Ut de cætero commutationes eccleſiaſticarum rerum non ficte fiant ad piiſ. Imper.* Hac etiam caruit Græca Haloander; edita eſt græce ab Hen. Scringero, & ab Agylæo latine.

UNED

NOVELLA LVI. (*a*)

SI quis in CP. civitate fuerit factus clericus: ſi quidem magnæ eccleſiæ clericus ſit; emphaniſtica præſtet, quæ ex conſuetudine præſtari (1) oportet. Sin autem alterius oratorii clericus fuerit (2); nihil ab eo emphaniſticorum nomine exigatur. Et ſi quis ab eo exegerit: ipſe quidem, qui exegit, amittat ſtatum clericatus, quem habet; is autem, a quo exactum eſt, gradum exactoris obtineat. Hæc autem omnia defenſores eccleſiæ cuſtodire debent; qui ſi neglexerint, decem librarum auri ſolutione multentur.

NOVELLA LVII. (*b*)

I. [*c*] SI Clerici ab eccleſiis ſuis (3) deſtiterint: alios clericos in locum eorum ſubrogari oportet (4): ſcilicet ut & (5) annonas, & dona eccleſiaſtica [*6*], quæ illis deſtitutoribus (7) præſtabantur, accipiant: & ſi poſtea deſtitutores redierint (8), nihil eis præſtetur: quia annonæ eorum, & dona [*9*] aliis clericis pro ipſis ſubrogatis præſtita (10) ſunt. Omnibus enim modis ſubrogatis clericis annonas (11) eorum præſtari decet (12). Nam neque deſtitutoribus (13) aliquid ab eccleſia dandum eſt, neque ad lucrum (14) œconomorum, vel aliorum, qui adminiſtrant, cedere. Si enim ſubrogati clerici prædictas annonas non acceperint: ipſi, qui ſolent adminiſtrare, eas de ſua ſubſtantia eis dare cogantur. Nam & ſi quas habeant (15) proprias poſſeſſiones, jubet Conſtitutio, ut ex iiſdem poſſeſſionibus certa prædia deputentur, ex quorum reditu ſubrogatis clericis annonæ præſtentur.

II. [*d*] Si quis eccleſiam ædificaverit, aut clericis annonas (16) ex ſubſtantia ſua dederit: non liceat ei, quos voluerit clericos in eadem eccleſia facere. Sed ſi voluerit ibi (17) quoſdam conſecrari, offerat eos beatiſſimo Patriarchæ: & ille, ſi viderit eos dignos, conſecret; & ſi non probaverit, arbitrio ſuo reiiciat.

NOVELLA LVIII. [*e*]

SI quis in domo ſua oratorium habuerit; non audeat in eo ſacram facere miſſam (18), niſi clericos catholicæ fidei habuerit deputatos (19) ex juſſione [20] religioſiſſimi (21) Epiſcopi civitatis [22], vel beatiſſimi Patriarchæ. Si quis autem (23) adverſus ea (24) fecerit: domus ipſius [25] fiſci juribus vindicetur (26), & ſit ſub indignatione Principis. Et ſi præfectus Prætorio poſtquam hoc (27) cognoverit non prohibuerit: quinquaginta (28) librarum auri multa plectetur [29], & apparitio (30) ejus ſimili pœnæ ſubiiciatur. Nulla autem invidia eſt unumquemque hominem Chriſtianum [31] in propriis ædibus oratoria [32] habere; & in his orare, & pſallere ſine clericis; ſacram autem miſſam non faciat (33).

NOVELLA LIX. (*f*)

HÆC Conſtitutio loquitur de impenſis, quæ in funeribus mortuorum fiunt. Et ante omnia mille centum ergaſteria in CP. civitate immunitatem habere juſſit, ut funera ducant. Sed & reditum funeribus deſtinatum a divæ (34) memoriæ Anaſtaſio Imperatore confirmavit, & funeribus deputavit. Et dedit ſingulis

(1) *præſtare.* (2) *factus fuerit.*
[3] *eccleſiis.* Ivo. (4) *neceſſe eſt.* Ivo.
(5) Ivo. *ut ſcilicet.* alii, *qui ſcilicet.*
[*6*] *eccleſiaſticas res.* [7] *illis lectoribus.* Ivo. alii, *illis.* alii, *eis deſtitoribus.* aliis utrumque verbum deeſt. (8) Ivo. *redierint.* alii, *deſtitores redierint.* (*9*) *eorum.* Ivo.
(10) *præſtitæ.* Ivo. [11] *annonæ.*
[12] *debent.* (13) *deſtitoribus.*
[14] *lucro.* (15) *habent.* (16) *annonam.* Ivo. (17) *ſibi.* Ivo. (18) *facere ſacras miſſas.* Ivo. alii, *ſacram celebrari facere miſſam.* alii, *ſacra myſteria facere.*
(19) *qui ei deputentur.* Ivo. alii, *deputatos ei.*
(20) *ex juſſu.* Ivo. alii, *& juſſu.*
(21) *religioſi.* Ivo parte *6.* (22) *illius civitatis.* (23) *Si quis.* (24) *hæc.*
(25) *domus ejus.* alii, *domus ipſa.* alii, *dominus ipſius.* (26) *addicatur.* Ivo. A.
(27) *hæc.* (28) *quadraginta.* [29] *pœna multetur.* alii, *quaſi multa plectetur.*
[30] *apparitor.* [31] *Chriſtianum.*
[32] *oratorium.* [33] *miſſa non fiat.* alii, *ſacram celebrari miſſam non faciat.*
(34) *a divinæ.*

[*a*] Hæc eſt conſtit. *9.* ejuſd. collationis hoc tit. *Ut ea, quæ vocantur inſinuativa &c.* Hæc non erat in Florentino libro, ut duæ ſuperiores; quia is liber poſt Baſilicorum librum conſcriptus eſt, in quo deerant, ut ſupra diximus. Hac de cauſa Haloander quoque his caruit. Venetus liber retinuit eaſdem a quo Scringerus græcam edidit, Agylæus eandem Latinam fecit.

[*b*] Hæc eſt conſt. 10. ejuſd. collat. titulo *Ut clerici, qui recedunt, aliis pro eis ſubrogatis præbeant emolumenta.* Hanc edidit græce, & latine Haloander, ut 58. conſtitutionem. Scringerus, & Agylæus, ut 57. Veneti libri ordinem ſecuti. Ant. Contius Noricæ editioni adhæſit.

(*c*) Refert Ivo *parte 6. c.* 424. decreti.

[*d*] Refert etiam idem Ivo *parte 6. cap.* 423. ut conſtit. 49. *c.* 2. & *parte* 3. *cap.* 190.

[*e*] Eſt in libro Authent. conſt. 12. ejuſd. collationis titulo *Ut in privatis domibus ſacra myſteria non fiant.* Hanc non habuit Græcam Haloander: quia neque in Florentino, neque in Baſilicis eſt. Scringerus eam græce, Agylæus latine ediderunt. Juliani verba refert Ivo *parte* 3. *c.* 191. & *parte 6. c.* 424. decreti, ut conſtit. 50. *cap.* 1.

(*f*) Albericus Roſatius verbo *Exequias* refert Novellam hoc titulo *de expenſis, quæ fiunt circa defunctorum exequias.* Hæc in libro Auth. deſideratur. Edidit eam Haloander græce, & latine.

UNED

gulis cadaveribus, ſive ſingulis lectulis mortuorum unum aſceterium, ideſt octo ſanctimoniales pſallentes, & tres acolythos. Ut neque ſanctimoniales, neque acolythi omnino aliquid accipiant ab his, qui funera mortuorum deſiderant, ſed gratis eum deducant. Sin autem cognati, vel amici defuncti unum alterum aſceterium, vel etiam duo adhibere vellent (1), neceſſe eſt eos aliquid præſtare, non tamen immodicum, ſed hujus legis definitione moderatum. Nam ſi quidem intra novos muros cadaver deponatur: tremiſſem aſceteriis præſtari æquum eſt; & acolythis poſt tres illos, qui gratis miniſterium faciunt; ſi alii tres adhibiti fuerint, ſiliquas tres dari oportet. Sin autem ſex acolythi ſint, ſex ſiliquas accipiant; & deinceps ita fiat. Sin autem longius ſpatium ſit; & decani, qui lectuli miniſterium faciunt, plures ſint: modicum aliquid & ipſis præſtabitur. At Sycorum (2) tranſitus intra novos muros videatur eſſe. Sin autem extra novos muros, vel in alio tranſmarino loco cadaver poneretur: tunc ſanctimoniales quidem, quæ poſt unum aſceterium adhibitæ ſunt, ſemiſſem accipiant; acolythi autem ſingulorum aſceteriorum quattuor ſiliquas. Unum autem aſceterium, quod ex [3] neceſſitate; ante cadaver pſallet (4), & acolythi ejus nihil (5) omnino accipiant; ſed faciant miniſterium gratis. Sin autem aliquis velit unum ex maximis lectis accipere ad honorem defuncti; vel ſi (6) inauratum lectum adhibuerit: tunc [7] tantum præſtet aſceteriis, & decanis, quantum pepigerit: ita tamen ut duodecim aureorum quantitatem non excedat.

NOVELLA LX. (*a*)

I. (*b*) SI quis debitorem ſuum ægrotantem, & periclitantem [8] mori moleſtare [9] voluerit pro debito ſuo: non liceat ei hoc facere; cum neque uxori ejus (10), neque liberis aliquam inquietudinem (11) inferre permittitur [12]; neque ſigna ædibus ejus imponere: niſi poſt mortem ejus (13) debitoris lite conſiſtente judicialis calculus prolatus fuerit, & legitima ordinatio ſecuta ſit (14). Sed neque mortuo debitore deductionem ejus, & funus (15) impediat. Si enim tale aliquid perpetraverit: actionibus ſuis cadat (16), ſive juſtas habeat intentiones (17), ſive non, & non ſolum debitam ſibi quantitatem amittat; ſed etiam alterum tantum (18) heredibus ejus pro injuria defuncti præſtare compellitur (19). Et non ſufficiunt iſtæ pœnæ, cum & tertia pars bonorum ejus publicetur, & ipſe infamia notetur. Hæc autem omnia in CP. civitate cura, & diligentia cuſtodiantur tam Præfecti Urbis, quam Præfecti Prætorio; Magiſter (20) quoque Officiorum his invigilare (21) debet, & apparitores (22) eorum. In provinciis autem præſides ea obſervabunt, & alii magiſtratus ſive civiles ſint, ſive militares. Quod ſi ea [23] neglexerint: magiſtratus quidem imperialis urbis cum ſuis apparitoribus viginti librarum auri pœna multentur [24]; provinciarum autem magiſtratus quinque libras auri pœnæ nomine dare cogantur.

II. [*c*] Si quis ex magiſtratibus CP. civitatis cauſam audierit; non audeat poſt litis conteſtationem in totum (25) eam derelinquere [26]: nec conſiliarii ejus ſententiam definitivam per ſemetipſos (27) proferre (28). Sed litis quidem (29) conteſtatio modis omnibus apud (30) ipſos magiſtratus [31] fiat, & ultima cognitio poſtquam alias allegationes litigatores adſerere nolint (32). Sententia quoque definitiva ab ipſis magiſtratibus proferatur, ſive majores ſint, ſive minores, præſentibus etiam conſiliariis eorum. Sed appellationes (33) eorum ipſi (34) ſuſcipiant (35); & inter eos, qui ex provocatione litigant, certamina compeſcant. Quod ſi vel (36) magiſtratus, vel conſiliarii eorum contra præſentis Conſtitutionis ſtatutum (37) quippiam ſibi (38) præſumpſerint: magiſtratus quidem viginti librarum auri pœna multentur; conſiliarii autem, ſi quidem advocati fuerint; advocatorum ordine cadant. Sin autem inter advocatos non ſint, ſed forte cingulo decorati: honorem ſuum amittant, & decem librarum auri pœna multentur; eaſque omnes (39) pœnas Comes Rerum Privatarum exigat. Quod ſi (40) neglexerit: ſciat ſe publicas rationes de ſua ſubſtantia repleturum. Hæc autem diximus (41) de magiſtratibus imperialis urbis, qui diverſis occupationibus fa-

(1) *velint.* (2) *A Sycas autem.* (3) *ex quo.* (4) *pſallit.* [5] *ejus nihilominus nihil.* (6) *vel.* [7] *hic.* (8) *vel periclitantem.* (9) *moleſtare.* [10] *uxori.* (11) *injuriam.* [12] *afferre permittatur.* Ivo. alii, *afferre permittitur.* (13) *mortem.* Ivo. (14) *eſt.* (15) *funeris.* [16] *cadit.* Ivo. (17) *juſtam habeat intentionem.* (18) *tantum aliud.* alii, *aliam tantam.* alii, *aliam.* (19) *compellatur.* Ivo.

(20) *Magiſtratus.* (21) *in his vigilare.* (22) *apparitiones.* alii, *apparitores omnes.* [23] *ſi.* (24) *multabuntur.* (25) *in toto.* (26) *relinquere.* (27) *ſe ipſos.* (28) *perferre.* [29] *litis.* (30) *apud.* (31) *ipſum magiſtratum.* (32) *noluerint.* (33) *Et appellationes.* (34) *ab eis interpoſitas.* (35) *ſuſcipient.* [36] *Quod ſi.* (37) *ſtatuta.* (38) *venire.* (39) *eaſque.* [40] *qui ſi.* (41) *dicimus.*

[*a*] Hæc eſt in libro Auth. conſt. 13. collat. 5. titulo *Ut defuncti, ſeu funera eorum non injurientur a creditoribus.* Ab Haloandro eadem græce, & latine edita eſt.

(*b*) Vide Auth. Item qui. C. *de ſepulcr. viol.* Juliani verba refert Ivo *parte* 16. *cap.* 134. decreti, ut conſt. 52. *cap.* 1.

[*c*] Vide Auth. Ad hæc. C. *de judiciis.*

fatigati totas litigiorum (1) cognitiones ſuſcipere non poſſunt; ſed ſolam litis conteſtationem & ultimam cognitionem audire coguntur (2), & ſententiam definitivam dicere, & appellationem ſuſcipere, & provocationum cognitiones diſcernere. Alii autem judices, qui magiſtratus CP. civitatis non ſunt, ſed ab Imperatoris juſſione deſtinati, ſive in principali (3) civitate, ſive in provinciis; cum Conſiliariis ſuis omnes litigiorum partes audiant. Alioquin & dignitates ſuas amittant, & viginti libras auri pœnæ nomine ſolvant. Conſiliarii autem eorum ſi quid adverſus hujus Conſtitutionis præcepta fecerint & civitate (4), in qua non obſervaverint (5) iſtam (6) Conſtitutionem, expellantur (7) in exilium, & ſint infamia inuſti.

NOVELLA LXI. (a)

SI quis donationem propter nuptias mulieri conſcripſerit ſive pro ſe, ſive pro alio, ſive pater pro filio ſuo, ſive mater, ſive cognatus pro cognato (8), quivis extraneus (9) pro alio donationem propter nuptias conſcripſerit, in qua etiam res immobiles ſint: non liceat marito aliquam rem de rebus immobilibus alienare, vel hypothecæ titulo obligare, nec ſi conſenſerit (10) in alienatione, vel hypotheca mulier. Sed ſi [11] quid contra hanc legem factum, ſcriptumve fuerit: hoc pro infecto ſit, & pro non ſcripto habeatur: niſi forte obſervatio illa cuſtodiatur, quæ de interceſſionibus feminarum in quarto libro Codicis poſita eſt Titulo *Ad S. C. Vellejanum*: ideſt ut poſt primum conſenſum biennio tranſacto aliud inſtrumentum a muliere conſcribatur, in quo ſe fateatur priorem ſuum conſenſum comprobare (12): alioquin prior conſenſus nullius momenti eſt. Immo etiam ſi ſecundus conſenſus (13) priorem voluntatem poſt biennium confirmaverit; non omnimodo (14) valebit, ſed ita demum ſi ex aliis mariti facultatibus (15) ſatis eidem mulieri fieri poſſit in donatione propter nuptias: alioquin nec ſecundus, nec tertius conſenſus lædere mulierem (16) poterit. Hæc autem dicimus non ſolum in donatione propter nuptias, ſed etiam in dote: ſi quas res dotales alienare, vel obligare maritus voluerit. Emptores autem, vel (17) creditores, quibus res alienatæ vel obligatæ ſunt, nullam injuriam patiantur. Nam & ſi quod (18) ad mulieres pertinet, actionibus careant ſuis: attamen aliæ mariti (19) facultates, & ipſi mariti (20) neceſſario eis permanent obligati (21). Hæc autem Conſtitutio prærogativis dotium nullum præjudicium facit. Nam prærogativas datas integras (22) ineſſe dotibus Conſtitutio jubet: ita tamen ſi de dotibus actiones mulieres moveant (23). Aliis autem (24) perſonis privilegium in actione dotis, nec antea datum eſt, nec modo (25) datur. Ea autem Conſtitutio non in præteritis, ſed in futuris caſibus non valeat.

NOVELLA LXII. (b)

I. HÆC Conſtitutio jubet provocationes in conſultationibus non tantum ſine conventu (26) ampliſſimis magiſtratibus, ſed etiam omnibus ſenatoribus induci: ut [27] totus ſenatus cauſas appellationum audiat, & conveniat: quamvis ſilentium tantum ſine conventu ſenatoribus denuntiatum fuerit. Silentio enim conventum ineſſe videri. Audiant itaque provocationes ſanctis evangeliis propoſitis: & quod ſibi viſum fuerit, Imperatori referant: ut ex divina ſententia ejus ſenatus calculus confirmetur.

II. Urbicaria (28) Præfectura omnibus aliis præſideat dignitatibus: & poſt Præfectum cæteri Patricii numerentur. Et ſi quidem [29] inter eos Conſularibus inſignibus decorantur, ſecundum Conſularem ordinem, & prærogativas Conſulatus ſui ſedeant: ut tamen anteponantur ordinarii Conſulares honorariis Conſu-

la-

(1) *litigatorum.* (2) *cogantur.* (3) *imperiali.* (4) *ex ipſa pelli civitate.* [5] *ſervaverint.* (6) *hanc.* (7) *& ipſo proprio cadere honore.* (8) *pro alio cognato.* alii, *propter cognatum.* (9) *quis extraneus.* alii, *quivis alius.* (10) *conſenſerint in alienatione, vel hypotheca mulieres.*

(11) *Et ſi.* (12) *approbaſſe.* (13) *ſecundo conſenſu.* [14] *omnino.* [15] *facultatibus.* (16) *eam.* (17) *autem &.* [18] *quod.* alii, *quantum.* [19] *aliæ uxoris.* (20) *ipſius mariti.* alii, *ipſe maritus.* (21) *permaneant obligatæ.* alii, *permanet obligatus.* [22] *integras.* (23) *mulier moveat.* (24) *enim.* (25) *nunc.* [26] *tantum in.* alii, *tantum.* (27) *fit ut.*

(28) *Urbicana.* (29) *Et Conſules, & qui.*

[a] Eſt in libro Auth. Conſtit. collationis 5. titulo *Ut immobilia antenuptialis donationis neque hypothecæ dentur &c.* Hanc Haloander græce, & latine edidit. Vide Auth. Sive a me. C. *ad* S. C. *Vellejan.* Auth. Permiſſa. C. *de don. ante nupt.*

(b) Accurſ. in Conſt. 3. de Conſulibus *lib.* 12. refert Novellam *de ord. ſe.* hoc eſt de ordine ſenatorum, non ut aliqui ſuſpicantur, de ordine ſedendi. Hanc eſſe ex libro Juliani And. Alciati cognovi, quæ hoc loco in libro Auth. deſideratur. Eam latinam fuiſſe ex epitome, quam Haloander edidit latine, didicimus. Ejus initium fuiſſe aſſerit (Ante de his ipſis) titulum *de conſultationibus.* Græcam epitomen fatetur ſe deſcribere non potuiſſe, ſed ſententiam ejus tradidiſſe. Mihi Florentinus liber Marcianæ bibliothecæ habere viſus eſt titulum *de ſenatoribus*, ut Venetus liber, quem Scringerus, & Agyleus ſequuntur. Initium vero in Florentino libro eſt mendoſe [Antilidiſſimis] pro quo *Antiquiſſimis* ſcribendum eſſe ſuſpicatus ſum, Sed poſtea in aliis Græcorum ſcholiis reperii *Antiquis temporibus*, Antonio Contio placuit Norica editio, eique immiſcuit Juliani verba ex libro Cujacii. Agylæus, & Ruſſardus eadem verba retulerunt.

laribus. Poſt Patricios autem (1) tam Conſularium, quam præfectorum, & (2) Magiſtrorum Militum, & [3] illuſtrium virorum ordo ponatur (4). Omnes autem iſti liberam habeant facultatem in ſenatu ſententiam dicere. Qui autem propter cingulum magiſtratus a ſenatoribus honoratur [5]: etiam poſt depoſitionem cinguli ſui inter ſenatores connumeretur (6). Liceat autem Illuſtribus viris Patriciatus codicillos accipere; quamvis neque Conſulares, neque Præfectorii (7) facti ſunt: quod non ſolum in futuro tempore, ſed etiam in præterito Conſtitutio relaxavit. Illud autem certum eſt, quod tertiam partem ſportularum in ingreſſu dignitatis dare compelluntur (8): omnibus aliis ex conſuetudine ſportulis dandis in quavis promotione ſua firmitate [9] durantibus. Qui autem præſentem Conſtitutionem non obſervaverint; pœna quinquaginta librarum auri plectantur [10]: quæ pœna non ſolum ipſis violatoribus [11] Conſtitutionis imminebit; ſed etiam aliis, qui violare (12) eam conceſſerint (13).

NOVELLA LXIII. (*a*)

HÆC Conſtitutio localis eſt: nam de his loquitur ædificiis, quæ in CP. civitate per calliditatem imponuntur. Zenoniana (14) enim Conſtitutio jubet conſpectum maris (15) non poſſe aliquem ab alio excludi; niſi centum pedes in medio utrorumque ædificiorum fuerint. Sed quidam in prædicta Regia urbe talem machinationem invenerunt. Cum enim volebant intra centum pedes domum ædificare: poſuerunt parietem extra centum pedes altiſſimam (*16*); & conſpectu maris [17] ſubtracto intra centum pedes domum ædificaverunt; quaſi nullam conſpectionem jam maris habentem e vicino [18]: poſteaque parietem illam, quam (19) per fraudem erexerunt, depoſuerunt: & ipſius maris conſpectum habere cœperunt. Hæc itaque Conſtitutio contra tales aſtutias promulgata eſt: & præcepit, ut nemini liceat ædificium, vel ultra centum pedes imponere, niſi revera domum ædificare maluerit. Alioquin ſi ſolum parietem erexerit; non ut cuſtodiat præcepta legum; ſed ut fraudem legibus faciat: primum quidem ex hujuſmodi improba machinatione nullum inveniat commodum quia deprædata videtur domus, quæ conſpectum maris perdidit, ut in vendendo (20) †. Nam ædificium fictum deponi jubetur. Deinde ipſe, qui auſus eſt contra leges alienam voluntatem [21] rapere: vi bonorum raptorum actione in [22] quadruplum tenetur; decem quoque librarum auri pœna multabitur non ſolum ipſe, qui tale facinus perpetrare conatus eſt; ſed etiam qui præſentem legem violare conceſſerit (23). Decem autem librarum auri pœnam inferri jubet in arca theatrali glorioſiſſimi Præfecti hujus Regiæ urbis.

NOVELLA LXIV. (*b*)

ET hæc Conſtitutio localis eſt. Loquitur enim de hortulanis, qui in hac Regia urbe, vel in ſuburbanis ejus hortos aliquibus conducunt, vel emphyteuſim in eiſdem hortis contrahunt. Si enim conductionis, vel emphyteuſeos nomine hortos acceperint; ſi quidem holera habent, æſtimationem holerum fieri, & eo tempore, quo horti dominis reſtituuntur, ſimiliter holerum quot [24] laboraverunt, tantum æſtimatio fiat. Non autem propter emponemata, & ſtercolinium aliqua ratio moveatur. Sin autem ſine holeribus hortus ſit, ſimiliter ſine holeribus reſtituatur: & nulla item (25) æſtimatio fiat de ſtercolinio. Æſtimationem autem definiri Conſtitutio jubet non ſolum ab ipſis hortulanis, ſed etiam ab his, quos Summarios conſuetudo appellat. Quod ſi quis forſitan locum ſpinoſum hortulano locaverit, vel emphyteuſeos nomine dederit; & ille eundem locum excoluerit: tam culturæ mercedem capiat, quam holeris æſtimationem quinque librarum auri pœna multando eo, qui præſentem Conſtitutionem violare conetur.

NOVELLA LXV. (*c*)

HÆC Conſtitutio localis eſt: nam promulgata eſt de eccleſia Myſiæ: & jubet,

(1) *Et poſt hos.* (2) *quam Præfectoriorum, &c.* alii, *Præfectorum, quam.*
(3) *Militum.* [4] *Illuſtrium neque Præfecti, neque Præfectorii.* (5) *ſenatoribus connumerantur.* forte, *ſenatoribus numeratur.* A. (6) *connumerentur.* (7) *Præfecti.* alii, *Præfecti Prætorii.* (8) *compellantur.*
(9) *ſua firmiter.* alii, *in ſua firmitate.*
[10] *plectentur.* (11) *violatoribus ipſius.*
(12) *violari.* (13) *conſenſerint.*
(14) *Leoniana.* (15) *aeris.* (16) forte, *altiſſimum.* (17) *aeris.* & ibi verſ. 36. 39. & 48. (18) forte, *habente me vicino, vel habente vicino.* A. (19) forte, *illum quem.*
(20) *ut invadendo.* forte, A.
(21) *voluntatem.* (22) *actione ad.*
(23) *violari conſenſerit.* forte.
(24) *quæ.* A. (25) *iterum.*

(*a*) Hæc eſt conſtit. 15. dictæ collat. 5. titulo *de novi operis nuntiatione maritimi aſpectus.* Eam græce, & latine Haloander edidit. Vidend. Nov. 165.

(*b*) In libro Auth. hæc conſtitutio deſideratur. Ab Haloandro utraque lingua eſt edita ſub titulo *de hortulanis.*

(*c*) Hæc etiam in Auth. deſideratur. Scripta autem fuit latine, cujus initium fuiſſe Haloander refert [Scimus antea legem] titulum vero *de iis, quæ relicta ſunt eccleſiæ Myſiæ.* Ejuſque Græcam, & Latinam epitomen edidit. Sed nos in epitome Conſtitutionum eccleſiaſticarum hoc initium legimus *Scimus antea promulgaſſe.* Juliani verba refert Lud. Ruſſardus.

bet, ut ſi quis rem immobilem eidem eccleſiæ dederit, vel reliquerit certum reditum habentem: & adjecerit, ut in continentiam pauperum reditus adminiſtretur: hujuſmodi legatum, vel hereditas, vel donatio nullo modo alienetur. Quod ſi incertus redditus eorum ſit; domus autem relictæ, vel vineæ [1] procul a civitate fuerint [2], in qua eccleſia poſita (3) eſt, cui legatum, vel donatio facta fuerit (4): tunc liceat tales poſſeſſiones vendere. Sin autem domus, vel agri aut intra civitatem, vel circa muros ejus fuerint: teſtator autem voluit eam venundari, & ex pretio eorum redemptiones, vel alimonias fieri: tunc ſecundum tenorem verborum teſtatoris & in his venditio celebratur (5). Talis enim rei actus firmus eſt (6).

NOVELLA LXVI. [a]

HÆC Conſtitutio jubet leges de ordinandis teſtamentis a noſtro Imperatore ſcriptas, poſt duos menſes ab intimatione earum numerandos tenere: commemoravit autem etiam de reformatione Falcidiæ, ideſt (7) de ea Conſtitutione, quæ pro quadrante triente, vel ſemiſſem paternæ ſubſtantiæ, ſive maternæ filiis dat. Duos autem menſes ita dinumerant, ut in CP. quidem civitate ex eo tempore cedant, ex quo propoſita eſt Conſtitutio; in provinciis autem poſtquam intimata eſt. Ut poſt intimationem ejus duorum menſium ſpatium expectetur: poſteaque ſecundum ea, quæ in eadem Conſtitutione continentur, teſtamenta ordinari oportet. Quod ſi intra duos menſes ſecundum veteres (8) leges contra Conſtitutiones [9] Imperatoris noſtri aliqui teſtati fuerint (10); teſtamenta eorum robur pleniſſimum habeant (11).

NOVELLA LXVII. (b)

I. (c) NUllus audeat ædificare eccleſiam (12), vel oratorium ante quam civitatis Epiſcopus veniat, & vota faciens ſanctiſſimam crucem infixerit publice in eodem loco procedens, rem manifeſtam omnibus faciens (13). Unuſquiſque autem ante (14) ædificationem loquatur Epiſcopo; & præfiniat (15) modum, qui ad (16) luminaria, & ſacrum miniſterium (17), & cuſtodiam oratorii, & alimonias eorum, qui ibi obſervant (18), ſufficiat. Et ſi hæc ſufficientia viſa fuerint; faciat prius donationem eorum, poſteaque domum (19) ædificet. Sin autem ea, quæ ab ipſo [20] præfinita ſunt, non ſufficiant (21) ad conſtituendum [22] oratorium; æquum eſt vetera oratoria, quæ forte ruinam minantur, reparare arbitrio (23) religioſiſſimi civitatis Epiſcopi (24).

II. Si Epiſcopus (25) multum tempus (26) ab eccleſia ſua defuerit, & in aliis locis degat [27]: œconomus eccleſiæ (28) ejus impenſas ei non adminiſtret [29]. Nam tales inanes ſumptus melius eſt in eccleſiam ſuam (30) & in alias res ad pietatem pertinentes præſtare. Teneant (31) autem in talibus Epiſcopis (32) etiam ea, quæ in (33) prioribus ſanctionibus cauta ſunt (34).

III. Si alienatio immobilis eccleſiaſticæ [35] rei celebranda (36) ſit: decretum quidem omnibus modis procedat ſecundum ſupra relatam [37] Conſtitutionem. Adeſſe autem decreto debet non ſolum Epiſcopus, & clerus eccleſiæ ejus, cujus prædium alienare deſiderant; ſed etiam metropolitanus Epiſcopus [38], cum prædicta jam [39] obſervatione, & duo Epiſcopi ex conſilio (40) ejus adſint.

NOVELLA LXVIII. (d)

HÆC Conſtitutio loquitur de liberorum morte, ut pacta dotalia, quæ ex caſu mortis liberorum aliquid (41) matri conferunt, teneant, & dirimantur ſecundum Divi Leonis Conſtitutionem: ſcilicet ſi ante Novellam (42) Conſtitutionem Imperatoris noſtri contigerunt. Ve-

(1) *relicta, vel vinea.* (2) *fuerit.* [3] *ſita.* (4) *legato, vel donatione data fuit.* [5] *celebretur.* (6) addit Ruſſardus, *D. CP. Joanne COS.* A. (7) *legis, ideſt.* (8) *ſervantes.* (9) *Conſtitutionem.* (10) *fuerunt.* (11) *habent.* (12) *monaſterium, eccleſiam.* (13) *faciat.* (14) *ante.* Ivo. (15) *præſumat.* (16) *quod ad.* Ivo. (17) *ſacro miniſterio apta.* Ivo. alii, *& ſacrum myſterium.* (18) *ſerviunt.* (19) *& poſtea domum.* Ivo. alii, *poſteaque domum ibi.* (20) *quæ ab eo.* Ivo. alii, *ea, quæ ab eo.* (21) *ſufficiunt.* Ivo. (22) *conſtruendum.* quidam. Ivo, *cuſtodiendum.* [23] *cum arbitrio.* Ivo. (24) *Epiſcopi.* (25) *Si quis Epiſcopus per.* alii, *Si Epiſcopus per.* (26) *temporis.* (27) *degerit.* (28) *aut eccleſia.* (29) *adminiſtrent.* (30) *in eccleſia eſſe.* (31) *Teneantur.* (32) *Epiſcopi.* (33) *quæ.* (34) *ſunt, ſervare.* (35) *eccleſiæ.* (36) *celebrata.* (37) *dictam.* (38) *Archiepiſcopus.* (39) *prædicta.* (40) *conſilio.* (41) *lucrum.* (42) *novam.*

[a] Hæc eſt in libro Auth. conſtit. 16. collationis 5. titulo *Ut factæ novæ conſtitutiones poſt inſinuatione earum poſt duos menſes valeant.* Hanc Haloander græce, & latine edidit.

(b) Hæc eſt conſtit. 17 ejuſdem collationis titulo *Ut nullus fabricet oratoriid omos præter voluntatem Epiſcopi.* Eam etiam Haloander græce, & latine edidit.

(c) Refert Ivo Carnotenſ. *parte 3. c. 192.* decreti, ut ex conſt. 59. *c.* 1.

(d) Hæc in libro Authent. & in Norica editione Haloandri deſideratur. Non fuiſſe in Baſilicis Græci affirmant. Græcam tamen edidit Scringerus ex Veneto Beſſarionis libro, Latinam Ant. Contius, & Hen. Agylæus hoc titulo *Ut Conſtitutio ſacratiſſ. Imp. de ſucceſſionibus nuptialium lucrorum, quæ non extantium liberorum lucra introducit, obtineat in iis factis, quæ acciderunt poſt conſtitutionem &c.*

Veluti mater vidua liberos habens ad ſecundas nuptias pervenit (1) : & ante nuptias donatio ad filios pertinuit: poſtea filii deceſſerunt, & ad ſuos heredes eandem ante nuptias donationem tranſmiſerunt ſecundum Conſtitutionem Divi Leonis: ſed poſt Conſtitutionem noſtri Imperatoris, quæ mortuis liberis emolumentum matri præſtat, non retrahuntur res ab heredibus filiorum: quia ſemel ante Conſtitutionem eiſdem heredibus competierunt. Si quid autem poſt Conſtitutionem noſtri Imperatoris tale contigerit, in hoc Leonianæ legi locus non erit.

[1] *pervenerit.* alii, *venit.*

JULIANI ANTECESS. CONSTANTINOP.

NOVELLARUM JUSTINIANI IMP.

EPITOMES PARS II. (1)

NOVELLA LXIX. (a)

I. HÆC Conſtitutio jubet, ut omnes (2) Romani tam in civilibus, quam in criminalibus cauſis juriſdictioni (3) Præſidum provinciarum ſubiiciantur: & nemo in aliqua cauſa obnoxius privilegium præſidi provinciæ opponat, quaſi non ei ſubjectus ſit; niſi [4] ſpecialiter pragmatica ſanctio prolata duci (5) eum juſſerit. Ideoque ſive de dominio alicujus rei, ſive de agrorum finibus, ſive de hypothecis, ſive de nuda poſſeſſione, ſive de alia quavis pecuniaria, vel criminali cauſa litigium inter partes emerſerit: non liceat reo privilegium ſuum opponere præſidali judicio, ſive ex imperialibus litteris, ſive ex majoris judicis juſſione. Sed omnibus modis in eo loco pulſetur, ubi aliquid egerit, vel admiſerit, ſive de maxima, ſive de minima re quæratur (6), veluti (7) de gallina: quamvis enim minima videatur hujuſmodi res (8) eſſe; attamen juſtitiæ ratio non ex quantitate, ſed ex ſuis regulis debet æſtimari. Nam & quod aliis viliſſimum eſſe videtur, hoc aliis (9) pretioſiſſimum eſt. Et omnino (10) ſive bovem, ſive aliam qualemcumque (11) rem alicui ſubripuerit [12]; in eadem provincia pulſetur, ubi tale peccatum admiſerit (13). Nam & probationum [14] copia in externis (15) locis non ſimilis agentibus eſt. Et hæc (16) quidem dicimus, ſi utraque pars in præſentia (17) ſit: ut in eodem loco modis omnibus lis (18) dirimatur, in quo aliquid admiſſum eſt.

II. Quod ſi actor quidem præſto ſit, reus autem abſit; ſed actores ipſius, vel procuratores, vel conductores, aliquid egerint, aut deliquerint (19): ille quidem, qui fecit, omnimodo (20) accuſetur; ipſum autem litigium maneat in ſuſpenſo, donec rerum domino (21) cauſa fuerit declarata. Tempus autem dilationis ex locorum ſpatio dari debet: nam ſi quidem una, vel duabus provinciis interpoſitis Domini [22] rerum in proximis locis degant (23): quattuor menſes ad dilationes ſufficiunt. Sin autem in longinquo abſint [24], veluti in Palæſtina, vel in Ægypto: octo menſes ad (25) dilationem dari oportet (26). Sin autem vel in Italia (27), vel in Africa morentur (28): novem menſes ſtatui debent. Eadem (29) dicimus, & ſi in Arctois locis principalis perſona degat.

III. Et ſi quidem rerum dominus illi commiſerit cauſam, qui apud eum retulerit: neceſſe eſt, ut ipſe (30) pulſetur abſentis domini nomine. Sin autem alium litigare maluerit: & hoc (31) liceat ei facere, dum tamen procurator ipſius, & defendat [32] cauſam, & modis omnibus impleat, quod judex judicaverit; niſi provocatio ſit ſubſecuta, (aut generaliter (33) definita, aut amicabiliter ſopita.) Quod ſi do-

(1) *Liber ſecundus.* (2) *homines.* [3] *uni Præſidi.* (4) *nec ſi.* (5) *prolata educi*, alii, *promulgata duci.* (6) *quæritur.* (7) *videlicet.* (8) *hæc res.* (9) *hoc etiam. aliis quam.* (10) *omnimodo.* [11] *quamcumque.* [12] *ſurripuit.* (13) *admiſit.* [14] *probationis.* (15) *extraneis.* (16) *Hæc.* alii, *Et hoc.* (17) *provincia.* (18) *res.* (19) *dereliquerint.* (20) *modis omnibus.* (21) *de rerum dominio.* (22) *dominus.* (23) *degat.* (24) *abſit.* (25) *menſium.* (26) *debent.* (27) *in Italia.* (28) *moretur.* (29) *Et idem.* (30) *ut ipſe, qui præſens eſt.* (31) *hoc.* (32) *defendat.* (33) *aut aliter.* in quibuſdam libris deſunt hæc verba uſque ad illa ; *Quod ſi.*

(a) In Juliani libro hinc incipit altera pars Novellarum. In quibuſdam Græcis conſtit. 39. Hæc in libro Auth. conſtit. 20. collat. 5. titulo *Ut omnes obediant judicibus provinciarum.* Eam Haloander ut conſt. 68. græce, & latine edidit. Scringerus, & Agylæus, ut 69. vide Auth. Qua in provincia. C. *ubi de crim. agi oport.*

UNED

domino quidem rerum manifeſtetur cauſa: ipſe autem neque venire, neque alium mandare (1) curaverit: tunc prædicto tempore tranſacto, is, qui accuſatus eſt, litiget: & ſi reus apparuerit, condemnetur: ſcilicet domino (2) rerum eandem condemnationem ſubituro, ſi ipſe quoque obnoxius ſit. Et ſi quidem ſolvendo fuerit (3) is, qui accuſatus (4), & condemnatus eſt: ipſe judicato ſatisfaciat: enimvero ſi ſolvendo non ſit; ex rebus domini abſentis, qui nec venire, nec mandare alicui [5] voluit (6); ſolvi actori æquum eſt. Quod ſi reus præſens poſt accuſationem (7) evaſerit: & (8) neque dominus rerum venerit; neque procuratorem tranſmiſerit: tunc ex una parte judex audiat cauſam, ut ſolet in heremodiciis (9) fieri, ſcilicet ipſo (10) reo per præconem vocato: ut ſi (11) in eadem abſentia perſeveraverit, condemnetur. Quod ſi actor in abſentia ſit, domino rerum vel (12) præſente, vel procuratore miſſo, tunc omnia detrimenta, quæ fruſtra reus paſſus eſt, actor ei reſarciat (13).

IV. Nullum privilegium eximere reum provinciali judicio volumus: niſi is (14) ſpecialiter noſtram pragmaticam ſanctionem produxerit, quæ propter publicas cauſas in hanc Regiam civitatem eum revocaverit: vel ſi ex lege hoc fiat, veluti ſi provocationem Præſidi provinciæ porrexerit; & propter hoc in iſta imperiali civitate litem audire oportet, quamvis de minoribus cauſis ad majores (15) judices provinciarum provocationes exerceri Conſtitutio jubet [16]; niſi forte in hac civitate cauſa principalis quamvis minima ventiletur: tunc enim in iſta (17) civitate, non in provinciis provocatio exercetur (18).

V. [a] Nulla autem (19) perſona privilegio aliquo utatur ad fugiendos præſentis legis (20) laqueos; quamvis eccleſia ſit, vel xenodochium (21), vel oratorium, vel quivis alius locus, qui pietatis cauſa colitur: idem juris eſt, ſive fiſcus, ſive patrimonium fiſci, ſive (22) alius quivis divinus titulus pulſetur; & multo magis ſi potentis hominis perſona in judicium fuerit evocata: quamvis privilegium ex ſacro oraculo prætendat (23); niſi quod diximus, pragmatica ſanctio in hac civitate eum reipublicæ cauſa revocaverit.

VI. Hæc Conſtitutio non ſolum in futuris caſibus, ſed etiam in præteritis (24) locum habeat (25).

Si quis autem præſes provinciæ conſtitutus hujuſmodi (26) legem cuſtodire neglexerit: non ſolum magiſtratu ſuo eiiciatur; ſed etiam decem librarum auri ſubeat (27) pœnam.

NOVELLA LXX. [b]

PRæfectoria dignitas dicitur non ſolum Præfectorum Prætorio, vel Urbis, ſed etiam Magiſtrorum Militum. Ea autem duplex eſt: aut enim honoraria eſt, aut quæ in ipſo geſtu præfulget (28). Honorariam dicimus eam, cum codicillos aliquis accipiat [29] ab Imperatore, quibus dignitas ei præſtatur, quaſi & is Præfectus fuiſſet, ſive Magiſter Militum. In ipſo autem geſtu poſitus eſſe videtur, qui revera Præfectus, vel Magiſter militum factus eſt. Igitur ſi curialis homo Præfectoria dignitate potitus fuerit [30]: ſi quidem honoraria, maneat in eadem condicione conſtitutus [31]: ſin autem revera [32] Præfecturam nanctus eſt, vel Magiſterium Militiæ: tunc curiæ nexibus liberetur. Præfectos autem Prætoriorum quattuor ponimus, ideſt, & [33] Orientalis ſedis, qui in (34) hac civitate eſt; & Illyricianæ regionis; & Africanæ diœceſeos; & qui Italiæ (35) præpoſitus eſt.

NOVELLA LXXI. [c]

ILluſtribus quidem perſonis, & his, qui ſupra eos ſunt, omnimodo neceſſitas imponatur lites pecuniarias per procuratores inferre, vel excipere. Eodem juris tenore optinente, & ſi injuriarum judicium criminaliter fuerit motum ſecundum privilegia hujuſmodi juris a Zenoniana præſtita Conſtitutione. Clariſſimis autem perſonis, ideſt Comitibus, & Tribunis libera licentia ſit, quod voluerint, facere: ideſt, aut per ſemetipſos judicia peragere, aut per procuratores, quos elegerint, ſuis allegationibus uti.

NO-

(1) *tranſmittere.* [2] *& domino.*
(3) *ſit.* (4) *accuſatur.* (5) *aliquem.*
(6) *voluerit.* (7) *actionem.* (8) *evaſit.*
(9) *eremodiciis judiciis.* (10) *& ipſo.*
(11) *& ſi.* (12) *rerum.* [13] *reſtituat.*
(14) *niſi.* (15) *apud majores.* A.
[16] *conſtituimus.* (17) *in hac.*
[18] *ventiletur.* (19) *Nulla.* Ivo.
(20) *Præſidis.* (21) *xenon.* Ivo.
(22) *ſive.* Ivo. (23) *oſtendat.*
(24) *præſentibus.* (25) *habet.*
(26) *præſentem.* alii, *iſtam.* (27) *ſolvat.*
(28) *præfulgeat.* alii, *fulgeat.*
(29) *accipit.* (30) *potitus.* alii, *poſitus fuerit.* (31) *conſtrictus.* (32) *veram.*
(33) *ideſt.* (34) *quæ in.* (35) *in Italia.*

(a) Refert Ivo *parte* 4. *cap.* 189. decreti, ex Nov. conſt. *lib.* 9. *c.* 5.

(b) Hæc eſt conſt. 19. *d.* collat. 5. titulo *Ut ordinariæ Præfecturæ &c.* Eam edidit utraque lingua Haloander, ut conſtit. 69. Scringerus, & Agylæus, ut 70.

[c] Eſt in libro Auth. conſt. 18. ejuſd. collationis tit. *Ut ab Illuſtribus, & qui ſuper eam dignitatem ſunt &c.* Ab Haloandro eadem græce, & latine edita eſt. Vide Auth. Hoc jus. C. *de procur.*

NOVELLA LXXII. (*a*)

I. NUlli tutori, nulli curatori [1] liceat nomina contra pupillum, vel eum, qui curatione ejus gubernatur (2), jure ceſſionis (3) in ſe transferre ab alio (4), ſive pretium pro actione dedit (5), ſive non.

II. Nemo, qui dicit ſe obnoxium pupillum habere, vel eum, qui curatione [*6*] eget, tutor, aut curator ipſe (7) creetur. Sed & is (8), qui manifeſte obnoxius impuberi, vel ei, qui cura indigeat (9), fuerit; tutor, vel curator non fiat.

III. Quod ſi quis tutor, vel curator conſtitutus, neque obnoxium habeat eum, cujus negotia gerit, neque obnoxius ei ſit: poſtea autem hereditas ad eum devoluta fuerit (10), quæ debitorem, vel creditorem memoratæ perſonæ eum faciat: tunc alius tutor, vel curator ei adjungatur, qui cuſtodiat (11) eum, & hoc ipſum ſacramentum (12) juret, quod non malitiæ tutoris, vel curatoris favebit, ne pœnæ ſubiiciatur.

IV. Ne autem unuſquiſque dicens (13) ſe creditorem impuberis eſſe, vel forte adoleſcentis ab onere tutelæ, vel curationis facile excuſetur: ſanctimus non aliter eum recipiendum eſſe, niſi manifeſte probaverit creditorem ſe eſſe impuberis, vel forte adoleſcentis; vel res eorum ſibi obnoxias eſſe, vel parentes. Quod ſi res in incerto (14) ſit, tunc ſacramentum præbeat, quod ideo tutelam, vel curam recuſat, quia revera ſuum debitorem eſſe pupillum, vel forte adoleſcentem exiſtimat: tunc enim, & ſi voluerit, non admittatur ad tutelam, vel curationem (15) cujuſcumque perſonæ, quamvis tutor legitimus ſit.

V. Quod ſi quis (*16*) adverſus ea tutor, vel curator creari paſſus fuerit: ſi quidem obnoxium impuberem habeat, vel forte adoleſcentem; actiones, quas (17) habet, amittat. Sin autem ipſe obnoxius fuerit [18]: non liceat ei dicere, quod tempore, quo tutelam, vel curationem gerebat, ſolutionibus, vel aliis (*19*) commenticiis (20 liberationibus actione ſolutus eſt.

VI. Nulli tutori, vel curatori liceat, ſicut ſuperius diximus (21) nomina contra pupillum, vel forte (22) adoleſcentem redimere; nec (23) ceſſiones adverſus eum impetrare, quamvis jam deſiit tutor, vel curator eſſe: ſed omnimodo hoc, quod factum eſt, pro infecto habeatur: ita ut pupillus quidem, vel forte adoleſcens omnimodo ſecuritatem habeat, & nulla teneatur actione. Tutori autem, vel (24) curatori non liceat contra eum redire, qui nominibus [25] ei ceſſerit: eodem jure obtinente, & ſi poſtquam tutor, vel curator deſiit eſſe, ceſſiones nominum impetraverit.

VII. Hæc autem omnia de omnibus curatoribus poſita ſunt non ſolum adoleſcentium, ſed etiam [*26*] prodigorum, vel furioſi [27], vel mentecapti (28), vel ſi quid aliud aut lege expreſſum eſt, aut natura inveniatur.

VIII. (*b*) Nemo tutor, vel curator compellatur pecuniam impuberis, vel forte adoleſcentis mutuam dare: ſed liceat ei ſterilem eam in tuto deponere. Nam melius eſt ſortem impuberis, vel adoleſcentis conſervare [*29*], quam uſurarum cupiditate etiam ſortem amittere. Sin autem ſponte ſua tutor, vel curator mutuaverit forte ſub pignoribus, vel ſub alia (30) indubitata cautela: tunc habeat quidem per ſingulos annos duorum menſium relaxamentum: ſciat autem, quod periculum ſortis ad ipſum (31) pertinebit.

IX. Si pupillus reditus habeat ſibi ſufficientes: eos tutor impendat. Sin autem ampliores reditus ſint (32), quam ſumptus: tunc id, quod ſuperfuerit, deponatur. Quod ſi ſubſtantia impuberis mobilis ſit: tunc id tantum tutor mutuare debet, quod ſufficiat ad adminiſtrationem pupillarium rerum: quod autem ſuperfluum ſit, hoc deponatur (33). Eademque [34] dicimus & de curatoribus omnium perſonarum. Licebit autem tutori, vel curatori & (35) ſubtiliter inquirere, ſi quem reditum (*36*) comparare pupillo, vel forte (37) adoleſcenti poſſit ex ſuperflua pecunia: ut & tributa levia ſint, & venditor locuples, & reditus fertilis. Sciat autem, quod ſi adverſus ea comparaverit, negligentiæ periculum ad eum pertinebit. (38).

X. [*c*] Quod ſi pecuniam tantam (39) habeat pupillus, ut ex (40) ea adminiſtrationes rerum ipſius ſolummodo explicentur: tunc mutuare tutor, vel curator eam debebit cum cogitatione cœleſtis judicii.

Nam & ab (41) initio ante quam adminiſtra-

(1) *vel curatori.* (2) *cujus curationem gubernat.* [3] *jura ſucceſſionis.* (4) *ab aliquo.* (5) *dedit.* [6] *curatore.* [7] *ipſi.* A. (8) *Sed is.* alii, *Sic is.* (9) *indiget.* (10) *ſit.* [11] *cuſtodiet.* [12] *ſacramento.* (13) *dicat.* [14] *incerta.* (15) *curam.* (16) *Si quis.* (17) *actionem, quam.* (18) *fit.* (19) *vel.* (20) *conventionibus.* [21] *prædiximus.* (22) *vel &c.* & ibi v. 51.

(23) *&c.* (24) *Tutori, aut.* (25) *nomina.* (26) *ſed.* (27) *furioſorum.* (28) *mentecaptorum.* [29] *conſervari.* (30) *alia.* [31] *ad eum.* (32) *habeat.* alii, *ſunt.* (33) *deponatur.* (34) *Et hæc eadem.* (35) *curatori.* (36) *& ſiquidem reditus.* (37) *vel.* (38) *pertinet.* (39) *tantum.* [40] *quod ex.* [41] *Ab.* Ivo. alii, *Et ab.*

(*a*) Hæc eſt conſtitutio 2. collat. 6. tit. *Ut ii, qui obligatas ſe habere perhibent res minor, &c.* Hanc etiam Haloander græce, & latine edidit. Vide Auth. Minoris. C. *qui dare tutores.*

(*b*) Vide Auth. Noviſſime. C. *de admin. tutor.*

(*c*) Vide Auth. Quod nunc. C. *de curat. furioſ.* Juliani verba refert Ivo *parte* 16. *c.* 135. decreti, ut conſt. 63. *c.*

UNED

ſtrationi ſe immiſceat (1) tutor, vel curator cujuſvis (2) perſonæ; ſacramentum præſtare [3] compellitur per divinas (4) ſcripturas, quod omnia geſturus eſt, quæ pupillo commoda eſſe putaverit. Eadem dicimus & de his, qui curatione egerent (5).

NOVELLA LXXIII. (*a*)

I. [*b*] SI quis depoſitum alicui caute (*6*) dare voluerit; neceſſarii ſunt ei tres teſtes: nam litteræ depoſitarii ſolæ non ſufficiunt depoſitori ad (7) pleniſſimam depoſiti dati probationem. Teſtimonia autem ſic exhiberi oportet, ut dicant teſtes, quod ſub (8) præſentia ſua, vel ſuſceptum eſt depoſitum, vel quod depoſitarius ſuſcepiſſe ſe conſcripſit [*9*]. Idem eſt, & ſi ſine ſcriptis tamen ſi tres (10) adhibiti fuerint (11) teſtes idonei veritate.

II. (*c*) Si quis ſine tabellione componere inſtrumentum maluerit, ſive de mutuo, ſive de depoſito, ſive de alia [12] quacumque cauſa: tres teſtes adhibeat: alioquin litteræ ipſius ſolæ, & comparationes earum (13) credendæ non ſunt. Nulla autem differentia eſt, utrum ſubſcripſerint [14] teſtes, an præſentibus eis (15) inſtrumentum compoſitum eſſet (*16*).

III. Si inſtrumentum prolatum fuerit; & litteræ (17) quidem Titii eſſe non videantur (18); teſtes autem dicant Titium eas ſcripſiſſe jurati ſcilicet; teſtimonium eorum reprobari facile non debet (*19*). Sed tamen (20) ad ſapientiam judicis pertinet, ut ea, quæ veriſimilia (21) magis putaverit, eis majorem præbeat fidem.

IV. Si quis in inſtrumentis [22] componendis adhibere prædictam obſervationem neglexerit: & vel depoſuerit alicui, vel mutuaverit ſine teſtium præſentia, ſolis litteris debitoris credens: incaute quidem facturus eſt. Sed tamen ſi per ſacramentum, vel per (23) confeſſionem debitoris veritas manifeſtetur, id, quod dedit exigere non prohibeatur.

V. (*d*) Inſtrumenta quoque, quæ apud tabelliones [24] componuntur, ſubſcriptione teſtium, ſicut dictum eſt, muniri præcipimus ante completionem ſcilicet a (25) tabellione inſertam.

VI. Judices (*26*) non tantum ex comparatione (27) litterarum falſitatem deprehendant (28): ſed etiam ex comparatione notarum (*29*).

VII. (*e*) Comparatio litterarum, ſicut ſupra diximus, ſine teſtium confirmatione non ſufficiat ad veritatis probationem. Sin autem omnes teſtes mortui ſunt (30) cum tabellione; vel forte (31) in abſentia tabellio eſt: tunc ille quidem (32), qui inſtrumentum producit, ſacramentum præſtet, quod nullius malitiæ conſcius eſt in eo (33) inſtrumento commiſſæ. Comparatio autem litterarum propter neceſſitatem (34) cauſæ ſine impedimento ſecundum priſtinum morem procedat. Quod ſi tabellio, & vivit [35], & præſens ſit (*36*): juratus teſtimonium ſuum de fide inſtrumenti præbeat [37]. Sed ſi [38] per aliquem miniſtrum ſuum inſtrumentum compoſuit; & ille vivit [*39*], & præſens eſt (40); & nullo morbo, vel alia juſta cauſa impediatur in judicium venire: præbeat ipſe quoque (41) teſtimonium. Item ſi per Titium [42] pecunia numerata eſt; & ipſe veniat (43). Quod ſi neque numeratorem (44) habeat inſtrumentum, & omnes teſtes mortui ſunt, vel (45) abſentia, vel alia (*46*) cauſa impediuntur [47] in judicium venire (48): ſolus autem tabellio & vivit [49], & venit, teſtimonium ipſius probabile ſit (50) ad fidem inſtrumenti pertinens; ut nec comparatio litterarum neceſſaria eſſe videatur. Quod ſi tabellio mortuus eſt: fiat quidem comparatio litterarum ejus, & veniat (51) tam miniſter ipſius, per quem inſtrumentum conſcriptum [52] eſt, quam numerator (53) pecuniæ, ſcilicet ſi non abſint (54).

Enim-

(1) *miſceat.* (2) *cujuſcumque.*
[3] *dare.* (4) *ſuper divinas.* (5) Ivo, *curas egerint.* alii, *curationem gerunt.* alii, *curationem egerunt.* (6) *in alicujus cautelam.* Ivo. (7) *ad.* (8) *quod in.*
(9) Ivo, *conſcripſit.* alii, *ſe ſubſcripſit.* alii, *ſe ſcripſit.* (10) *tres.* [11] *adfuerint.*
[12] *de aliqua.* Ivo. (13) Ivo, *ſolæ.* alii, *ſolæ, & comparatio earum.*
[14] *ſubſcripſiſſent.* Ivo. (15) *ipſius.*
(16) *ſit.* alii, *fuerit.* alii, *eſt.*
(17) *littera.* (18) *videatur.*
(19) *non oportet.* (20) *tantum.*
(21) *veriſimiliora.* (22) *inſtrumentis.*
(23) *vel.* (24) *tabellionem.* (25) *a.*

(26) *Judices autem.* (27) *compoſitione.*
(28) *reprehendant.* (29) *notarii.*
(30) *ſint.* (31) *vel ſi forte.* (32) *ille.*
(33) *in illo.* (34) *pro neceſſitate.*
(35) *vivit.* (36) *eſt.* (37) *præſtet.*
(38) *Et ſi.* (39) *vivat.* (40) *ſit.*
(41) *ipſe.* (42) *tertium.* (43) *veniat, & ſacramentum præbeat.* A. [44] *adnumeratorem.* [45] *ſint, vel.* alii, *fuerint, vel in.* alii, *ſunt, vel in.* (46) *vel alia juſta.* alii, *fuerint, vel alia juſta.* (47) *impediantur.*
(48) *venire.* (49) *vivit.* (50) *eſt.*
(51) *veniat autem.* (52) *ſcriptum.* alii, *compoſitum.* [53] *adnumerator.*
(54) *abſit.* alii, *abſens eſt.*

(*a*) In libro Auth. eſt conſtit. 3. collat. 6. tit. *de inſtrumentor. cautela, & fide &c.* Eam edidit Haloander græce, & latine. Vide Auth. Si quis vult. C. *qui potiores.*
[*b*] Refert Ivo *parte* 16. *cap.* 136. decreti, ut conſtit. 64. *c.* 1.
(*c*) Refert idem Ivo *cap.* 137. ejuſd. partis, ut *cap.* 2. dictæ conſtit.
[*d*] Refert idem ubi ſupra *cap.* 138. ut *c.* 5. ejuſd. conſt.
[*e*] Vide Auth. At ſi contractus. C. *de fide inſtr.*

UNED

Enimvero ſi vel (1) mortui ſunt (2), vel in abſentia fuerint: alii teſtes producantur: & ſi hoc facile non ſit: ad comparationem (3) litterarum judex perveniat. Ut non ſolum completiones litterarum a tabellionibus [4] factæ comparentur; ſed etiam aliæ litteræ tam principalis perſonæ, quam teſtium in comparationem (5) deducantur. Ut ex multis (6) comparationibus litterarum fides veritatis inluceſcere (7) poſſit. Sin antem nullum aliud ad veritatem probandam ſuperſit; quam comparatio (8) litterarum: tunc illud teneat, quod uſque ad hoc tempus obtinuit. Ut qui inſtrumentum producit, legitimum ſacramentum ſubeat, quod nulla malitia uſus eſt. Sed & is (9), qui fidem inſtrumenti exigit, de dolo & (10) calumnia jusjurandum ſubeat. Iſtis autem (11) neceſſitatibus homines liberantur, ſi ſub actorum teſtificatione inſtrumenta intimentur; & ibi teſtes, & aliæ perſonæ ſuis [12] depoſitionibus contractum corroborent (13).

Omnia autem, quæ [14] de comparationibus conſtituimus ab illis inſtrumentis faciendis, quæ ſine tabellione compoſita ſunt, maneant in eadem firmitate durantia. Illa quoque jura, quæ de imperitis litterarum in judiciis probata ſunt, inconcuſſa permaneant.

VIII. (*a*) Si inſtrumentum litterarum imperitus componere maluerit, neceſſarius eſt (15) tabularius, ſi in illo loco tabularii ſunt. Sed & teſtes non minus quinque ſcientes eum imperitum litterarum, & ab eo cogniti. Et poſtquam imperitus vel ſanctam (16) crucem fecerit, vel paucas litteras: unus ex eiſdem quinque teſtibus pro eo ſubſcribat. Omnes autem quinque teſtes ſubſcribere debent, quod, & præſentibus eis, & cognoſcentibus imperitum, omnia proceſſerunt.

IX. (*b*) Hæc autem (17) omnia de his contractibus dicimus, qui ſcriptura interveniente fiunt: alioquin ſi ſine ſcriptura aliqui contraxerint (18); liceat eis vel teſtibus (19), vel jurisjurandi religione veritatem manifeſtare: ſcilicet actore quidem teſtes producente, reo autem vel jurante, vel jusjurandum referente ſecundum hoc, quod judex æſtimaverit.

X. Hujus conſtitutionis obſervatio in his contractibus locum habet, qui ſunt ultra quantitatem libræ auri. Nam uſque ad libram auri priſtinum morem conſervari (20) jubemus.

Hujus Conſtitutionis ſubtilitas (21) in civitatibus (22) locum habeat (23). Si enim inſtrumentum in vico compoſitum ſit: conſuetudo pro jure (24) habeatur. Ruſticorum enim ſimplicitatem, & in teſtamentis faciendis non reprobamus (25); quamvis alias in [26] ordinatione teſtamentorum ſumma (27) ſubtilitas exigatur.

Hæc Conſtitutio in futuris inſtrumentis, & contractibus valet. Nam præteriti caſus (28) prioribus legibus dirimantur.

NOVELLA LXXIV. (*c*)

I. (*d*) SI quis cum muliere libera conſuetudinem habeat non affectione maritali, & ex ea filios naturales fecerit (29); eoſque (30) velit filios (31) legitimos, & in (32) poteſtate ſua habere: liceat ei cum matre eorum dotalia inſtrumenta componere. Nam & (33) filii, qui antea naturales erant, poſt compoſitionem inſtrumentorum dotalium ſui (34), & in poteſtate patris efficiuntur, ſive poſtea nati filii vivunt (35), ſive mortui ſunt (36), ſive omnino nullus alius procreatus eſt, ſicut in Inſtitutis, & in Codice didicimus (37). Quod ſi ante quam dotalia inſtrumenta fiant, mater concubina deceſſerit; velit autem pater naturalis (38) filios ex ea ſuſceptos legitimos habere (39): adeat Imperatorem cum precibus, & poſcat (40), ut ſibi liceat legitimum nomen eis imponere, & natalibus ſuis eos reſtituere; quemadmodum libertini natalibus reſtituuntur. Principe enim annuente ſupplicationibus patris, neceſſe eſt, ut liberi legitimi fiant: quamvis dotale inſtrumentum nullum cum matre eorum jam mortua

(1) *Si vero ſimul.* alii, *Si vero.* (2) *ſint.* (3) *tunc ad comparationes.* alii, *tunc ad comparationem.* [4] *tabellione.* (5) *comparatione.* (6) *ex.* (7) *eluceſcere.* (8) *comparationes.* (9) *Sed is.* [10] *de dolo, & de.* (11) *His autem omnibus.* (12) *ſub.* (13) *roborent.* (14) *quæ.* (15) *erit.* (16) *ſanctam.* (17) *Hæc.* (18) *aliqui contraxerunt.* alii, *aliquid contraxerint.* (19) *teſtimoniis.* Ivo. (20) *ſervari.* (21) *uſus.* (22) *civitate.*

(23) *habet.* (24) *pro lege.* (25) *non reprobamus.* alii, *faciendis non reprobavimus.* (26) *in alia.* (27) *legitima.* (28) *præteritæ cauſæ.* (29) Ivo parte 8. *liberos procreaverit.* A. Idem in Panorm. *filios procreaverit.* alii, *liberos naturales fecerit.* (30) *& eos.* (31) *liberos.* Ivo parte 8. (32) Ivo in Panorm. (33) *Nam.* Ivo. (34) *ſui.* (35) *vivant.* [36] *ſint.* (37) *dictum eſt.* (38) *naturales.* (39) *facere legitimos.* (40) *& expoſcat.*

(*a*) Vide Auth. Sed novo. C. *ſi cert. pet.* & *d.* Auth. At ſi contractus.

[*b*] Verba *capitis 9.* refert Ivo *d. parte* 16. *cap.* 139. ut *cap.* 10. conſt. 64.

[*c*] Hæc eſt conſtitutio prima collat. 6. tit. *Quibus modis naturales efficiantur legitimi &c.* Hanc non habuit græcam Haloander; ſed eam græce Scringerus, latine Agylæus ediderunt. In Baſilicis neque hæc, neque duæ, quæ ſequuntur, poſitæ ſunt, ut ex græcis ſcholiis didicimus.

(*d*) Videndæ Auth. Præterea. & Auth. Item ſine. C. *de natur. lib.* Juliani verba refert Ivo *lib.* 6. *tit.* 3. *cap.* 9. Panorm. ut ex conſt. *lib.* 14. *c.* 4. & *parte* 8. *cap.* 36. decreti, ut conſt. 64. *cap.* 14. & *parte* 16. *cap.* 140. & 141.

UNED

tua (1) compoſitum ſit. Idem dicimus, & ſi filios naturales pater diligat, matrem autem odio [2] habeat, quia in corpore ſuo (3) peccavit. Nam ſi ea cauſa ſit, & nolit [4] cum ea nuptias contrahere, licebit ei prædicto modo filios naturales legitimos ſibi facere (5). Item ſi liberi naturales matrem ſuam (*6*) cælaverint, ne dotalibus inſtrumentis cum ipſa factis in poteſtate patris efficiantur, & uſusfructus rerum ad eos pertinentium (7) patri adquiratur; ſi talis dolus factus fuerit: liceat patri prædicto modo preces Imperatori porrigere, & filios legitimos facere, & eos in poteſtate ſua redigere. Eadem dicimus, & ſi juſta cauſa dotalia inſtrumenta impediat: pone enim interim naturalem [8] patrem diaconum, vel presbyterum factum eſſe, ut ducere uxorem non poſſit. Quod ſi pater non potuit (*9*) in anteſatis caſibus Imperatori ſupplicare: liceat ei (10) in teſtamento ſuo legitimos ſucceſſores ſibi ſcribere filios naturales: ut tamen (11) illi poſt mortem parentis ſupplicent Imperatori, & teſtamentum patris oſtendant, & Principe annuente in tantum capiant paternam hereditatem, in quantum ſcripti ſunt: aliter enim legitimo nomine non fruantur. Hæc autem omnia, quæ modo dicta [12] ſunt, tunc habeant locum, cum nulla alia legitima proles, vel antea, vel poſtea, patri [13] ſuperſit. Legitimis enim filiis natis non aliter naturales legitimi fiunt [14], niſi dotalia inſtrumenta cum matre pater eorum confecerit (15).

II. Filios naturales antea quidem licebat patribus legitimos ſibi per (16) adoptionem efficere (17). Sed Divi Juſtini Conſtitutio hoc prohibuit, quam noſter Imperator in ſuo ſtatu manere jubet (18).

III. Nemo dignitate decoratus ſenatoria ſine dotalibus inſtrumentis, & ante nuptias donatione nuptias contrahat: alioquin filii, qui ex tali copulatione procreati (*19*) fuerint, non erunt legitimi, ſed magis naturales. Alii autem qui militiis honeſtioribus decorantur, vel negotiationibus, vel quibuſdam artibus laudabilibus præditi ſunt, & ſine dotalibus inſtrumentis, & ante nuptias donatione copulentur, ſed non citra ſcripturæ cautelam. Debent enim hoc ipſum defenſori eccleſiæ, vel oratorii dicere; & ille (20) adhibeat tres, vel quattuor clericos ad teſtimonium: & conſcribatur chartula [21] qua declaretur dies, & quo [22] Imperatore, & conſule (23), & menſe convenerint [24] ille, & illa in illo oratorio, & loco (25) quo copulati ſunt: & ſubſcribant defenſor, & clerici (*26*). Et ſi quidem velint (27) chartam (28) accipere, vel ambo, vel unus ex his præſtetur eis: ſi [29] noluerint, deponatur in ſancto oratorio: ut poſtea, ſi opus fuerit, producatur ad probationem nuptiarum; ut etiam proles ex hac copulatione procreata legitimo nomine perfruatur. Sin autem viliſſimi homines matrimonium contrahere velint; liceat eis & ſine [30] ſcriptura hoc facere. Idem dicimus & de ruſticis hominibus, & de militibus, qui in armis occupati ſunt.

IV. (*a*) Si quis divinis tactis ſcripturis [31] 30. *q.* 5. *c.* 9.
juraverit [32] mulieri legitimam ſe eam [33] uxorem habiturum; vel ſi in oratorio tale ſacramentum dederit: ſit illa (34) legitima uxor (ſi tamen ei conjuncta fuerit) (35) quamvis nulla dos, nulla alia ſcriptura interpoſita ſit. Et ſi liberos non habuerit: mortuo marito, quartam partem ſubſtantiæ ejus accipiat ſecundum Conſtitutionem noſtri Imperatoris, & ſi eam de domo ejecerit; quamvis ſine repudio hoc fecerit. Quod ſi liberos procreaverit (*36*): legitimi eſſe videantur: & ſi aliis nuptiis contractis legitimos filios pater habuerit: omnes ſimul legitimum nomen habebunt.

V. Ergo ſi quidem ex hujuſmodi matrimoniis filii naſcuntur; legitimi erunt. Sin autem aliter filios aliquis habuerit; naturales erunt: & tam ex teſtamento, quam ab inteſtato patri naturali ſuccedunt, ſecundum obſervationem ſcilicet [37] Conſtitutionum [38] Principis noſtri: ſcilicet ſi non ex damnata copulatione nati ſunt. Tales enim liberi, neque legitimi, neque naturales appellantur, neque omnino patri (*39*) ſuccedunt.

NOVELLA LXXV. (*b*)

I. APpellationes, quæ in Sicilia porriguntur adverſus ſententias (40) Prætoris, vel

(1) *eorum.* [2] *odio.* (3) *in corpus ſuum.* A. (4) *noluit.* (5) *facere.* (*6*) *matrem.* (7) *pervenientium.* (8) *naturalem.* (*9*) *non poſſit.* (10) *liceat patri.* Ivo. alii, *liceat.* (11) *attamen.* (12) *addita.* [13] *patris.* (14) *fient.* (15) *conſcripſerit.* [16] *per.* (17) *facere.* [18] *vult.* (19) *nati.* (20) *ut & ille.* (21) *charta.* (22) *quo.* (23) *quo Conſule.* (24) *convenerunt.* (25) *loco oratorii.*

(*26*) *defenſores eccleſiæ.* (27) *voluerint.* alii, *velit.* (28) *chartulam.* (29) *eas quod ſi.* alii, *eis, vel ſi.* (30) *ſine.* (31) *evangeliis.* (32) *juravit.* Grat. (33) *ſe.* alii, *ſe eſſe.* (34) *ſit illi.* alii, *ſit ei.* (35) Ivo tribus locis, & Grat. carent his verbis, & multi alii libri. (*36*) *procreaverint.* (37) *obſervationes.* alii, *obſervationem.* (38) *Conſtitutionis.* (*39*) *parenti.* (40) *ſententiam.*

(*a*) Refert idem Ivo *d. lib. 6. tit.* 1. *c.* 7. Panorm. ut ex Nov. conſt. *c.* 1. & *d. parte* 8. *cap.* 44. ut Nov. conſt. 65. & Gratian. 30. *q.* 5. *c.* 9. Si quis divinis.

(*b*) Hæc conſtitutio neque in libro Authent. neque in Norica editione Haloandri eſt. Pro ea brevem epitomen ediderunt græce Scringerus, latine Contius, & Aglæus ſub titulo *de appellationibus Siciliæ*. Juliani verba retulit Ruſſardus. Hanc Latinam fuiſſe credendum eſt. Vide Nov. 104.

UNED

vel ducis, vel cujuſvis alterius judicis in Sicilia conſtituti apud quæſtorem in hac regia urbe exerceri præcipimus (1) ut ipſe diſcutiat cauſas (2) provocationis, & ſententiam dicat, & noſtro Imperatori (3) referat, & noſtra (4) auctoritate ſententiæ ejus roborentur (5). Sed & ſi aliud civile [6] emergat veluti Defenſoris confirmatio, vel decretum Patrum (7) civitatis Siciliæ; ſimiliter ad Quæſtorem referatur, & calculo ipſius confirmetur, noſtra ſcilicet auctoritate ſuggerente Quæſtoris (8) ſequenda.

NOVELLA LXXVI. [a]

SCimus in ſuperioribus Conſtitutionem eſſe relatam, qua cavetur, ut qui, quæve (9) in monaſterium (10) intrant, videantur ſubſtantiam ſuam (11) monaſterio conſecraſſe. Nam ante introitum liberam habent (12) facultatem quomodo voluerint bona ſua diſponere (13): poſtquam autem intraverint, talem licentiam non habent, quamvis liberos habeant. Sed ea Conſtitutio (14), quæ de hoc jure loquitur, ex ſuis temporibus valeat (15). Nam ſi ante quam ipſa introducatur, factus eſt [16] aliquis monachus, vel facta eſt mulier monacha: nihil ad eum, vel ad eam pertinet. Habeant (17) ergo liberam facultatem, qualiter voluerint ſua negotia diſponendi, & (18) poſt memoratam Conſtitutionem.

NOVELLA LXXVII. [b]

SI quis per capillum Dei, vel per caput (19 juraverit; vel alio modo blaſphemia [20] contra Deum uſus fuerit: officio Præfecti Urbis ultimo ſupplicio ſubiiciatur. Si quis autem (21) talem hominem ſciens non [22] manifeſtaverit, non eſt dubium quod divina condemnatione [23] ſimiliter (24) coercebitur: ipſe quoque (25) Præfectus Urbis ſi neglexerit, poſt Dei judicium etiam noſtram (26) indignationem timeat.

NOVELLA LXXVIII.

I. (c) SI Quis famulum ſuum, vel ancillam manumiſerit, & cives Romanos fecerit; aliter enim nec valet (27) manumiſſio: tacito jure videatur jus aureorum anulorum adeptus fuiſſe, & natalibus reſtitutus eſſe, & non indigeat (28), ut hoc impetret (29) a Principe. Hæc autem Conſtitutio in futuris caſibus teneat. (30).

II. (d) Libertus patrono ſuo competens obſequium, & reverentiam præbeat: quamvis enim libertinos ſimiles (31) ingenuorum (32) hac Conſtitutione facimus [33]: attamen patronis jura patronatus intacta reſervamus, in his ſcilicet caſibus in quibus reſervari poſſunt ſecundum noſtrarum legum diſtinctionem: niſi forte renuntiaverit patronatus prærogativæ [34] manumiſſor ſive per teſtamentum, ſive jure fideicommiſſi, ſive eo tempore, quo libertatem imponebat. Ingratum autem libertum contra patronum ſuum exiſtere [35] prohibemus: quod & in (36) pecuniariis donationibus introduximus & ſi eo, qui [37] liberalitatem accepit, ingrato contra donatorem exiſtente [38] infirmatur donatio: quanto magis ſi libertus contra [39] patronum (40) ingratus fuerit (41); reſcindi debet libertas. Cauſæ autem ingratitudinis [42] legibus cognitæ (43) ſunt: veluti ſi libertus manus ſuas contra patronum ſuum moveat (44): vel ſi contumelias atroces ei fecerit (45): vel ſi magnum, & (46) intolerabile damnum ei dederit. Idem eſt & ſi [47] ad dedecus ejus (48) pertinentes injurias [49] effuderit. Si enim horum aliquid patronus, vel liberi ejus probaverint:

(1) *præcepimus.* (2) *cauſam.* [3] *imperio.* A. (4) *ut noſtra.* A. (5) *ſententia ejus roboretur.* (6) *alia lis civilis.* (7) *Patris.*
(8) *Quæſtore.* alii, *Quæſtore ipſo.* A.
(9) *quicumque.* Ivo. alii, *quicumque, vel quæcumque.* (10) *monaſterium.* [11] *ſubſtantias ſuas in.* Ivo. alii, *ſubſtantias ſuas.*
[12] *habeant.* (13) *diſtribuere.* Ivo.
[14] *Sed hæc conſtitutio quidem.*
(15) *valet.* (16) *facta.* (17) *Habent.*
(18) *diſponere etiam.* (19) *per capillum, vel barbam Dei.* Ivo. alii, *per capillos Dei, vel per caput.* alii, *per capillum Dei, vel caput.*
(20) *blaſphemia aliqua.* Ivo.
(21) *Si quis.* (22) Ivo, *non.* (23) *coertione.* (24) *ſimul.* (25) *ipſe quippe.*
(26) *& noſtram.* (27) *non valet.*
(28) *non indigent.* [29] *ut impetrent.*
(30) *valet.* (31) *libertinum ſimilem.*
(32) *ingenuo.* (33) *fecerimus.*
(34) *prærogativam.* (35) *conſiſtere.*
[36] *in.* (37) *ille, qui.* (38) *ingratus circa donatorem extiterit.* (39) *circa.* Ivo, cap. 144. [40] *patronum ſuum.* Ivo.
(41) *extiterit.* (42) *cavere autem oportet ingratitudines, quæ.* Ivo. (43) *conſtitutæ.*
[44] *moveat.* Ivo. alii, *moverit.*
[45] *eidem fecerit.* (46) *vel.* (47) *ideſt ſi.* Ivo. (48) *dedecus.* (49) *pertinentem injuriam.*

[a] Hæc eſt in libro Auth. conſtit. 4. collationis 6. titulo *Hæc conſtit. interpretatur priorem conſtit. de iis, qui ingrediuntur monaſterium &c.* Hanc non habuit Græcam Haloander, qui veterem interpretationem refert, ut Nov. 75. cui Ant. Contius ſubſcribit. Scringerus, ut 76. græce, Agylæus latine eandem ediderunt. Juliani verba refert Ivo *parte* 6. *cap.* 426. decreti, ut conſt. 67. *cap.* 1. & *parte* 7. *c.* 158. ut conſtit. 66. *c.* 1.

(b) Hæc eſt conſtit. 5. ejuſd. collat. 6. titulo *Ut non luxurientur homines &c.* Eam græce, & latine Haloander edidit. Juliani verba refert idem Ivo *parte* 12. *c.* 32. decreti, ut conſtit. 68. *cap.* 1.

[c] Vide Auth. Sed hodie. C. *de jure aur. anul.*

(d) Partem hujus capitis refert Ivo *parte* 16. *c.* 63. decreti, ut Nov. conſt. 69. *c.* 2. & *c.* 144. ejuſd. partis, ut *c.* 1. ejuſd. conſt.

rint: ad priſtinum ſtatum convictus libertus revertatur (1). Quod ſi competentem reverentiam patronis (2), & honorem retribuant [3]: lex quoque eis libertatem ingenuitatis nomine decoratam conſervabit (4). Hæc (5) autem totiens patronus habet, quotiens jura ſui patronatus non relaxavit (6).

III. (*a*) Si quis libertam ſuam ducere uxorem voluerit: dotalia inſtrumenta cum ea componat (7), & habebit eam (8) legitimam uxorem; quamvis ipſe maritus ſumma [9] dignitate præfulgeat (10), & liberi, qui (11) ex tali conjugio [12] procreati fuerint (13), legitimi ſucceſſores patri ſuo exiſtant [14].

Si quis ex ancilla ſua liberos habuerit; eamque manumittere velit (15), & dotalibus inſtrumentis factis uxorem legitimam habere: ipſa (16) compoſitione inſtrumentorum dotalium liberi ejus manumitti videantur tacito jure (17). Si enim miles legatum ſervo ſuo (18) relinquendo, videtur & libertate eum (19) tacite donaſſe: quanto magis hoc obtinere debet in filiis, ubi pater matrem eorum manumiſit (20), & legitimam uxorem dotalium inſtrumentorum compoſitione habuit (21).

IV. Hæc conſtitutio non videtur extra juris diviſionem introducta eſſe [22]. Si enim Pius (23) Antoninus Imperator jus Romanæ civitatis antea per ſingulos impetrandum, poſtea commune fecit omnibus ſubjectis; & divæ [24] memoriæ Theodoſius jus liberorum antea per ſingulos impetrandum, ipſe commune Romanis (25) omnibus fecit: quid novum (26) ſi nos quoque jus aureorum anulorum, & natalium reſtitutionis generale fecimus omnibus libertinis ſalvo patronatus honore.

Hæc autem omnia in futuris caſibus teneant; nam in (27) præterito tempore locum non habent (28).

NOVELLA LXXIX. (*b*)

I. (*c*) SI quis cum monachis vel (29) ſanctimonialibus habeat (30) litigium: non audeat monachum, vel ſanctimonialem in aſceterio, ſive in monaſterio, vel alibi conſtitutam ad (31) civilem judicem accuſare, vel trahere (32). Sed magis adeat civitatis Epiſcopum: ille enim æſtimabit (33) utrum repræſentari (34) principalis perſona debeat, an per Hegumenum, vel (35) apocriſiarium (36) defendi, ſcilicet cum omni honeſtate; ita ut Epiſcopus legibus, & canonibus conſentaneam ſententiam proferat.

II. Hanc Conſtitutionem omnes Præfecti Prætorium (37) cuſtodiant, & Præfecti utriuſque Romæ, & Prætor Populi, & provinciarum Præſides, & omnes Epiſcopi: & curent citius monachorum, & ſanctimonialium lites dirimere.

Si quis autem hanc conſtitutionem violaverit: in magiſtratu quidem poſitus decem librarum auri pœna multabitur, executor autem litium conſtitutus in decanicis eccleſiarum (38) recludatur competentes pœnas luiturus (39), & poſtea non concedatur officium executoris habere.

Hæc autem conſtitutio teneat in monachis, item in ſanctimonialibus, quamvis ipſæ in monaſterio, vel aſceterio non degant. De clericis autem (40) aliæ leges poſitæ ſunt.

NOVELLA LXXX. (*d*)

I. IN hac florentiſſima civitate alium magiſtratum addendum eſſe exiſtimavimus, cui nomen Quæſtoris imponimus (41); quem volumus primum quidem Dei timorem habere; deinde autem noſtras leges cuſtodire; & perſcru-

(1) *libertus revertitur.* Ivo. cap. 144. alii, *revertitur.* (2) *patrono.* (3) *tribuat.* alii, *retribuit.* (4) *conſervat.* [5] *Hoc.*
(6) *relaxaverit.* [7] *conficiat.*
(8) *habebit.* Ivo. alii, *habeat eam.*
(9) *ipſe ſumma.* Ivo. alii, *ſumma.*
[10] *præfulget.* (11) *& ſi liberi.* Ivo.
[12] *connubio.* Ivo. (13) *ſunt.*
(14) *ſuccedunt.* Ivo. (15) *voluerit.*
[16] *habere.* Ivo. alii, *habere voluerit: in ipſa.* (17) Ivo, *videntur.* alii, *videntur tacito jure.* (18) *ſervo.* (19) *& libertatem ei.* alii, *& libertatem.* alii, *libertatem ei.*
(20) *& manumiſit.* alii, *manumiſerit.*
(21) *habuerit.* (22) *aliquid novitatis introducere.* [23] *ſed ſequitur eam, quam Pius.* alii, *ſic enim Pius.* (24) *Divinæ.*
(25) *commune.* (26) *Nos autem veſtigia eorum ſequentes per hanc generalem conſtitutionem fecimus commune.* (27) *& non.*
(28) *habent.* alii, *habeant.* [29] *monachis, aut.* Ivo. (30) *habet.* [31] Ivo, *ad.* alii, *in aſceterio conſtitutum, vel monaſterio ad*
(32) *protrahere.* (33) *exiſtimabit.*
(34) *præſentari.* (35) *œconomos, vel.* Ivo. alii, *œconomum, vel.* alii, *legitimum.*
(36) Ivo, *Apocriſiarios.* alii, *per apocriſiarium.* (37) *Prætorio.* (38) *in locis, quæ decanica appellantur.* (39) *ſoluturus.*
[40] *enim.* [41] *imponemus.*

(*a*) Vide Auth. Sed novo. C. *de nupt. & auth. novat.* C. *de natur. lib.* Juliani verba Refert Ivo *parte* 16. *cap.* 145. decreti, ut conſt. 69. *c.* 3. & 4.
(*b*) Eſt in libro Auth. conſt. 7. collat. 6. titulo *Apud quos oporteat cauſas dicere monachos, & aſcetrias.* Hanc non habuit Græcam Haloander; ſed Scringerus eam græce, Agylæus latine edidit. In Baſilicis non fuiſſe Græci tradiderunt. Vide Auth. Cauſa. C. *de Epiſc. & cler.*
(*c*) Refert Ivo *parte* 16. *cap.* 146. decreti, ut conſt. 70. *c.* 1.
[*d*] Hæc eſt conſtit. 8. ejuſdem collationis ſub titulo *de Quæſtore.* Eam græce, & latine edidit Haloander.

ſcrutari eos, qui de provinciis in civitatem hanc veniunt: & non ſolum de maſculis, ſed etiam de feminis inquirat; & tam de clericis, quam de monachis, & ſanctimonialibus, & ſcholaſticis aliarum civitatum, vel cujuſvis alterius condicionis. Et interrogare qui ſunt, aut unde venerunt, ex qua occaſione. Et ſi quidem coloni ſunt, imminere magiſtratibus, ut eos citius dimittant: quod ſi ad privatos dominos ſuos pertineant: & ideo venerunt, ut ipſis ſupplicarent; cogere dominos ſuos debent, ut citius eos dimittant. Quod ſi contra dominos ſuos nituntur: multitudo quidem ruſticorum ſtatim dimittatur; duo autem, vel tres more ſyndicorum litem peragant, dum tamen ſic citius lis dirimatur [1].

II. Quod ſi non ruſtici ſunt, ſed alterius condicionis: curet modis omnibus, ut judices citius altercationes eorum dirimant, & in ſuis redeant locis.

Quod ſi domini ruſticorum, vel judices imminentem ſibi Quæſitorem neglexerint: ipſe quæſitor ducat apud ſe partes; & velociter cauſæ finem imponat [2]; & homines in patrias ſuas dimittat.

III. Si quis autem ſine cauſa in hac civitate degat, & paupertate laboret: liceat quæſtori tenere eum: & ſi robuſtus fuerit, ſi quidem ſervus inveniatur, invitum reddat domino ſuo. Sin autem liber ſit, tradat eum vel artificibus publicorum operum, vel piſtrinariis, vel quibuſcumque aliis artificibus [3]. Sin autem noluerit operari, non maneat in iſta civitate: hoc enim nec ipſis [4] expedit. Nam ceſſantes homines, & egentes, & forte mendicando ſatis non adquirunt, & ad delicta proniores fiunt. Alii autem, qui corpora debiliora habent, miſericordia Chriſtianorum alantur (5); ſed nec illi, qui civitatem non gravant, expellantur.

VI. Si quis Quæſtorem adierit dicens ab aliquo ſibi damnum datum fuiſſe, verbi gratia, quod ſportularum nomine plus, quam Conſtitutione cavetur, exactum eſt: vel quod ſine Præſidis juſſione admonitus eſt: diligenter hoc a Quæſtore perſcrutetur (6): & omnibus modis temeratoribus pœnæ, quæ legibus, adverſus eos ſtatutæ ſunt, imponantur. Et hoc [7] diſponimus ſi ſine ulla fori præſcriptione, cujuſcumque militiæ, vel dignitatis reus inveniatur. Et poſtquam ſententiam dederit, actor quidem ſuum conſequatur; Quæſtor autem ad nos referat de reſidua pœna; ut ubi æſtimaverimus, conſumatur.

V. De crimine falſitatis Quæſitor judicet; & poſt inſcriptiones actoris, & legitimas probationes ſententia ipſius Quæſtoris reus puniatur, nemine fori præſcriptionem habente.

VI. Si quis Quæſtor [8] adeuntes ſibi contempſerit, ipſe [9] de ſuo damna eis reſarciat, & aliam graviſſimam indignationem expectet.

Neque Quæſitor, neque officiales, & ejus miniſtri lucra ab aliquo capiant. Nam & ſi quid ceperint, puniendi ſunt a Quæſtore. Ideo enim ex publicis rationibus deſtinavimus eis annonas, ut quæſitor quidem decem libras auri accipiat, conſiliarius autem ejus ſolidos centum; officiales autem ejus ſolidos trecentos triginta.

VII. Quæſitor licentiam habeat judices inquietare; ut citius dirimant cauſas; & nobis referre; & ſuo arbitrio ea, quæ oportet, facere; liceat autem ei (10) publicis quoque epiſtolis uti ad provinciarum Præſides; ut eos, quos ipſe dimittit, illi ſimiliter tranſmittant in ſuis provinciis cum quiete moraturos; & ſi quo adjutorio indigeant (11), hoc præbeant eis. Nemo autem dimiſſus a Quæſtore maneat in iſta civitate, nec iterum ad eandem [12] revertatur, & Quæſitorem moleſtet. Sin autem tale aliquid perpetratum fuerit: pœna competens temeratoribus imponatur.

VIII. Si Quæſitor exiſtimaverit in portibus (13) officiales ſuos mittere; ut ibi ſedeant, & perſcrutentur qui ſunt, qui veniunt; & ob quam cauſam: liberam licentiam habeat hoc facere.

(Apud antiquos (14) legiſlatores ceſſiones actionum (15) erant, quod nobis quoque placet.)

IX. Quæſitor, & conſiliarius, & officiales ejus neque in palatio noſtro aliquid dare compellantur, neque in judicio Præfecti Prætorio annonarum nomine aliquid præſtent. Qui enim indemnes noſtros ſubjectos conſervant (16), damnum ab aliquo pati non debent.

NOVELLA LXXXI. (a)

NON ſolum patriciatus dignitas nexibus paternis (17) filiumfamilias liberat; ſed etiam cæteræ dignitates, quæ a curiali (18) condicione liberare homines ſolent. Veluti ſi Conſul deſignatus fuerit; ſi (19) Exconſule codicillos accipiat; ſi (20) Præfectoris magiſtratibus in ipſo actu fungatur. Pone enim Præfectum urbis, vel Præfectum (21) Prætorio factum fuiſſe, vel Magiſtrum Militum: ſequatur autem eos &

(1) *lites dirimantur.* (2) *imponant.*
[3] *artificibus.* (4) *& ipſi.* (5) *alentur.*
[6] *ad Quæſtorem hoc præſtetur.*
[7] *Et hæc.* (8) *Si Quæſitor.* (9) *& ipſe.*
(10) *autem ei Quæſitori.* [11] *indigent.*
[12] *de eadem cauſa.* (13) *in portis.*

[14] hæc verba videntur pertinere ad Nov. 135. ſive ad aliam Conſtitutionem: hic quidem certe aliena ſunt. (15) *accuſationis.* forte, *actionis.* (16) *ſervant.* (17) *patris.*
[18] *curiali.* [19] *fuerit; vel ſi.*
(20) *vel ſi.* (21) *vel.*

(a) Hæc eſt conſtitutio 9. ejuſd. collat. hoc titulo, *Conſtitutio, quæ dignitatibus & Epiſcopatu filium liberat e patria poteſtate.* Ab Haloandro utraque lingua edita eſt. Vide Auth. Sed Epiſcopalis. C. *de Epiſc. & cler.*

UNED

& (1) peculium, quod filiifamilias conſtituti habeant (2).

II. Qui ex dignitate paterfamilias fit [3] legitima jura intacta habeat (4) in familia ſua. Ideoque (5) liberi ejus, quos habuit [6] dum filiusfamilias erat (7), poſt mortem patris ejus (8), in ipſius tranſeunt (9) poteſtatem.

III. Si filiusfamilias Epiſcopus fuerit factus, ex ipſa conſecratione paterfamilias erit. Hæc autem Conſtitutio etiam in illis locum habet, qui eo tempore, quo prolata eſt, in dignitatibus antefatis poſiti fuerunt (10).

NOVELLA LXXXII. (a)

I. EOS judices, quos Divæ (11) memoriæ Zenonis Conſtitutio διαιτητὰς vocat, in noſtra republica eſſe non concedimus, ſed alios judices noſtra electione (12) fieri jubemus. Et elegimus Anatolium V. SP. fiſci patronum factum, & Flavianum V. CL. fiſci patronum conſtitutum, & Alexandrum, & Stephanum, & Menam facundiſſimos advocatos, & Alexandrum alterum, & Danielem, & Victorem, & Cyzicenum Theodorum viros ſcholaſticos. Ex Patriciis autem elegimus Platonem virum glorioſiſſimum, & Victorem eminentiſſimum, & Phocatem glorioſiſſimum, & Marcellum virum magnificum, qui juſtitia præcellit, & Appione viro ſtrenuo ſcholaſtico conſiliario juſtiſſimo utitur.

II. Et judices quidem poſt magiſtratus populi Romani iſtos eſſe ſanctimus (13); & cauſas, quas ad eos mittimus, volumus judicare (14). Si quis autem magiſtratus conſtitutus judicem dare maluerit: non habeat licentiam ad alium cauſas delegare, niſi ad prædictos (15) eloquentiſſimos, & glorioſiſſimos viros, & ad ſuos conſiliarios: ita tamem, ut ubi (16) conſiliariis ſuis delegat cauſas (17), ipſe ſententiam dicat.

III. Sedere [18] autem judices volumus in baſilica a mane uſque ad veſperum (19) ſecundum ſolitum morem, & lites dirimere non ſolum futuras, ſed etiam eas, quæ apud idiotas inchoatæ ſunt.

IV. Si provocatio porrecta fuerit [20] judici: ſi quidem in ea cauſa, quam nos (21) delegavimus, appellatio exerceatur, aut in commune (22) procerum, aut ſecundum morem apud alios ex quantitate ſcilicet litis habita differentia. Sin autem magiſtratus ei cauſam delegaverit (23): appellatio apud eum (24) exercebitur.

V. (b) Judices vero uſque [25] ad trecentos ſolidos more quidem παραστημειώσεως (ideſt naturaliter) lites [26] audiant: ſed tamen ſententiam in ſcriptis dicant, & provocationem condemnato (27) non denegent (28), niſi forte ter appellare aliquis (29) maluerit, vel contumaciter (30) in abſentia fuerit [31]. Nam & tertia provocatio inlicita (32) eſt, & contumaces condemnati appellare non poſſunt.

VI. Si provocatio in hac civitate judici porrecta fuerit: uſque ad duos menſes induciæ præſtentur: & poſt duos menſes ſtatuti legibus dies ſuos peragant curſus, nulla reparatione (33) in hujuſmodi provocationibus locum habente (34).

VII. Nemo ſportulas, vel judiciorum impenſas ampliores exigat, quam noſtra Conſtitutione cautum eſt: alioquin pœnas legitimas patiatur (35). Unuſquiſque autem judex habeat duos exceptores, & duos executores fideles, & probatos, ut nulla ab eis aſtutia [36], vel proditio fiat. Ideoque periculo officialium, vel ſcholarium, ſive ſcriniariorum eligantur; ut ſi quid peccaverint illi (37), detrimenta læſis hominibus (38) reſarciant [39]. Magiſtratus autem competentes aditi damnum exigi jubeant: & judices ſi malitioſe verſatos exceptores, vel executores ſenſerint; removeant eos, & alios probatos electione, & periculo ſcholarum (40) ſive ſcriniorum [41], ſive officialium accipiant.

VIII. Si quis autem deſierit judex eſſe: alius judex in locum ejus conſtituatur noſtra juſſione, atque electione.

IX. Unuſquiſque judex ab utraque parte binos ſolidos in litis conteſtatione accipiat, & binos in termino litis, niſi forte litigium motum intra centum (42) ſolidos ſit. Si enim intra centum ſolidos fuerit: nihil accipiat. Habeant

(1) *Et ſequatur eos.* (2) *filiusfamilias conſtitutus habebat.* alii, *filiifamilias conſtituti habebant.* A. (3) *ſit.* (4) *habet.*
[5] *Ideo.* (6) *habebat.* (7) *fuit.*
(8) *patris.* (9) *tranſeant.* (10) *erant.*
(11) *Divinæ.* (12) *noſtræ electionis.*
(13) *cenſemus.* [14] *judices judicare.*
[15] *apud.* alii, *apud dictos.* (16) *tantum qui.* (17) *conſiliarii ſui cauſas examinent.* (18) *Manere.* (19) *veſperam.*
(20) *ſit porrecta.* (21) *quam.* [22] *communione.* (23) *delegavit.* (24) *apud eum ſcilicet magiſtratum.* (25) *uſque.*
[26] *ideſt naturales lites.* alii, *lites.*
(27) Ivo, *provocationes condemnato.* alii, *provocationes condemnatis.* (28) *denegentur.*
(29) *quis.* (30) *vel contumax.* Ivo. alii, *& contumaciter.* (31) *fuit.* (32) *præjudicata.* Ivo. (33) *& nulla reparatio.*
[34] *habebit.* (35) *patietur.* [36] *injuſtitia.* (37) *quis peccaverit, illi.*
(38) *læſis.* (39) *reſarcire curabunt.*
[40] *ſcholarium.* (41) forte, *ſcriniariorum.* [42] *trecentis.* & ibi verſ. ſeq.

[a] In libro Auth. eſt hæc Conſtit. 10. collationis 6. titulo *de judicibus &c.* Eam etiam Haloander utraque lingua edidit.
[b] Refert Ivo *parte* 16. *c.* 147. decreti, ut conſtit. 73. *c.* 5.

beant autem ſinguli (1) judices ex his octo, quos conſtituimus, binas libras auri de publico a menſa Præfecti Prætorio (2). Omnibus autem perſonis (3) privilegia in ſumptibus litium (4) præſtita maneant inconcuſſa.

X. (*a*) In definitiva ſententia judex debet definire, quod fieri (5) oportet de impenſis, quas altera pars ab adverſario ſuo paſſa (6) eſt. Et ſi quidem jurejurando terminare quantitatem (7) ſumptuum judex exiſtimaverit (8): faciat ejus (9) taxationem; & ſecundum quod is, qui vicit (10), juraverit, non ultra taxationem, ſic (11) adverſarium ejus condemnet. Sin autem propter varietatem litis in nullos ſumptus [12] condemnare alterum eorum (13) voluerit, & hoc in arbitrio ejus deponatur [14].

Omnia autem, quæ (15) de provocationibus, vel (16) recuſationibus; & ut viginti dierum (17) poſt admonitionem (18) reus inducias habeat (19); & ſi quid aliud judiciale conſtituimus (20), in ſua firmitate maneat (21).

XI. (*b*) Nemo cum jurejurando judicem cum adverſario ſuo accipiat: talia enim arbitria nullius momenti ſunt. Sin autem cum compromiſſo pœnali aliquis [22] judicem elegerit: res cauta erit: & duorum (23) alterum neceſſe eſt fieri; vel ſententiam judicis impleri; vel ſi hoc is (24), qui condemnatus eſt, recuſaverit (25): pœnam compromiſſi præſtari (26). Magiſtratus autem Reipublicæ (27) ſi interpellati fuerint, curent, ut pœna compromiſſaria exacta ab eo, qui obtemperare arbitrio noluit [28], adverſario ejus reſtituatur. In ſumma autem dicimus (29) poſt hac [30] licitum non eſſe, ut cum ſacramento litigatorum arbiter eligatur. Et ſi quidem cum ſponte ſua (31) contra jus ſententiam dederit (32): ipſe Deo (33) rationem daturus eſt. Sin autem per imprudentiam aliquid non jure [34] judicaverit: hoc partibus nocere prohibemus. Omnia autem cætera jura, quæ de compromiſſariis introducta ſunt, vel aliis (35) arbitriis non cum ſacramento receptis a veteribus legibus, vel a nobis introducta ſunt, in ſua firmitate innovata (36) permaneant.

XII. Omnes autem (37) judices provocationes ſibi porrectas ſuſcipiant; niſi (38) forte Præfectus Prætorio ſit. Nam in hac ſede jus retractationis (39) integrum cuſtodiri præcipimus.

XIII. (*c*) Omnes (40) lites ſecundum leges & Conſtitutiones dirimantur (41): quamvis juſſio noſtra, vel pragmatica ſanctio contrarium ſtatuerit: & provocationes ſibi porrectas admittant in his, ſcilicet cauſis (42), in quibus provocare licitum eſt.

Si quid (43) dubium judicibus videtur (44), hoc ad noſtram majeſtatem referant (45), & competens reſponſum mereantur.

NOVELLA LXXXIII. (*d*)

SI quis cum clerico litigium habuerit (46): 11.q.1.c.46.
ſi quidem de cauſa pecuniaria; adeat prius Epiſcopum, cujus judicio clericus ſubpoſitus eſt: ille enim (47) ſine damno, ſine dilatione (48) competentem finem liti impoſiturus eſt. Sin autem noluerit (49) [vel non potuerit] Epiſcopus litem dirimere: tunc ad civilem judicem (50) diſceptatio cauſæ perveniat (51). Ubi autem Epiſcopus cauſam (52) dirimere vult: ſine ſcriptura omnia procedant, & definitiva ſententia ſine ſcriptis ab eo proferatur (53): niſi for-

(1) *Singuli autem.* (2) *Prætorio accipiant.* alii, *Prætorii accipiant.* (3) *autem.*
(4) *litis.* [5] *quid fieri.* A. (6) *paſſa.*
[7] *quantitatem.* (8) *æſtimaverit.* alii, *examinaverit.* (9) *faciat &c.* alii, *faciat.*
[10] *vicerit.* alii, *vincit.* (11) *faciat exactionem, ſic.* alii, *ſic.* [12] *in nullo ſumptu.* alii, *nullo ſumptu.* (13) *alterutrum.* A. alii, *alteri alterum.* (14) *ponatur.* A. alii, *eſt.*
(15) *quæ.* [16] *&c.* (17) *dies.* (18) *monitionem.* (19) *habeat.* (20) *conſtituiſſet.* (21) *permaneat.* (22) *quis.* [23] *duorum enim.*
(24) *ſi is.* (25) *retractaverit.* (26) *præſtare.*
(27) *populi Romani.* (28) *arbitrio noluerit.* alii, *noluerit.* [29] *conſtituimus.* Ivo.
(30) *per hoc.* [31] *ſi enim.* Ivo. alii, *ſi quidem ſponte ſua.* A. (32) *dixerit.* A.

(33) *ipſe denuo.* Ivo. alii, *ipſe quidem Deo.* (34) *non juſte.* A. (35) *de aliis.*
(36) *non novata.* (37) *Omnes.* (38) *& nulli.* alii, *ſit permiſſum, niſi.* (39) *Retractionis in.* [40] *Omnes autem.* [41] *dirimentur.* Ivo parte 4. *breviantur.*
[42] *caſibus.* (43) *Si quid autem.* alii, *Si quod.* (44) *videatur.* A. (45) *reſervent.*
(46) *habeat.* (47) *autem.* Ivo. & Grat.
[48] Ivo parte 6. & Grat. *& ſine dilatione.* alii, *& dilatione.* [49] *vel non potuerit.* Ivo. Grat. & alii, *noluerit.* (50) *civiles judices.* Ivo. (51) *fiat.* [52] *litem.*
[53] Ivo parte 6. *ab eo ſine ſcripturis inſeratur.* Idem parte 16. *ab eo ſine ſcriptis inferatur.* Grat. *ab eo ſine ſcriptis feratur.* alii, *ſine ſcriptis ab eo producatur.*

(*a*) Vide Auth. Poſt jusjurandum. C. *de judiciis.*

(*b*) Vide Auth. Decernit. C. *de recept. arb.* Juliani verba refert Ivo *parte* 16. *cap.* 148. decreti, ut *cap.* 12. conſtit. 73.

(*c*) Refert Ivo *parte* 4. *cap.* 192. ut ex Nov. conſt. *lib.* 7. *cap.* 73. & *parte* 16. *cap.* 149. ut ex conſtit. 73. *cap.* 14.

(*d*) Eſt in libro Auth. conſt. 11. collat. 6. titulo *Ut clerici apud proprios Epiſcopos primum conveniantur.* Hac græca Haloander caruit, ut liber Florentinus, & Baſilicorum, eam tamen Scringerus græce, latine Agylæus ediderunt. Vide Auth. Niſi breves. C. *de ſent. ex peric. vel ex brevicido recit.* & Auth. Clericus. C. *de Epiſc. & cler.* Juliani verba refert Ivo *parte* 6. *c.* 427. ut conſt. 83. *c.* 1. & *parte* 16. *c.* 150. ut conſt. 74. *c.* 1. & Grat. 11. *q.* 1. *c.* 46. Si quis cum clerico. ut conſtit. 74. *c.* 1.

forte partes [1] voluerint, ut in ſcriptis ea inſeratur [2]. Quod ſi de criminali cauſa litigium emerſerit [3]: tunc competentes judices in hac civitate, vel in provinciis interpellati [4], conſentaneum legibus terminum cauſæ [5] imponant: ita tamen, ut diſceptatio litis duorum menſium ſpatium non excedat a litis conteſtatione numerandum (6). Non aliter autem (7) puniatur clericus, niſi obnoxius repertus, ſacerdotio nudatus (8) fuerit ab Epiſcopo ſuo, vel clericatus honore. Sin autem crimen eccleſiaſticum eſt: tunc ſecundum canones ab Epiſcopo ſuo [9] cauſæ examinatio, & pœna procedat (10), nullam communionem (11) aliis judicibus in hujuſmodi cauſis [12] habentibus.

Si quæ lites jam (13) conteſtatæ ſunt in judiciis civilibus, ſecundum priora jura ſuum finem expectent. Omnia autem privilegia, quæ data ſunt a nobis ſacroſanctis eccleſiis, & religioſis Epiſcopis, & clericis, ſive monachis, maneant immutabilia.

NOVELLA LXXXIV. (a)

SI quis deceſſerit [14] ſine liberis; ſine patre (15), & matre; & fratres ejus ab inteſtato ſucceſſionem ipſius capere velint (16): ſi quidem (17) juris diverſi ſunt, & quidam ex his (18) fuerint conſanguinei, non autem (19) ex eadem matre nati; vel ex eadem matre nati, non autem conſanguinei (20), & alii appareant ejuſdem patris, & ejuſdem matris (21) progeniti: ipſi aliis anteponantur fratribus. Nam & anteriores leges quodammodo hoc fieri præcipiunt: nam in illis cautum [22] eſt, ut ſi pater meus defuncta forte matre mea aliam [23] uxorem duxerit, & liberos habuerit (24); deinde ex (25) nuptialibus lucris; vel aliis, quæ adquiſitionem effugiunt, emolumentum uni ex his contigerit; & mortuus fuerit: ut anteponantur mihi fratres ipſius, qui non ſolum conſanguinei ſunt, ſed etiam ex eodem ventre nati, ex quo & ipſe progenitus eſt. Hæc autem Conſtitutio teneat non ſolum in futuris caſibus, ſed etiam [26] in præteritis; niſi judiciali calculo, vel amicali (27) compoſitione deciſi ſunt.

NOVELLA LXXXV. [b]

I. NEmo arma facere audeat, niſi qui in publicis fabricis, & matriculis fabricenſium præferuntur: & privatis hominibus non vendant. Numerorum autem fabricenſes nova arma non faciant, ſed vetera, quæ militum ſunt, adcurent. Si quid autem (28) novum fecerint: hoc ademptum noſtro armamentario addicatur. Eadem dicimus & de publicis balliſtariis, ut nemo nova arma faciat, ſed vetera renovet. Si quid vero novum fecerit; hoc ad publicum armamentum uniuſcujuſque civitatis pertineat.

Hæc autem obſervari oportet non ſolum ab ipſis balliſtariis periculo eorum, ſed etiam patribus (29) civitatum, ſub quibus & balliſtarii ſunt, & publica armamenta, & diligentia eorum, & cuſtodia (30). Si enim inveniatur fabricenſis arma vendens: curabit Præſes provinciæ hujuſmodi homini pœnam competentem imponere: & ab emptore, & ſine pretio vindicare, & publico addicere. Eadem dicimus & de his, quos deputatos numerorum vocant.

II. Sanctimus, ut privatus homo arma non faciat, niſi ſolum (31) fabricenſes, qui ad arma facienda militant (32), & de [33] publico aluntur. Oportet autem glorioſiſſimum Magiſtrum Officiorum quinque chartularios de ſcrinio fabricæ deputare bonæ opinionis homines, & primates ſcrinii; ut quærerent (34) de privatis hominibus (35) qui arma facere audent: & ſi quos idoneos invenerint, de eis (36) ad nos referant, ut matricula [37] eorum perſpecta noſtra reſcriptione confirmentur, & in militia inſcribantur [38], & fiant publici fabricenſes. Nam ſi [39] ea fuerint obſervata (40), ruſtici homines armorum copiam non habebunt. Oportet autem omnes [41] ſcriniarios, qui mittuntur ad inquiſitionem privatorum, qui arma fa-

[1] Ivo, & Grat. his verbis carent.
(2) *proferatur.* (3) *emerſit.* (4) *interpellati.* Ivo. [5] *cauſis.* (6) Grat. *numerandum. In criminalibus vero cauſis nunquam ſine ſcriptura procedere debet.* Hæc etiam verba in veteribus Gratiani libris deſunt. alii, *numerando.* (7) *autem.* (8) Ivo parte 6. *nudatus.* alias *privatus.* (9) *Epiſcopo ſoli.* Ivo. alii, *ab Epiſcopo ſuo ſola.* alii, *ab Epiſcopo ſolo.* (10) *procedant.* Grat.
[11] *communicationem.* [12] Grat. *in hujuſmodi caſibus.* alii, *in his cauſis.*
(13) *lites.* [14] *deceſſit.* [15] *& ſine patre.* (16) *capere poſſunt, & debent.*
(17) *ſin autem.* (18) *ex eis.* (19) *non enim.* (20) *non ex eodem patre nati.*
(21) *eidem patri, & eidem matri.*
[22] *dictum.* (23) *aliam.* (24) *habeat.*
(25) *de utraque ex.* [26] *ſed &.*
(27) *amicabili.* (28) *Si quid.*
(29) *a patribus.* (30) *cuſtodia, ut eos non faciant arma.* Vet. Cod. forte, *cuſtodiant eos, ne faciant arma.* (31) *ſed ſoli.*
(32) *militum.* (33) *etiam de.* [34] *& quærere.* (35) *omnibus.* [36] *de his.*
(37) *nomina.* (38) *ſcribantur.*
(39) *Attamen ſi.* [40] *Sed hoc facto, & legitime obſervato.* (41) *eos.*

[a] Hæc eſt conſtit. 12. ejuſdem collationis 6. titulo *de conſanguineis, & uterinis fratribus.* Hac etiam carent Haloander, Florentinus liber, & Baſilicorum. Eam quoque Scringerus græce, Agylæus latine ediderunt. Vide Auth. Itaque. C. *commun. de ſucceſſ.*
[b] Hæc eſt conſt. 13. ejuſd. collat. titulo *de armis.* Hanc græce, & latine Haloander edidit.

faciant (1), depoſitiones a magiſtratibus [2] & Defenſoribus, & Patribus civitatum accipere; quod nemini privato concedant arma facere. Si enim conceſſerint: Alexandrinæ quidem civitatis Præfectus viginti librarum auri pœna percellatur, & magiſtratu ſuo careat [3]; & officium (4) ejus viginti librarum auri pœna (5) multetur, & capitali ſupplicio punietur [6]. Cæterarum autem provinciarum Præſides denas libras auri pœnæ nomine præſtare, & magiſtratu ſuo carere jubemus: Officiales (7) autem, & Defenſores, & Patres civitatum tres auri libras dare (8), & capitali puniri ſupplicio.

III. Nemo privatus faciat, aut comparet arcus, vel tela, vel ſpathas, vel gladios, quos παραμήρια vocant, vel Zabas, ſive loricas, vel contos, aut lanceas quocumque modo fiant, vel quæ ab Iſauris μονοκόντια dicuntur, vel Zibynnos, quos miſſibilia vocant, vel ſcuta, vel caſſides. Liceat autem privatis hominibus (9) facere, & comparare cultellos minimos, quibus in bello quiſpiam uti non poteſt.

IV. Sciant Chartularii ſcrinii fabricæ, quod ſi hæc ſaluberrima noſtra conſtituta (10) contempſerint, non ſolum pecuniarias pœnas ſubſiſtent (11), ſed etiam corporales, & militia ſua carebunt, & ſcrinium eorum ad curam fabricæ nullam communionem habebit; ſed aliis hæc cura a nobis committetur.

NOVELLA LXXXVI. (a)

I. SI quis propter civilem, vel criminalem cauſam Præſidem provinciæ adierit; & ille contempſerit actorem, vel alio modo cauſam cognoſcere ſecundum leges contempſerit: liceat actori ſupplicare civitatis Epiſcopo; & hoc ipſum in [12] querimoniam deducere: ut religioſus antiſtes, vel ipſe ad Præſidem veniat, vel ſuos homines mittat, per quos compellere (13) Præſidem ſine dilatione, & injuria litem dirimere poſſit (14). Quod ſi tanta imprudentia (15) rector provinciæ teneatur, ut nec Epiſcopo, nec clericis ejus (16) imminentibus juſtitiam ſequatur: tunc liceat Epiſcopo, ſi voluerit actor (17) ad noſtram pietatem venire [18], & preces fundere, dare ei litteras, per quas nobis declaretur ſuperbia, atque injuria Præſidis. Nos enim & actori medebimur, & Præſidi competentem vindictam imponemus.

II. (b) Si cui (19) Præſes provinciæ ſuſpectus eſſe videatur [20]; & litigare apud eum ſolum noluerit: liceat ei Epiſcopum invocare, ut cum ipſo (21) confidente litem (22) audiat: & vel amicali (23) compoſitione litigatores tranſigere faciant (24), vel more παραστημειώσεως (ideſt naturaliter) litem audiant [25], vel cognitionaliter: ita tamen ut ſententia [26] legibus conſentanea imponatur (27).

Si quis autem non (28) adito Præſide provinciæ (29), & ſine litteris Epiſcopi in hanc venerit civitatem, & de aliqua cauſa nos moleſtaverit: ſciat ſe tales pœnas ſubiturum, quales paſſurus eſſet (30) Præſes provinciæ, ſi aditus [31] eum contempſiſſet (32).

III. Si quis a Præſide provinciæ injuriam paſſus fuerit, adeat civitatis Epiſcopum: ut ſi arbitrio ejus Præſes condemnatus ſit: ſatiſfaciat homini injuriam paſſo. Sin autem hoc Præſes (33) facere noluerit; & veniat ad noſtras piiſſimas aures: ſi quidem juſtam ſententiam religioſiſſimi civitatis Epiſcopi comprehendamus: ultimis ſuppliciis Præſidem affici jubemus: ſin autem innocentem eum inveniamus: neceſſe eſt, ut nullum reſponſum a noſtra clementia (34) calumnioſus actor accipiat.

IV. Jurent (35) officiales Præſidum, ut lites ſubjectorum [36] dirimantur (37); & non accipiant (38) ſportularum nomine plus, quam [39] noſtra Conſtitutione cavetur (40). Quod ſi contra hoc [41] fecerint: ultimis ſuppliciis ſubiiciantur.

V. Si Epiſcopus propter gratiam Præſidis ſupplices (42) contempſerit: ex ſacris regulis pœnæ ſubiiciatur.

VI. In civitatibus, in quibus Præſides præſto non ſunt, adeant litigatores Defenſorem (43) civitatis, & ille audiat [44] cauſas. Sin autem Epiſcopum judicare ſibi maluerint: hoc quoque fieri jubemus.

(1) *faciunt.* (2) *& a magiſtratibus.* (3) *careat.* (4) *officium autem.* [5] *libris auri.* [6] *puniatur.* (7) *Officium.* (8) *trium auri librarum pœna multari.* (9) *omnibus.* (10) *ſtatuta.* alii, *inſtituta.* (11) *ſuſtinebunt.* (12) *& ipſam.* (13) *compellat.* [14] *dirimere.* alii, *dirimat.* (15) *impudentia.* A. (16) *clericis.* (17) *actorem.* (18) *mittere.* (19) *Si quis.* (20) *videtur.* Ivo. (21) *ut cum eo.* alii, *& cum ipſo.* (22) *cauſam.* Ivo. (23) *& vel amicabili.* alii, *vel amicabili.* (24) *faciat.*

(25) *audiant.* alii, *eos audiant, ideſt naturaliter.* (26) *ſententiam.* (27) *imponat.* (28) *non.* [29] *Præſide.* (30) *erat.* alii, *eſt.* (31) *aditus audire.* (32) *contempſerit.* (33) *hoc.* (34) *reſponſum.* (35) *Curent.* alii, *Cum res exigit.* [36] *ſubditorum.* (37) *dirimant.* (38) *capiant.* alii, *ſuſcipiant.* (39) *plus, quam quod.* alii, *niſi in quantum.* [40] *jubetur.* (41) *hi contra hoc.* alii, *contra.* (42) *ſupplicem.* (43) *Defenſorem.* [44] *illi audiant.*

[a] Hæc in libro Auth. eſt conſt. 10. collat. 9. tit. *Ut differentes judices audire interpellantium allegationes cogantur ab Epiſcopis.* Eandem ab Haloandro græce, & latine edita eſt.

(b) Vide Auth. Si vero. C. *de judiciis.* Juliani verba refert Ivo *parte 16. cap.* 143. ut conſt. 66. *cap.* 2.

VII. Nemo Epiſcopus, vel (1) clericus ſine litteris Patriarchæ, vel Epiſcopi ad hanc florentiſſimam (2) civitatem veniat.

VIII. Neque Præfectianus, neque in rebus agens, neque alius cujuslibet (3) condicionis homo in provinciam (4) veniens plus exigat ſportularum nomine, quam noſtra (5) Conſtitutione cavetur. Sin autem plus exegerit: ſuo periculo Præſes ſecundum leges in eum vindicet [6]. Quod ſi hoc facere neglexerit: Epiſcopus civitatis ad nos referat: & tam de Præſidis negligentia indicet, quam de dignitate, vel militia, vel alia condicione ejus, qui plus exegerit: ut nos in utrumque [7] competentem coertionem imponamus.

NOVELLA LXXXVII. [a]

NEmini liceat curiali condicioni obnoxio aliquid donare de ſua ſubſtantia, niſi quod pertineat (8) ad donationem propter nuptias ſive pro ſemetipſo, ſive pro liberis [9] dederit. Liceat autem eis & dotare filias ſuas, ſi nuptias contrahant: aliter autem non (10) liceat eis immobiles res ſuas donare ſive mortis cauſa, ſive non mortis cauſa. Vendere autem ſi velint, liceat eis ſecundum noſtras Conſtitutiones. Nam & dotem dare pro filia ſua (11) curialis homo poteſt (12) uſque ad eum modum, qui Conſtitutione comprehenſus eſt. Scire autem oportet, quod aliis privatis hominibus non eſt interdictum donationes mortis cauſa facere, & quas voluerint condiciones inſerere. Nam eis conceſſum (13) eſt etiam talem condicionem addere, ut non liceat donatori mortis cauſa donationem revocare; alias autem condiciones obſervare. Sed & non mortis cauſa donationes qui velint, ſecundum leges faciant.

NOVELLA LXXXVIII. (b)

I. QUidam Titio depoſuit pecuniam, vel alias res ſub aliquibus condicionibus; ut ſi impletæ fuerint, reddatur ei depoſitum: deinde implevit (14); & depoſitarius nihil reddere vult: jubet Conſtitutio teneri eum, quia condicionibus impletis res depoſitas reddere debet. Sed, & ſi venerit aliquis & denuntiaverit depoſitario, ne aliquid reddat: nihil hoc ei, qui depoſuit, noceat. Quidquid enim damni poſt talem denuntiationem, vel fortuito (15) caſu depoſitis rebus contigerit (16): hoc ad eum, qui denuntiavit, pertinet, ut depoſitario (17) indemnitas conſervetur. Hoc amplius, ſi pecunia erat depoſita; & eam reddi quiſpiam denuntiatione prohibuerit: ex eo tempore cogendus eſt tertiam centeſimæ uſurarum nomine depoſitario (18) præſtare uſque eo donec reddatur pecunia.

II. Si quis vel civiles (19) annonas dari prohibuerit alicui, cujus ſe creditorem dicit eſſe; vel ſi denuntiaverit inquilinis ne penſiones præſtent: quidquid damni ex hoc domini ſenſerint [20]; is, qui denuntiavit, reſarcire cogatur (21). Hoc amplius pecuniæ, quam prohibuit (22) dari, uſuram præſtet tertiam centeſimæ: & nemo dicat, quod poteſt dominus cautionem defenſionis inquilinis dare, & penſiones poſt denuntiationes exigere. Defenſio enim ſine fidejuſſore (23) omnino idonea non eſt; & non facile eſt fidejuſſorem omnibus invenire.

NOVELLA LXXXIX. (c)

HÆC Conſtitutio de liberis naturalibus loquitur: & dicit filios natos aut ingenuos, & legitimos eſſe; aut ingenuos, & naturales; aut naturales, & ſervos; aut omnino [24] nec naturales dignos (25) appellari. Eorum (26) autem, qui naturales ingenui, vel ſervilis condicionis ſunt, aut legitimi poſtea fiunt, aut in eodem ſtatu manent (27). Et ingenui quidem, atque legitimi filii naſcuntur, qui ex legitimis nuptiis procreati ſunt. Nuptias autem legitimas contrahi diximus (28) aliter in perſonis ſenatoriis (29), aliter in viliſſimis hominibus, aliter inter eos, qui mediaſtini (30) ſtatus ſunt. Succeſſiones autem parentium ad legitimos variis pertinent modis, de quibus pleniſſime juriſconſulti, & Conſtitutiones locuti [31] ſunt. Naturales autem liberi, ſive ingenui, ſive ſervi, quibus modis poſtea fiunt [32] legitimi, & per quas vias naturalibus ſuccedunt (33) parentibus; neceſſarium eſt exponere. Igitur

(1) *nec Epiſcopus, nec.* alii, *Epiſcopus, nec.*
(2) *ſanctiſſimam.* [3] *cujuſque.*
(4) *provincias.* (5) *quam quod noſtra.*
(6) *judicet.* (7) *utrique.* (8) *pertinet.*
[9] *liberis ſuis.* (10) *enim non.*
(11) *filiæ ſuæ.* (12) *poterit.*
(13) *commiſſum.* (14) *complevit.*
(15) *fortuito.* [16] *acciderit.*
(17) *depoſitarii.* [18] *depoſitori.* A.
(19) *civiles.* (20) *ſenſerunt.*
(21) *cogitur.* (22) *prohibuerit.*
(23) *fidejuſſione.* (24) *omnimodo.*
(25) *nec legitimos.* (26) *Eos.*
(27) *manere.* (28) *contrahimus.*
(29) *Senatorum.* A. (30) *medii.* (31) *locutæ.* A. (32) *fiant.* A. (33) *ſuccedant.* A.

(a) Hæc Conſtit. in libro Auth. deſideratur. Edidit eam græce, & latine Haloander ſub tit. *de donatione mortis cauſa facta a decurionibus.* Videndum eſt, an de hac ſenſerit Albericus verbo *Floruit*, an vero de Nov. 38. an de utraque.

[b] Hæc eſt in libro Auth. conſt. 14. collat. 6. tit. *de depoſito.* Hanc etiam græce, & latine Haloander edidit. Vide Auth. Sed jam cautum. C. *depoſiti.*

(c) In libro Auth. hæc eſt conſtit. prima collat. 7. tit. *Quibus modis naturales efficiantur ſui.* Edidit Haloander eandem utraque lingua.

UNED

tur ſi quis filios ſuos naturales curiæ dederit, vel omnes, vel quoſdam, vel unum ex his: legitimos faciat ſecundum Divæ [1] memoriæ Theodoſii Conſtitutionem. Idem juris eſt ſi filiam naturalem curiali homini pater conjunxerit. Sed quia hæc pars de ſucceſſionibus & de aliis (2) multis dubietatem recipit: ordinarium eſt prius eam pleniſſime explanare. Igitur ſi quis naturalem filium, vel naturales habuerit, eumque, vel eos, vel quoſdam, vel unum ex his legitimos facere voluerit: det eos (3) curiæ civitatis, quamvis Illuſtri dignitate decorati ſint; & fiunt legitimi exceptis ſcilicet (4) illis dignitatibus, per quas, & ſi curiales eſſent, hac condicione relaxati fuiſſent. Dari (5) autem eum curiæ oportet, vel in ſpectaculo toto populo conſidente; vel actis (6) intervenientibus, vel in teſtamento ſuo, ſi ille non reclamaverit. Et hæc (7) omnia procedunt (8) ſive habeat legitimos filios pater, ſive non. Sin autem poſt mortem patris naturalis (9) ſpontanea voluntate ſeſe (10) dare curiæ maluerint: non aliter audiantur, niſi nullum legitimum filium pater reliquerit (11). Hæc autem [12] quæ de patre dicimus, optineant & in avo, & in proavo, & in (13) aliis hujuſcemodi perſonis. Sed ſi quidem ex provinciali civitate oriundus eſt is, qui filium [14] curiæ dare velit (15); in eadem civitate filium ſuum faciat curialem (16) ſive ipſe quoque pater curialis ſit, ſive non. Sin autem ex vico oriundus eſt: in ea civitate curialem faciat filium naturalem, cujus in territorio vicus eſt. Illo proculdubio obſervando, ut ubi quidem parens dat, non impediant legitimi filii: ubi autem filius ſeſe dare velit (17), impediatur legitimis filiis ſuperſtitibus. Sin autem parens (18) naturalis, vel Romanus ſit, vel Byzantius: liceat ei in qua voluerit metropolitana civitate filios ſuos (19) naturales curiæ dare. Eadem dicimus, & ſi quis filiam ſuam curiali homini conjungere maluerit.

II. Si curialis naturales tantum filios habuerit; liceat ei manumittere eos, & curiæ dare, & hoc modo legitimos facere. Ipſi quoque naturales liberi, ſi libertatem quoquo modo nanciſcuntur, mortuo patre, nullis legitimis liberis ſuperſtitibus, licentiam habeant curiæ ſe dare, & legitimum nomen mereri.

III. Si naturalis filius curiæ datus fuerit; legitimus patri ſucceſſor ab inteſtato exiſtat: ex (20) teſtamento capiat, quantum ei pater naturalis reliquerit, niſi forte legitimos filios ante habuit (21) tunc enim non plus habeat naturalis filius, quam is, qui legitimus conſtitutus minimam habet portionem. Et ſi quidem mortuo patre, & [22] curialia munera ſubeat, & quod ei (23) donatum, vel relictum eſt [24], poſſideat: maneat (25) ſecurus. Sin autem res paternas velit reſpuere, ut curiali condicione liberetur: omnino non audiatur. Enimvero ſi (26) ab initio curialem condicionem contempſerit (27); poſtea autem in poſſeſſione paternarum rerum vel omnium, vel ex parte inventus fuerit (28): tunc curialis condicionis nexibus teneatur [29]. Quæ diximus de maſculis curiæ datis [30] intelligenda ſunt & de filiabus naturalibus, quæ nuptæ ſunt curialibus (31).

IV. Si filius curiæ datur (32): ipſi patri tantummodo legitimus fiat ſucceſſor, non etiam (33) parentibus, vel liberis ipſius, vel agnatis, vel cognatis ejus: niſi forte ab aliquo [34] ex his heres inſtituatur.

V. Si quis curiæ datus, & legitimus factus deceſſerit: ſi quidem habeat curiales (35) legitimos liberos; ad ipſos ſucceſſio ejus perveniat. Sin autem quoſdam curiales habeat, quoſdam hac condicione liberatos; ad curiales quidem novem unciæ ſubſtantiæ ejus veniant, ad alios autem tres unciæ. Quod ſi nullos liberos habeat: novem quidem uncias curia, & publicus (36) habeat (37); tres autem uncias, vel heredes, quos in teſtamento ſuo ſcripſit, vel hi, qui ab inteſtato ad hereditatem ejus vocantur. Sin autem ſcriptus heres, vel non ſcriptus curiæ ſe dare maluerit, & hereditatem ipſius habere; nullo modo prohibeatur: ſed habeat licentiam, ut cum curiali condicione novem uncias ad curiam, & publicum (38) pertinentes accipiat: ſi prius Imperatori ſupplicaverit; & hoc ipſum ei ab imperiali numine conceſſum fuerit.

VI. Si quis naturales habuerit liberos, poſteaque decedens in teſtamento ſuo curiæ eos dederit; & illi poſt mortem patris ſui naturalis conſenſerint: habeant novem uncias; qualitercumque diſtributionem pater (39) inter eos fecerit: ita tamen ut minus novem unciis non accipiant. Melius autem faceret pater, ſi totum aſſem eis reliquerit (40). Quod ſi quidam ex his conſenſerint, quidam autem noluerint curiales eſſe: ad eos, qui conſentiunt (41), novem unciæ perveniant; tres autem unciæ ad eos devolvantur, ad quos teſtator voluit. Quod ſi nullus ex naturalibus liberis curialem ample-

(1) *piæ.* [2] *& aliis rebus.* (3) *debet eos dare.* (4) *videlicet.* (5) *Dare.*
(6) *vel actis publicis.* (7) *hæc autem.*
(8) *procedant.* (9) *naturalis filii.*
(10) *ſe.* (11) *reliquit.* (12) *Non autem.*
(13) *avo, &c.* (14) *filium ſuum.*
(15) *voluerit.* [16] *liceat ei filium ſuum facere curialem.* (17) *voluit.* (18) *pater.*
(19) *filios.* (20) *& ex.*
(21) *ante habuerit.*

(22) *patre.* [23] *quod eſt.*
(24) *relictum.* (25) *& maneat.*
(26) *Si vero.* (27) *contempſerint.*
(28) *inventi fuerint.* [29] *teneantur.*
(30) *oblatis.* [31] *curialibus nupſerint.*
(32) *curiæ filius datus.* (33) *non autem.*
(34) *ab aliquibus.* (35) *curialis quoſdam.*
(36) *publicum.* A. (37) *habeant.*
(38) *curiæ, & publico.* (39) *eorum pater.*
[40] *relinqueret.* A. [41] *conſenſerint.*

ctitur [1] condicionem: ad ipſam curiam novem unciæ pertineant, ſcilicet ut ſecundum noſtram Conſtitutionem inter curiam, & publicum novem unciæ dividantur. Sed ſi quis nihil de naturalibus liberis ſuis dixerit, ſed ſilentio eos præterierit; illi autem ſua ſponte voluerint curiæ nexibus eſſe ſubjecti, ut patris naturalis ſucceſſionem capiant: liceat [2] hoc facere, ut novem accipiant uncias. Sed ſi pater naturalis filium ſervum habuerit, eumque manumiſerit, & curiæ dederit eum [3]: & ſi poſt mortem naturalis patris curialis eſſe maluerit, novem uncias accipiat. [Hoc amplius [4] & ſi tantum manumiſerit, & non obtulerit; & poſt mortem naturalis patris curialis eſſe maluerit: tunc etiam nihilominus novem [5] uncias accipiat.] Idem dicimus, & ſi teſtator curiæ (6) dederit in ſuo teſtamento: omni enim (7) modo qui curialia (8) onera ſubire paratus eſt, novem uncias accipiat. Quod ſi omnes naturales liberi curiales eſſe volunt; pro rata portione inter eos novem unciæ diſtribuantur [9].

VII. Zenonis divæ memoriæ Conſtitutio, & Anaſtaſii lex de naturalibus liberis poſita, maneat ſecundum ſua tempora inconcuſſa. Sed & Divi Juſtini Conſtitutio id perpetuum maneat, quæ prohibet naturales liberos adoptionis modo legitimos fieri (10).

VIII. Si quis cum libera muliere conſuetudinem habuerit; & ex ea naturales liberos procreaverit; poſtea autem affectione procedente dotalia inſtrumenta cum ea fecerit: dicimus liberos tam eos, qui ante (11) inſtrumenta, quam illos [12], qui poſtea nati ſunt, legitimos, & in poteſtate patris fieri; ſive poſt inſtrumenta facta nati (13) filii deceſſerint, ſive omnino nati non fuerint: nulla diſcretione habita utrum alia ſubſit [14] legitima proles, an non. Sed & ſi quis conceptus ante inſtrumentum, poſtea natus fuerit: illud tempus, quo natus eſt, inſpiciatur, ut legitimus fiat (15), vel ſi proſit ei (16) tempus conceptionis, illud tempus obſervetur (17).

IX. (*a*) Si quis (18) filios habuerit naturales, eorum autem mater mortua ſit, ut (19) dotalium inſtrumentorum compoſitio fieri non poſſit: vel ſi vivat (20) quidem mater eorum (21); ſed ea digna matrimonio non ſit; vel ſi cælata fuerit, ut uxor non ducatur: pater autem filios ſuos [22] legitimos facere velit [23]: liceat ei ſupplicare Principi, & hoc ipſum manifeſtare in precibus ſuis, ut Principe annuente ſtatus filiorum (24) confirmetur; ſcilicet ſi in his caſibus legitima proles non ſubſit (25).

X. (*b*) Si pater naturalis dum vivit, præcedentes obſervationes (26) non fecerit; ut filios ſuos naturales legitimos efficiat (27), componat teſtamentum, & in eo dicat ſe velle eos legitimos ſibi ſucceſſores exiſtere [28]. Et ſi hoc fecerit (29), liceat filiis hoc docere [30], & teſtamentum patris oſtendere (31), & legitimam hereditatem ejus adipiſci: ſic tamen ut prius principi ſupplicent (32), & hoc ipſum allegent (33).

XI. Hæc autem omnia (34) totiens locum habent, quotiens & ipſi liberi naturales conſentiunt. Si enim invitus nemo emancipatur; quanto magis non debet aliquis (35) ſui juris conſtitutus alienæ ſubiici poteſtati. Quod ſi quidam ex his (36) voluerint, quidam autem noluerint (37): hi, qui volunt, legitimi ſucceſſores exiſtant parenti. Illud autem certum eſt, quod legitimis filiis ſuperſtitibus tempore, quo pater moritur, naturalis filius legitimus nullo modo intelligitur; niſi vel curiæ datus eſt, vel dotalia inſtrumenta cum matre ipſius (38) compoſita ſunt (39). Nemini autem liceat filium naturalem adoptare, & eo modo eum legitimum facere.

XII. (*c*) Si quis filios naturales habuerit, ſi quidem legitimos eos (40) prædictis modis effecerit (41): ita ei ſuccedant (42), quemadmodum ex nuptiis lege (43) cognitis procreati patribus (44) ſuis ſuccedunt. Sin autem naturales permanſerint: ſi quidem legitima proles ſubſit, non liceat patri filiis naturalibus, & matri eorum, ideſt concubinæ ſuæ ultra unam unciam dare, ſive inter vivos, ſive mortis cauſa, ut ſemunciam concubina habeat, ſemunciam liberi: quidquid (45) autem plus (46) dederit, hoc habeant legitimi filii. Sed & ſi (47) ſolam habeat concubinam, non plus ei, quam ſe-

(1) *complectatur.* (2) *liceat eis.*
(3) *dederit: novem uncias ei relinquere compellatur.* (4) deeſt in veteri libro hæc periodus, quam retinendam cenſeo.
[5] *novem.* (6) *eum curiæ.* A.
[7] *omni.* (8) *curiæ.* (9) *dividantur.*
[10] *facere.* (11) *qui ante dotalia.*
[12] *eos.* (13) *nati.* [14] *ſit.* [15] *ſit.*
(16) *proſit.* (17) *obſervet.* (18) *Si quis autem.* (19) *ſit, &c.* (20) *ſi viva.*
(21) *mater.* [22] *pater vero filios.*
(23) *vult.* (24) *filiorum ſuorum.*
(25) *ſit.* [26] *præcedentem obſervationem.* (27) *ſibi faciat.*
(28) *ſucceſſores ſuos exiſtere ſibi.*
(29) *hæc fecerit.* alii, *hoc dixerit.*
(30) *dicere.* (31) *docere.* (32) *ſupplicaverint.* (33) *allegaverint.* [34] *autem.*
(35) *debet.* [36] *ex eis.* (37) *quidam non.* (38) *ejus.* (39) *ſint.* [40] *legitimos.*
[41] *fecerit.* (42) *ſuccedunt.*
(43) *legibus.* A. (44) *parentibus.*
(45) *ſi quid.* (46) *plus ei.*
(47) *Sed ſi.*

(*a*) Vide Auth. Præterea. C. *de natur. liber.*
(*b*) Vide Auth. Item ſine. C. *eod. tit.*
[*c*] Vide Auth. Nunc. & Auth. Licet. *eod. tit.* Partem hujus capitis refert Ivo *lib.* 6. *tit.* 3. *c.* 3. Panorm. ut Nov. conſt. 89. & *parte* 8. *c.* 60. decreti, ut Nov. conſt. 79. & *parte* 16. *c.* 151. ut conſt. 79.

UNED

ſemunciam præſtet. Quod ſi nullos filios (1) habeat, liceat ei & in toto alſe filios ſuos naturales heredes ſcribere (2), niſi forte parentes (3) habeat: tunc enim parentibus legitima portione relicta reliquæ partes [4] ad naturales filios tranſire poſſunt (5). Eadem licentia eſt patri præſtanda, & ſi donatione vel alioquocumque titulo, vel vivus, vel moriens ſubſtantiam ſuam naturalibus filiis præſtare voluerit. Illo (6) proculdubio obſervando (7), ut concubinam ille habere (8) poſſit, qui uxorem non habet. Hæc (9) autem totiens teneant (10), quotiens naturalis (11) pater, vel teſtamento, vel alio ultimo judicio ſuam declaraverit voluntatem. Quod ſi quis inteſtatus deceſſerit, & neque [12] filios habuerit, filiaſve, neque nepotes, aut neptes, vel deinceps alias (13) perſonas; habeat autem in domo ſua concubinam liberam, ex qua etiam filios habuerit [14]: tunc etiam (15) inteſtato patre naturali mortuo duas uncias habeat dividendas inter eos pro virili portione, & mater eorum unius filii partem (16) accipiat: & hæc ita ſe habeant, quamvis adgnatus, vel cognatus, vel patronus, vel fiſcus inteſtato defuncto patri naturali ſucceſſerint (17). Sed & ſi concubina, ante quam pater moriatur, deceſſerit: nihilominus naturales filii duas uncias inteſtato patre mortuo integras capiant (18). Idem dicimus, & ſi concubina ſeparata eſt ab eo (19). Nemo autem intelligat (20) concubinam, quando (21) cum multis mulieribus concumbere concubitor ſolet (22). Nam quemadmodum qui legitimam uxorem habet (23), aliam habere durante eodem (24) matrimonio non poteſt: ita & qui unam concubinam habet, non poteſt aliam eo (25) tempore habere. Nulla autem differentia eſt, utrum maſculi, an feminæ ſint, qui, quæve ex tali concubinatu (26) progeniti, vel progenitæ ſunt. Quod ſi quis inteſtatus deceſſerit, & legitimos liberos reliquerit (27), & naturales: nihil quidem naturales accipiant (28), alantur autem a fratribus ſuis, ideſt a legitimis filiis defuncti ſecundum ſubſtantiam, quæ ad eos pervenit ex patre, quemadmodum vir bonus æſtimaverit, ideſt viri boni arbitratu (29). Idem juris eſt, & ſi (30) uxorem quidem habeat, liberos (31) autem naturales ex concubina ante mortua, ut hi (32) alantur a ſucceſſoribus ejus [33]. De nepotibus enim naturalibus ea, quæ conſtituimus in Codice, teneant.

XIII. (*a*) Sed quemadmodum liberis naturalibus conſultum eſt: ſic & ipſi debent patribus ſuis naturalibus viciſſitudinem dare, & in alimoniis, & in ſucceſſionibus, quemadmodum in ipſis filiis conſtitutum eſt.

XIV. Si pater naturalis aliquid dederit, vel reliquerit filio ſuo (34); liceat ei præſtare tutores, vel curatores in iiſdem rebus confirmandos. Liceat autem, & matri tutelam filiorum (35) naturalium ſuſcipere; & omnia facere, quæ in legitimis liberis (36) facere ſolet.

XV. [*b*] Hæc [37] Conſtitutio non pertinet ad eos liberos [38], qui ex nefariis procreationibus procreati [39] ſunt: ideoque nec alimoniam (40) eis parentes, vel fratres debent. Conſtantini autem divæ memoriæ lex ad Gregorium reſcripta [41] penitus evacuetur.

NOVELLA XC. (*c*)

I. (*d*) NUllius [42] recipiatur teſtimonium [43], niſi ejus, qui ſit bonæ opinionis (44); quem vel (45) dignitas commendet

(1) *filios legitimos.* A. (2) *inſtituere.*
(3) *pater naturalis parentes.* [4] *reliqua pars.* (5) *poteſt.* alii, *poſſint.* (6) *Illud.*
(7) *obſervandum eſt.* (8) *habere.*
(9) *Hoc.* [10] *teneat.* (11) *& naturalis.*
(12) *neque.* (13) *& deinceps.*
(14) *habuit.* (15) *&.* (16) *portionem.*
(17) *ſucceſſerit.* (18) *accipiant.*
(19) *a viro.* (20) *intelligitur.* Ivo in Panorm. *intelligatur.* Idem in decreto.
(21) Ivo. *habere, qui.* alii, *illius, qui.*
(22) *ſolet.* Ivo. (23) *habeat.* Ivo in Panorm.
(24) *eo durante.* (25) *alias eodem.* Ivo in Panorm. *alias eo.* Idem in decreto. (26) *concubina.* (27) *habuerit.* (28) *capiant.*
(29) hæc deſunt in quibuſdam libris. (30) *ſi.*
(31) *filios.* (32) *ut & hi.* (33) *ſuis ſucceſſoribus.* (34) *filio.* (35) *filiorum ſuorum.*
[36] *in legitimis.* alii, *legitimi.*
(37) *Hæc autem.* (38) *eos.* (39) *nuptiis procreati.* A. alii, *nuptiis creati.* alii, *procreati.* (40) *alimonias.* (41) *ſcripta.*
(42) *Nullum.* alii, *Nullus.* [43] *in teſtimonium.* (44) Ivo parte 16. *bona opinione.* Idem in Panorm. *bona opinione habitus.*
[45] Ivo. *vel quem.* alii, *quem.*

[*a*] Vide *d.* Auth. Licet.
(*b*) Vide Auth. Ex complexu. C. *de inceſt. & inut. nupt.* & *d.* Auth. Licet.
(*c*) Hæc eſt conſtit. 2. collat. 7. tit. *de teſtibus.* Eam græce, & latine edidit Haloander. Nec non a beato Gregorio, qui græcam linguam ignorabat, referuntur latina quædam verba hujus conſtit. quæ neque cum verbis Juliani, neque cum verbis Authenticor. conveniunt; quamvis ſententia eadem ſit. Idem quoque refert alia verba Nov. conſt. 123. Quo fit, ut ab illis diſſentiam, qui putant Authenticor. interpretem Gregorio antiquiorem, aut æqualem fuiſſe, & Juſtiniani temporibus proximum. Mihi probabilius eſt Irnerii, & Bulgari tempore monachi cujuſdam opera græcum librum repertum, & a Berguntione Piſano, qui græca verba Digeſtor. convertit, Latinum factum eſſe. Vidend. Odofr. in *l.* 2. *D. de legib.* & in *l. un.* C. *de emend.* C. ubi Alberic. Azo, & Jo. in proemio Auth. Divi Gregorii epiſtula eſt *lib.* 11. regiſtri *c.* 54. unde ſumpſit Bernardus Papienſ. *c.* 3. *de teſtibus.* in prima collectione decretalium, & ab eo Greg. *9. c.* 2. *de teſtibus.* Vidend. etiam Grat. 11. quæſt. 1. *c.* 39. *de perſona.* & 2. quæſt. 1. *c.* 7. in primis, quæ capita ex ead. epiſt. ſunt.
[*d*] Refert Ivo *parte* 16. *c.* 152. decreti, ut conſtit. 80. *c.* 1. & *lib.* 5. *tit.* 2. *c.* 3. Panorm. ut conſtit 30. *c.* 1.

UNED

det [1], vel militia, vel vitæ honeſtas, vel artis laudabilis titulus, vel etiam aliorum teſtium vox de bona vita ejus (2) conſentiens. Alius autem teſtis ſi viliſſimus (3) in judicio productus fuerit: liceat judici, ſi hoc exiſtimaverit (4), & tormentis eum ſubiicere (5) in hac quidem florentiſſima urbe [6] per prætoris officium, in provinciis autem per defenſorem civitatis.

II. (*a*) Si quis autem ſcripſerit [7] ſe debere alicui pecuniam; poſtea autem dicat ſe ſine ſcriptis eam ſolviſſe (8): non audiatur, quamvis teſtes produxerit, niſi ſecundum obſervationem Conſtitutionis noſtræ. Si tamen (9) teſtes duorum alterum dicant, vel quod præſentibus ipſis, & ad hoc ipſum (10) rogatis (11), debitor creditori pecuniam ſolvit, vel quod ad hoc ipſum (12) accepti audierunt [13] creditorem dicentem pecuniam ſibi ſolutam fuiſſe. Non enim admittimus (14) teſtimonia eorum, qui dicere ſolent tranſeuntes ſe audiſſe aliquem dicentem pecuniam ſibi ſolutam eſſe (15). Sed nec tabulariorum (16) præſentia ſola ſufficit, niſi teſtes quoque rogati ſubſcripſerint (17); & ipſa principalis perſona, ſi litteras ſciat, ſuas depoſitiones per ſcripturam (18) declaraverit: ſed & in (19) hoc caſu ſiquidem bonæ opinionis teſtes inventi fuerint, recipiantur. Sin autem viliſſimi homines ſunt (20), qui & (21) pecunia corrumpi facile poterunt (22), & perjurare non timebunt; tormentis (23) ſubiiciantur. Sin autem teſtes contraria ſibi dicant: oportet judicem, ſi contrarietatem teſtimoniorum perſpexerit (24) in ipſis conſtitutam, quæ totam cauſam contineat, reprobare eos: plurium autem (25), & bonorum teſtimonia ſequi (26), & eos, qui contraria ſibi dixerint (27), ſi quidem per errorem, cum venia dimittere (28): ſin autem per aſtutias aliquas; tormentis ſubiicere.

III. (*b*) Si quis in una, eademque lite teſtes ter produxerit; & renuntiaverit teſtium productioni; & exceperit teſtimonia vel ipſa, vel perſcriptiones adverſarii ſui: poſtea non concedatur (29) quartam productionem teſtium facere. Enimvero ſi non exceperit, neque ipſa teſtimonia, neque perſcriptiones adverſarii ſui (30): liceat ei quarta uti productione teſtium; ita tamen ut juret prius neque ſe excepiſſe, neque procuratorem ſuum, vel patronum, vel alium hominem ſuum; nec aliquo (31) dolo, vel arte (32), vel calliditate quartam productionem deſiderare. Hoc amplius (33) & ſi ſemel, aut bis produxerit (34) teſtes, & renuntiaverit productionibus, ac poſtea velit producere; non audiatur, niſi in eo (35) caſu, neque teſtimonia excepit, neque perſcriptiones adverſarii ſui; quamvis divina juſſio dederit ei licentiam producendi.

IV. (*c*) Antiquitus eſt conſtitutum, ut ſi in hac florentiſſima civitate litigium fuerit motum, & adhuc cauſa pendente (36) opus fuerit teſtium productione; teſtes autem in provincia degerint (37): ut illuc actis intervenientibus mittantur partes, ſive procuratores earum (38), & apud defenſorem (39) civitatis teſtes producti dicant ea, quæ ſciunt; & poſtea in hanc civitatem acta mittantur, & competenti calculo a judice cauſa terminetur (40). Idem jubet Conſtitutio obtinere, & ſi in (41) provincia litigium fuerit motum, & teſtes in hac degerint (42) civitate, vel in alia provincia actis: enim [43] intervenientibus apud quemvis (44) eloquentiſſimum judicem teſtes producantur: vel ſi in alia provincia teſtes ſint, apud defenſorem acta conſiſtant, & ſignata [45] præſtentur vel ei, qui produxit, vel adverſario ejus: nec (46) quaſi excipienti denegetur iterum ei teſtes (47) producendi licentia. Hæc [48] autem in pecuniariis cauſis optineant [49]: nam in criminalibus cauſis ipſæ (50) perſonæ teſtium neceſſariæ ſunt.

V. [*d*] Si teſtis productus ſervus eſſe dicatur, ille autem dicat ſe liberum eſſe: ſi quidem ingenuum; ſcribatur qnidem (51) teſtimo-

[1] Ivo. *commendat.* (2) *vita eius fuerit.* [3] *viliſſimus ſi.* Ivo. (4) *æſtimaverit,* Ivo parte 16. *exiſtimaverit.* Idem in Panorm. (5) *ſubigere.* Ivo. (6) *civitate.* (7) *ſcripſit.* (8) *ſolviſſe.* (9) *ſic tamen, ut.* Ivo. (10) *ad ipſum.* Ivo. alii, *hoc ipſum.* A. [11] *rogati ſunt, ut.* [12] *ad ipſum.* (13) *audierint.* Ivo. (14) *Non admittimus autem.* Ivo. [15] *fuiſſe.* (16) *Sed neque tabellionum.* (17) Ivo in Panorm. *ſe ſubſcripſerunt.* (18) *per ſcripturas.* aliis utrumque *deeſt.* [19] *ſcilicet & in.* alii, *ſcilicet ut in.* (20) *homines.* [21] *qui ex.* (22) *poſſunt.* (23) *tunc tormentis.*

(24) *inſpexerit.* (25) *plurium.* Ivo. [26] *ſequi oportet.* Ivo. [27] Ivo. *dixerint.* alii, *ſibi dixerunt.* [28] Ivo. *convenit admittere.* alii, *convenit dimittere.* (29) *conceditur.* (30) *adverſarii.* (31) *vel aliquo.* (32) *vel aliqua.* (33) *vel amplius.* (34) *produxit.* (35) *niſi eo.* [36] *procedente.* A. (37) *degant.* (38) *eorum.* [39] *Defenſores.* (40) *cauſæ terminentur.* (41 *ſi in.* (42) *degant.* (43) *actis.* (44) *apud.* (45) *& conſignata.* (46) *ne.* (47) *teſtes.* (48) *Hoc.* [49] *obtineat.* (50) *ipſæ.* (51) *ſcribatur.*

[*a*] Hoc caput Ivo conjunxit ſuperiori *d. c.* 152. & *d. c.* 3. Vide Auth. Rogati. C. *de teſtib.* & Grat. 3. quæſt. 9. *c.* 14. Teſtes. *in fine.*

[*b*] Vide Auth. At qui ſemel. C. *de prob.*

(*c*) Vide Auth. Apud eloquentiſſ. C. *de fide inſtrum.*

(*d*) Vide Auth. Si teſtis. C. *de teſtib.* Juliani verba refert Ivo *lib.* 5. *tit.* 2. *c.* 4. Panorm. ut conſt. 30. *c.* 4. & *parte* 16. *cap.* 153. decreti, ut conſt. 80. *cap.* 4.

monium ipſius (1); poſtea autem (2) ſi probatus fuerit (3) ſervus, nullius momenti ſit (4). Sin autem libertinum [5] ſe eſſe dixerit: ſi quidem inſtrumentum manumiſſionis ſuæ oſtenderit (6), dicat teſtimonium. Sin autem in alio loco dicat inſtrumenta ſui ſtatus habere (7): ſcribatur quidem teſtimonium ejus, poſtea autem [8] ſi non produxerit inſtrumenta, nullius momenti ſit.

VI. (*a*) Si quis dixerit teſtem productum inimicum ſuum eſſe [9]: ſi quidem ex criminali cauſa; omnino non dicatur (10) teſtimonium. Sin autem ex alia occaſione (11); dicatur quidem [12] teſtimonium ejus, ſed (13) præſcriptio ei [14] opponatur.

VII. [*b*] Si quis mediatorem ſe partium dixerit, ideoque ſe non oportere invitum teſtimonium in alterutrum eorum dicere; illi autem (15) conſenſerint, ut producatur; conſequens eſt, ut in hoc caſu etiam invitus teſtimonium dicat.

VIII. (*c*) Teſtium (16) productio apud judicem vel defenſorem, vel Magiſtrum Cenſus (17) non aliter valeat (18), niſi præſente quoque adverſaria (19) parte, vel contumaciter non veniente, ſcilicet ut & (20) hic ſalva præſcriptio ei competat, quam opponendam exiſtimaverit (21). Contumaciter autem non videtur [22] abeſſe, qui ex neceſſitate abfuit [23]: forte (24) enim intra ſepta (25) ſanctorum fuerat (26).

Omnia (27) autem jura, quæ poſita ſunt jam vel a retro principibus, vel a nobis de teſtibus, maneat intacta. Hanc autem legem tenere [28] volumus in futurum tempus.

NOVELLA XCI. (*d*)

I. (*e*) Quædam mulier Titia nomine Mævio copulata eſt, & dotem dedit, & liberos (29) ab eo procreavit: poſtea mortua Titia Mævius ſecundam uxorem duxit Semproniam, & mortuus eſt: quæritur utrum liberi [30] prioris uxoris dotem matris ſuæ prius recipere debeant; an magis ſecunda uxor in dote ſua (31) validiora jura prætendere? Et ita diſtinguimus, ut ſi quidem res dotales exiſtant, ſive prioris, ſive poſterioris ſint; omnimodo eas dominus (32) vindicare poteſt. Sin autem vel conſumptæ ſint, (33), vel deminutæ: præferantur ſecundæ mulieri liberi ex priore matrimonio nati; vel etiam ipſa prima uxor; ſi forte repudio primæ nuptiæ ſolutæ ſunt. Idem dicimus, ſi liberi ſecundæ mulieris cum priore uxore, vel liberis ejus litigent. In ſumma enim (34) dicimus, & priori matrimonio hipothecarum privilegia validiora præſtamus (35), ubi ipſa mulier agit (36), vel liberi ejus ex eo (37) matrimonio nati. Liberorum autem appellatione omnes deſcendentes [38] complectimur. Quod non per innovationem a nobis introductum eſt, ſed magis per interpretationem priorum Conſtitutionum.

II. [*f*] Si mulier dotem pro ſe promiſerit, vel alius pro ea ſive profecticiam ſive adventiciam: poſtea autem vel ipſa mulier, vel promiſſor dotis paratus ſit, id, quod promiſit, dare; & hoc ipſum teſtatione complectatur (39); & vel optulerit (40) res, vel depoſuerit, ſi (41) mobiles ſint, vel in judicio ex una parte judicem adeat, & miſſis ab eo hominibus maritus diſtulerit dotem accipere; poſteaque ſolutum matrimonium fuerit: ſic intelligatur, maritus (42) quaſi dotem accepiſſet. Ideoque ſi quid de ante nuptias (43) donatione accipere, mulierem oportet (44), hoc omnimodo (45) accipiat, quamvis nullam dotem dedit (46): quia per maritum ſtetit, quo minus eam ſuſceperit (47).

NO-

(1) *ejus.* Ivo. (2) *poſtea.* Ivo in Panorm. (3) *ſi probetur.* (4) *eſt.* [5] *libertum.* (6) *oſtendit.* Ivo in Panorm. [7] *ſe habere.* (8) *poſtea.* Ivo in Panorm. (9) *eſſe.* [10] *non dicat.* Ivo. (11) *actione.* [12] *dicat.* Ivo. (13) *ſed.* Ivo. [14] Ivo in Panorm. *præſcriptio ejus.* Idem in decreto, *præſcriptio ejus ei.* alii, *præſcriptio ei.* [15] *autem ſi.* (16) *Teſtium vero.* (17) hæc deſunt Ivoni. (18) *habeatur.* Ivo. (19) *adverſa.* (20) *ſcilicet ut.* Ivo. alii, *ſcilicet ut hoc.* alii, *ut & hic.* (21) *exiſtimavit.* alii, *judex æſtimaverit.* [22] *dicitur.*

(23) *abſuerit.* alii, *abſuit, vel.* (24) *intra.* alii, *juxta.* (25) Ivo. *loca.* [26] *fugerat.* Ivo. (27) *omnia.* (28) *teneri.* (29) *ab eo filios.* (30) *uxoris.* (31) *ſua poſſit.* (32) *domini vindicare poſſint.* alii, *vindicare poſſint.* (33) *ſunt.* [34] *dicimus.* (35) *præſtari, ut.* [36] *mulier agit.* alii, *mulier ipſa agat.* (37) *ex ipſo.* (38) *deſcendentes perſonas.* (39) *vel.* [40] *vel.* [41] *ſi immobiles.* (42) *dotem.* (43) *de ante nuptiali.* (44) *oporteat.* (45) *hoc omnino.* A. alii, *omnino.* (46) *dederit.* A. (47) *ſuſciperet.* A.

(*a*) Refert Ivo *d. tit.* 2. *c.* 7. ut *c.* 5. conſtit. 30. & *d. parte* 16. *cap.* 154. ut conſt. 80. *cap.* 5.
(*b*) Refert idem Ivo *d. parte* 16. *cap.* 155.
[*c*] Refert etiam Ivo ibidem *c.* 156. ut *c.* 7. conſt. 80. Vide authent. Sed & ſi quis. C. *de teſtib.* Ad hoc caput pertinent verba relata a beato Gregorio *c.* 54. *lib.* 11. regiſtri, & apud Greg. IX. *c.* 2. *de teſtibus.*
[*d*] Hæc eſt in libro Auth. conſtit. 5. collationis 7. titulo *Ut exactione inſtante dotis primæ, & ſecundæ &c.* Hanc græce, & latine Haloander edidit.
(*e*) Vide Auth. Si quid. C. *qui potiores in pig.*
(*f*) Vide Auth. Dos data. C. *de don. ante nupt.*

NOVELLA XCII. (a)

SI pater habuerit filios duos, pluresve (1); & uni ex his donare res ſuas voluerit: non liceat ei ultra beſſem ſubſtantiæ ſuæ donare, vel ultra (2) dimidiam ſecundum liberorum [3] numerum: ut cæteri (4) liberi modis omnibus legitimam portionem, ideſt Falcidiam accipiant; quam haberent, ſi tertiam partem, vel dimidiam eo tempore acciperent, ante quam donatio facta ſit: ſcilicet niſi ingrati fuerint: nam ſi probatæ ſint (5) ingratitudinis cauſæ, priſtinis legibus ſubiiciantur.

NOVELLA XCIII. (b)

SI quis appellaverit, & appellatione introducta apud Præfectum Prætorio, vel apud quemvis alium judicem, compromiſſarios arbitros elegerit cum adverſario ſuo: non ſit excluſus (6) venire iterum ad appellatorium judicium, quamvis biennium fuerit tranſactum. Quod ſi poſtquam a compromiſſario receſſum eſt, biennium tranſierit: dicimus priorem calculum eſſe firmum, & appellatorium judicium non exerceri. Cætera autem [7] omnia jura, quæ de provocationibus poſita ſunt, in ſuo robore [8] permaneant.

NOVELLA XCIV. (c)

SI mater, marito (9) defuncto, filiorum ſuorum tutelam gubernare maluerit: renuntiet ſecundis nuptiis ſine [10] jurejurando in judicio [11], res autem ſuas impuberi filio [12] obliget, atque ita tutela ei committatur, ſive creditrix ſit filiis ſuis, ſive debitrix. Idem & in filiabus dicimus. Hæc autem obſervari (13) procuret tam Præfectus Urbis, quam Prætor, & in provinciis Præſides, & diligenter inventaria conſcribantur (14) præſente ſcriba, & aliis (15) publicis perſonis ſecundum conſuetudinem; & ſatiſdationes idoneæ exigantur, ut res ſalva pupilli fiat.

NOVELLA XCV. (d)

SI quis civilis, vel militaris judex adhuc in magiſtratu ſuo poſitus, ſine juſſione divina provinciam, quam ſortitus eſt, dereliquerit: reus ſit majeſtatis; & reducatur in illam provinciam, de qua fugit; & poſtquam accuſatoribus ſatisfecerit; ultimo ſupplicio puniatur. Sin autem magiſtratus eſſe deſierit: quinquaginta dies ibi faciat; & publice appareat; & volentibus adverſus ſe agere reſpondeat; & metropolitana civitate non exeat, ante quam quinquaginta dies fuerint tranſacti. Ubi autem ſucceſſor alicui magiſtratui a noſtra pietate mittitur, non antea deſinat eſſe magiſtratus ille, qui prior eſt, niſi ante duos dies, quam in provinciam ſucceſſor venerit. Tunc enim & amicalem epiſtolam mitti præcipimus, & publicas annonas uſque ad hoc tempus deceſſor accipiat.

NOVELLA XCVI. [e]

I. [f] NON aliter reus actori reſpondeat libellum accuſationis mittenti, niſi prius ille caverit reo, atque litis executori: quod intra duos menſes conteſtationem litis apud judicem facturus ſit; alioqui damnum in duplum ſe reo (16) reſtituturum. Cautio autem triginta (17) ſex ſolidorum quantitatem non excedat.

II. (g) Si quis ab aliquo fuerit accuſatus, & voluerit ipſum accuſatorem (18) ſuum accuſare: apud eundem judicem hoc faciat (19): nam apud alium judicem eum trahere non poteſt. Quod ſi judex ei diſpliceat; licebit ei recuſare eum ante litis conteſtationem in viginti dierum relaxamento. Poſt litis [20] enim conteſtationem recuſare eum judicem non poteſt, nec actorem in alio (21) judicio trahere.

NO-

(1) *vel plures.* (2) ideſt, *extra.*
(3) *filiorum.* [4] *ut & cæteri.*
(5) *ſunt.* (6) *excludendus.*
(7) *jura.* (8) *jure maneant.*
(9) *marito ſuo.*
[10] Ivo in Panorm. *cum.* (11) *& res.*
(12) Ivo. *impuberi filio ſuo.* alii, *impuberibus filiis ſuis.* alii, *impuberi ſuo.*
(13) *obſervare.* (14) *ſcribantur.*
(15) *aliis.* (16) *ſe.* (17) *triginta.*
(18) *actorem.* (19) *fiat.* (20) *vero.*
(21) *in aliud judicium.* A.

[a] Eſt hæc conſt. 3. collat. 7. titulo *de immenſis donationibus in filios factis.* Hanc etiam Haloander utraque lingua edidit. Vide Auth. Unde etſi parens. C. *de inoff. teſtam.*

(b) In libro Authent. eſt conſtit. 2. collat. 8. titulo *de appellationibus.* Eam græce, & latine Haloander edidit. Vide Auth. Si tamen. C. *de temp. & repar. appell.*

[c] Hæc eſt conſtit. 4. collationis 7. titulo *Ut ſine prohibitione matres debitrices, & creditrices tutelam gerans minorum.* Ab Haloandro eam utraque etiam lingua edita eſt. Vide Auth. Sacramentum. & Auth. Ad hæc. C. *quando mulier tut. off.* & Auth. Eiſdem. C. *de ſecund. nupt.* Juliani verba refert Ivo *parte* 16. *c.* 157. decreti, ut conſtit. 84. *c.* 1. & *parte* 8. *cap.* 274. & *lib.* 6. *tit.* 4. *cap.* 13. Panorm.

(d) Hæc eſt conſtit. 6. ejuſdem collat. tit. *de adminiſtratoribus.* Eam etiam Haloander græce, & latine edidit.

(e) Hæc eſt conſt. 7. ejuſdem collat. tit. *de executoribus, & de iis, qui conveniuntur, & reconveniuntur.* Ab Haloandro utraque lingua edita eſt.

(f) Vide Auth. Libellum. C. *de litis conteſt.* cujus verba refert Grat. 3. *quæſt.* 3. *c. ult.* §. Libellum.

[g] Vide Auth. Et conſequenter. C. *de ſent. & interl. omn. jud.*

UNED

NOVELLA XCVII. (a)

I. [b] DOnationum [1], quæ propter nuptias fiunt (2), parem (3) volumus eſſe quantitatem (4) doti mulieris: item (5) pacta, & ſtipulationes in dote & propter nuptias donatione pari (6) modo componantur. Hoc autem capitulum (7) in futuro quoque tempore teneat (8).

II. (c) Si mulier dotem ſuam augere maluerit (9): non aliter hoc facere poſſit; niſi maritus quoque propter nuptias donationem pari quantitate augere paratus ſit. Quod ſi creditores maritus habeat: augere mulier dotem ſuam debet in rebus immobilibus. Quod ſi res mobiles (10) dederit: ſciat ſe privilegium dotis in rebus mariti ſui non habituram. Sin autem nullum creditorem maritus habeat eo tempore, quo dotem ſuam mulier augebat: habeat privilegium, quod dotibus in hypothecaria actione præſtitum eſt.

III. (d) Sæpiſſime relatum eſt, eum, qui pecuniam præſtat ad comparandam (11) rem, vel renovandam [12], vel faciendam, validiora jura (13) in hypothecis habere in ipſa (14), quam priores creditores. Sed hoc (15) in dotibus non obſervetur (16). Nam dotem præcipimus ei quoque præferri, qui poſtea pecuniam dedit marito ad aliquam rem comparandam, vel renovandam, vel etiam (17) faciendam.

IV. Si quis marito mutuam pecuniam dederit (18) militiæ cauſa; & inter eos fuerit pactum, ut in (19) caſum militiæ creditor anteriora jura aliis creditoribus habeat: id, quod actum eſt, teneat, ut etiam doti talis creditor præferatur; ſi tamen hoc (20) & in ſcriptis proceſſerit (21), & teſtium habeat ſubſcriptionem, & ex ipſa veritate confirmetur (22).

V. (e) Si quis pro filia ſua dotem dederit verbi gratia triginta librarum auri; poſtea genero defuncto, & dote ad eum reverſa filiam velit alii copulare: prohibeatur minorem quantitatem dotis nomine pro (23) ea præſtare: quamvis ex priore matrimonio lucrata eſt filia ob (24) ante nuptias donationem quindecim libras auri: niſi forte pater probaverit fortuito quodam caſu ſubſtantiam ſuam deminutam fuiſſe.

VI. (f) Quædam mulier defuncto patre ſuo exigebatur, vel dotem ſuam conferret, ſi vellet hereditatem paternam ſuſcipere. Dicebat (25) autem inopem eſſe maritum ſuum; & (26) nihil ab eo exigi poſſe. Contradicebatur ei, quod oporteret inopiam mariti (27) ad damnum ipſius (28) reſpicere. Quæſitum eſt, quid juris ſit? Et dicimus, ſi quidem mulier ſui juris erat, culpam ejus eſſe: qui poterat eo tempore, quo viderat (29) maritum ſuum pauperiorem, ſtatim adverſus eum (30), & conſtante matrimonio dotis actionem movere, & res dotales (31) conſequi. Nam & propter nuptias donationis res, etiam conſtante matrimonio, vindicare poteſt, ſi viderit maritum (32) ad paupertatem inclinantem [33], ſcilicet (34) & ſi non minor erat mulier mater familias viginti quinque annis. Sin autem filia familias fuerat (35): debet patri ſuo dicere, ut cum eo agat. Et ſi quidem egit, ſalva res eſt: ſi autem pater agere ſuperſederit: inopia mariti ipſi, & coheredibus ejus imponatur; & (36) habeant omnes communiter actiones contra maritum, & quod potuerint (37) conſequi in commune deducatur. Hæc autem totiens vera ſunt [38], quotiens dotis quantitas ampla non ſit. Si (39) enim ampla fuerit; & (40) ceſſante patre liceat filiæfamilias conſtante matrimonio contra maritum dotis actionem movere: & ſi non moverit, ad ipſam futuri (41) temporis periculum ſpectet. Ea autem obtinere (42) volumus in omnibus perſonis, in quibus collatio dotis exigitur ſive filiabus, ſive neptibus, & deinceps perſonis volentibus hereditatem amplecti tam patris ſui, quam matris, avi [43], vel aviæ, & (44) ſuperiorum perſonarum.

(1) *Donationes.* (2) *fuerint.*
(3) *pares.* (4) *quantitati dotis.*
(5) *id eſt.* aliis utnumque deeſt.
(6) *omni modo paria.* (7) *caput.*
(8) *teneatur.* (9) *voluerit.*
(10) *mobiles.* (11) *comparandum.*
(12) *vel renovandum, vel faciendum.* alii, *vel reficiendam.* (13) *jura.*
(14) *in ipſa re.* A.
(15) *ſed hæc.* [16] *obſervantur.*
(17) *vel.*
(18) *dedit.* (19) *in cauſa.* (20) *hoc in.*
(21) *proceſſit.* (22) *firmetur.*
[23] *quam antea.* (24) *ab ante nuptias donatione.* (25) *Dicebat.* (26) *& nec.*
(27) *viri.* (28) *ſuum.* [29] *videbat.*
(30) *adverſari.* [31] *res dotis.*
(32) *maritum ſuum.* (33) *declinare.*
(34) *ſi non.* A. (35) *fuerit.* (36) *habeant autem.* (37) *poterit.* (38) *ſint.* (39) *Sin autem.* (40) *ſit; etiam.* (41) *dotis.*
(42) *manere.* [43] *vel avi.* (44) *vel.*

(a) In libro Auth. eſt conſtit. 8. collat. 7. tit. *De æqualitate dotis, & propter nuptias donationis.* Hanc etiam Haloander græce, & latine edidit.
(b) Vide Auth. Æqualitas. C. *de pact. convent.*
(c) Vide Auth. Sed jam. C. *de don. ante nupt.* & *d.* Auth. Æqualitas.
(d) Vide Auth. Quo jure. C. *qui potiores in pign.*
[e] Vide Auth. Sed quamvis. C. *de rei ux. act.* & Auth. Nunc inhibetur. C. *de don. ante nupt.*
(f) Videndæ Auth. Donationem. C. *de jure dot.* & Auth. Quod locum. C. *de collat.*

NOVELLA XCVIII. (a)

I. (b) SI maritus mortua uxore, vel uxor defuncto marito dotem, vel ante [1] nuptias donationem lucratus, vel (2) lucrata fuerit: modis omnibus proprietatem liberis ſuis ex (3) ipſo matrimonio conſervet (4): uſumfructum autem nuptialium lucrorum habeat (5) ipſe, vel ipſa, ſive ad ſecundas nuptias migraverit [6], ſive non: idque optineat in omnibus matrimoniis quæ poſt hac fuerint diſſoluta quocumque [7] modo, vel ſi (8) antea quidem ſoluta ſunt (9), ſed adhuc in ſuſpenſo cauſa eſt, alterutra perſona vivente. Si enim ambo (10) mortui ſunt, heredibus eorum (11) hæc Conſtitutio non proſit; ſed veteribus legibus ſubiiciantur. Cum autem dominium rerum liberorum eſſe cœperit (12); ea jura locum habere certum eſt, quæ de his rebus poſita ſunt, quarum proprietatem liberi lucrati ſunt, parentibus ſuis ſecundas [13] contrahentibus nuptias.

II. Si repudio miſſo matrimonium ſolutum ſit culpa uxoris, vel mariti; & vel ille dotem, vel illa propter nuptias donationem lucratus lucratave fuerit: liberis quidem proprietas ſtatim competat, uxori, vel marito rerum uſusfructus. Ea autem perſona, quæ uſumfructum habet, liberos alere (14) debet. Sed ſi bona gratia matrimonio ſoluto (15), quaſi tranſactionis nomine alterutra perſona aliquid acceperit: nihilominus ejus proprietatem quidem liberi habeant, parens (16) autem uſumfructum. Dat. * K. Julias. CP. Imp. DN. Juſtinian. PP. Aug. Ann. XIV. Juſtino V. C. COS.

* In lib. Auth. legitur Dat. XV. Kal. Jan. CP. Dom. Juſtin. PP. Auguſt. Anno XIII. Arione V. C. Conſ.

NOVELLA XCIX. (c)

SI qui (17) duo rei promittendi fuerint (18); vel alter pro altero fide jubeat (19), & invicem: ſi quidem additum non fuerit, ut unuſquiſque ex [20] his in ſolidum teneatur; tunc pro portione ſua ſit obligatus. Sin autem additum ſit, ut ſinguli (21) in ſolidum teneantur, ſi quidem omnes, vel quidam (22) ex his ſolvendo ſint, & præſentes fuerint: in ipſos actio competat. Onus autem inopiæ promiſſoris, vel abſentiæ præſentes, & locupletes (23) promiſſores ſuſtineant. Jubemus autem eos, qui præſto ſunt [24], a competente judice compelli communiter agenti ſtipulatori reſpondere: ut ubi cognoſcatur (25) ſi locupletes ſint [26] an non (27), communiter condemnentur (28); & qui ſolvendo ſunt, onera inopiæ aliorum ſuſtineant. Quod ſi judex aditus magiſtratus non eſt; per competentem magiſtratum hoc impetret. Hæc (29) autem in futuris optineant (30) caſibus.

NOVELLA C. (d)

SI mulier pro ſe dotale inſtrumentum conſcripſerit, vel pater, vel quivis [31] alius pro ea; poſteaque [32] vel repudio, vel morte ſolutum fuerit matrimonium: ſi quidem ante quam biennii tempus impleatur; liceat marito, vel heredibus ejus non numeratæ pecuniæ (33) dotis intra annum ex tempore ſoluti matrimonii numerandum querimonia uti (34). Quod ſi ſupra duos annos, intra decennium tamen (35) matrimonium ſolutum fuerit (36): intra tres menſes maritus (37), vel heres ejus eadem querimonia utetur (38). Decennio autem completo modis omnibus, ſi nulla querimonia uſus eſt, videatur dotem accepiſſe: & ſi (39) minor vigintiquinque annis maritus fuerit (40), non plus quam duodecim annos in reſtitutionem (41) habeat. Sin autem intra hoc (42) tempus deceſſerit: heredes ipſius unum annum habeant, ſi legitimæ ætatis ſint. Sin autem minores ſint (43), quinquennium (44) habeant: nulla diſcretione interpoſita

(1) *ante nuptialem.* [2] *lucratave.*
(3) *ex eodem.* (4) *conſervent.*
(5) *habeant.* (6) *migraverint.* (7) *quo quo.* (8) *vel.* (9) *diſſoluta, vel.*
(10) *ambæ mortuæ.* (11) *earum.*
(12) addunt aliqui, *ſive migraverit ad ſecundas nuptias, ſive non.* (13) *ſecunda contrahentibus matrimonia.* (14) *alat.*
(15) *matrimonium ſolvatur, &c.*
[16] *parentes.* (17) *rei.* [18] *& alter.*
(19) *invicem.* (20) *ex eis.* (21) *ut unuſquiſque in ſolidum teneatur.* (22) *quidam.*
(23) *ſuſtineant.*
(24) *ſint.* (25) *ut ibi cognoſcatur.* alii, *ut ubi cognoſcant.* [26] *ſunt.*
(27) *an non, ut.* (28) *ut qui.*
(29) *Hoc.* (30) *obtineat.* (31) *vel quis.*
(32) *repudio.* (33) *ſuper dote.*
(34) *querimoniis uti.* alii, *querimoniam facere.* (35) *tantum.* [36] *fuit.* (37) *& heredes.* alii, *vel heredes.* (38) *eadem querimonia utantur.* alii, *querimonia utantur.*
[39] *& ſi quidem minor.* A.
(40) *ſit.* [41] *reſtitutione.* (42) *hæc tempora.* (43) *fuerint.* (44) *quinque annos habeant.* alii, *quinquennium habent.*

[a] Hæc eſt in libro Auth. conſtit. 1. collationis 7. titulo *Neque virum, quod ex dote eſt, &c.* Hac caruit Haloander Græca: neque eadem in Baſilicis fuit. Ab Scringero tamen græce, & ab Agylæo latine edita eſt.

(b) Vide Auth. Uxore. C. *de ſecund. nupt.*

[c] Eſt in libro Auth. conſt. 9. collat. 7. tit. *de duobus reis promittendi.* Edidit eam græce, & latine Haloander. Vide Auth. Hoc ita. C. *de duob. reis.*

[d] Hæc eſt conſt. 10. ejuſd. collat. tit. *de tempore non ſolutæ pecuniæ ſuper dote.* Eandem Haloander utraque lingua edidit. Vide Auth. Hanc autem. C. *de non num. pecun.* & Auth. Quod locum. C. *de dote cauta non num.* & Auth. Si minor. C. *de temp. in int. reſt.*

UNED

ſita, utrum is, qui deceſſit, minor fuerit, an major viginti quinque annis. Ille autem debet non numeratæ dotis querimonia (1) uti, qui ſcriptus eſt dotem ſuſcepiſſe (2); & ſive legitimam habeat ætatem, ſive minor ſit: ſecundum ſua tempora negotium dirimetur [3]. Querimoniam autem fieri oportet non nuda denuntiatione, ſed in ſcriptis. Quod ſi (4) & in judicio inſtruatur: omnimodo oportet mulierem certiorari (5); alioquin ſi eam non certioraverit, vel patrem ipſius (6): nihil videatur [7] maritus egiſſe.

Hæc Conſtitutio ad futura matrimonia pertinet. Nam in his, quæ adhuc conſtant, illa præcipimus obſervari: ut ſi quidem reſiduum decennium ſit; vel non minus biennio; id tempus habeat in querimonia, quæ ei & tranſmiſſionem præſtat. Sin autem minus biennio reſiduum tempus fuerit, vel forte tranſactum eſt totum decennium: tunc ipſi quidem biennium habeant, heredes autem eorum tres menſes poſtquam nuptiæ ſolutæ fuerint.

NOVELLA CI. (a)

I. Liceat curiali non ſolum curialem patriæ ſuæ heredem ſcribere, ſed etiam non curialem alicujus civitatis; ſive cognatus ſit, ſive extraneus; aut in totum, aut in parte non minus novem unciis: ita tamen ut curialis fiat, & curialia munera impleat non tantum ipſe, ſed etiam liberi ejus; quaſi ab initio pater curialis fuiſſet. Sed & ſi curialis teſtamentum non fecerit; exiſtat autem cognatus ipſius ſive curialis, ſive non; & ſit paratus curialia munera implere: habeat ſucceſſionem ipſius; & liberi ejus curiales eſſe videantur; & nullam patiatur inquietudinem ſive de novem unciis, ſive de quarta portione: quia ſic videtur, quaſi curialis ab initio natus eſſet.

II. Sed & ſi quis donaverit alicui non minus novem unciis res; & poſtea ille paratus ſit curialia munera implere cum liberis ſuis, & ſua ſubſtantia: liceat hoc facere: quia nihil intereſt, utrum curiali ſuæ civitatis aliquis propriam ſubſtantiam dat, an ejuſdem civitatis curiali futuro. Cognatus autem extraneus, ſi inteſtati curialis cognati ſucceſſionem voluerit occupare; intra ſex menſes actis intervenientibus ſuam manifeſtet voluntatem.

Si curialis res ſuas, ita ut diximus, non curiali donaverit: non aliter rerum traditio fiat, niſi in geſtis ſine damno ullo celebrandis apud Præſidem provinciæ curialia munera confiteatur ſe impleturum, & liberos ſuos. Sin autem donator, antequam hoc procedat, res ſuas non curiali tradiderit: liceat curiæ uſque ad novem uncias res donatas vindicare; niſi is, cui donatæ ſunt, munera curialia ſubeat.

III. Si quis ex teſtamento, vel ab inteſtato non curialis heres curiali exiſtat: conveniat curia ſtatim, ut mortuus eſt curialis, cum Defenſore civitatis; & relictam ſubſtantiam ſine fraude ulla in inventario ſcribat: & præſente religioſo Epiſcopo una cum ejuſdem civitatis Defenſore ſignacula rebus imponantur, curiæque tradantur: ac poſtea ſi heres ſe curiæ dedit, & ſubſtantiam ſuam, & liberos actis apud Præſidem ſine ullo damno celebrandis; tunc res ei reddantur. Sin autem noluerit heres curialis eſſe, qui vocatur ab inteſtato ad ſucceſſionem defuncti cognati curialis: tres quidem uncias ipſe capiat, novem autem curiæ concedat. Quod ſi ejuſdem gradus multi cognati exiſtant: & alii quidem eſſe volunt, alii autem tale onus recuſant: volentibus quidem munera curialia ſubire novem unciæ præſtentur; recuſantibus autem tres concedantur. Non curialibus enim ex ſubſtantia curialis non plus dari, quam tres unciæ poſſunt.

IV. Si curialis habuerit filiam, eaque nupta fuerit curiali: vel aliquis paratus ſit eam uxorem ducere, ut munera curialia impleat: non minus novem unciis a paterna ſubſtantia capiat: ſcilicet ſi aliæ filiæ curialibus nuptæ non ſint; vel his forte nupturæ ſunt, qui curiales fieri volunt. Generaliter enim dicimus, eas quidem, quæ curialibus nuptæ ſunt, non minus accipere novem unciis: quæ autem curialibus nec conſtitutis, nec factis conjunctæ ſunt, non pluſquam tres uncias habeant. Illud autem dubium non eſt, quod dominium quidem novem unciarum mulier habet; curialia autem munera maritus ex iſdem rebus implere debet. Quod ſi talis mulier deceſſerit: ſi quidem liberos habeat apud ipſos curiales conſtitutos res manebunt: ſin autem filiæ ſint; ſi quidem junctæ ſunt curialibus, vel nupturæ; ipſæ totum habeant; ſin autem non, tres uncias capiant. Quod ſi neque filios, neque filias habuerit: maritus ejus curialis res habeat. Et ſi quidem ex ſecundo matrimonio filios habuerit, vel filias curialibus nuptas, vel nupturas: ad ipſos, vel ad ipſas novem unciæ pertineant. Quod ſi nemo ſit curialis, nemo curiali nupta: nemo futuro curiali nuptura: novem unciæ ad curiam devolvantur.

(1) *querimoniis.* (2) *ſive.* (3) *dirimatur.* (4) *ſi in.* [5] *certiorare.* (6) *parentem ſuum.* alii, *patrem.* alii, *partem ipſius.* (7) *videtur.*

(a) Hæc Conſtitutio in libro Authent. deſideratur. Sed eam græce, & latine edidit Haloander ſub titulo *de Decurionibus.*

NOVELLA CII. [a]

* Conſtit. XCV. hæc eſt in lib. Pith. ſub tit. Ut Præſes Arabiæ &c.

ARabiæ * Præſes Moderatoris nomine decoretur, & ſpectabilis ſit, & duce militari non minor in dignitate. Publica tributa exigat cum inſtantia, privata damna medicina ſua reſarciat. Si juſtitiam ſecum habeat, non timeat neque ducem, neque phylarcum, ideſt, Saracenorum ducem, neque potentium domus, neque imperialem domum, aut patrimonium, aut ærarium publicum. Sacramentum autem præſtet, quod magiſtratus pro innocentia ſua, & puritate in ipſo initio ſui honoris ſolent præſtare, & mandata principis accipiat. Habeat autem ſubjectos ſibi milites omnes ad conſervandam provincialium diſciplinam, & devotionem; & quæ diximus de viro ſpectabili moderatore Ponti, eadem dicimus & de moderatore Arabiæ tam in dignitate ſpectabilitatis, quam in appellationibus, & cæteris exercendis, & adminiſtrandis. Habeat autem de publico moderator quidem quindecim libras auri, conſiliarius autem ejus duas libras auri. Milites autem, qui ibi ſedent, moderatori tantum ſubiiciantur. Dux autem ejuſdem provinciæ nullam communionem habeat in rebus civilibus; alioquin honore, quem gerit, expellatur. Publicas autem annonas, quæ duci debent adminiſtrari, inde accipiat dux, unde moderator delegaverit. Sin autem moderator adverſus ea quippiam fecerit, quinque libras auri pœnæ nomine præſtet.

NOVELLA CIII.

* Conſtit. XCVI. hæc eſt in lib. Pith. ſub tit. Ut Cæſarea Paleſtin. &c.

IN * Cæſarea Paleſtina Proconſul ſpectabilitate decoretur, & ab aliis Paleſtinis appellationes audiat, ſi decem librarum auri quantitatem non egrediantur. Inducatur autem & tebennium, ideſt, aliquod genus veſtimenti, in feſtis diebus. Subiiciantur autem & ei milites, ut ea, quæ Reipublicæ proſint, non impediantur. Habeat autem annonarum nomine viginti duas libras auri, ut ipſe ſolacium habeat, quod convenit, & conſiliario ſuo præſtet, & officialibus ſuis diſtribuat, in poſtea principali ſanctione confirmetur indicata nobis ab eo facta diſtributio. Dux autem ſpectabilis nullam communionem in civilibus habeat cauſis; nam proconſulem oportet, & publicas annonas exigere, & privatas lites audire, & ſeditiones compeſcere. Liceat autem Proconſuli ad ſecundam Paleſtinam venire, & ſeditiones placare. Habeat autem milites, quos nos deputavimus. Milites autem proconſuli ſubjectos, neque vir ſpectabilis Dux, neque vir inluſtris magiſter militum abſtrahere audeat. Si quis autem detentus fuerit a proconſule quaſi crimine ſeditionis obnoxius, neque cinguli prærogativa, neque dignitatis utetur, neque ſacerdotali privilegio; ſed unum ſolum eximat eum de manibus proconſulis, ſi appareat innocens.

NOVELLA CIV.

* Conſtit. XCVII. hæc eſt in lib. Pith. cum tit. Ut provocationes a Sicilia venientes &c.

PRovocationes * a Sicilia in hac civitate venientes apud excellentiſſimum quæſtorem ventilentur. Et ſi defenſorum in civitatibus creandorum, vel patrum decreta opus ſit celebrari, apud eundem inluſtriſſimum virum celebrentur.

NOVELLA CV. (b)

COnſules ſportularum, & diſtributionum, aliarumque impenſarum nomine ea tantum conſumant, quæ præſenti lege permiſſa fuerint. Proceſſiones autem ipſius eſſe volumus ſeptem omnes in circo, & in harena, & in theatro. Et prima quidem proceſſio erit Kalendis Januariis; ſecunda autem ea, quæ mappa dicitur: tertia autem ea, quæ *θεάτρȣ κυνήγϊον* (1) appellatur, ut ſemel, non bis celebretur: quarta autem ea, quæ *μονημέριον* dicitur: ubi & quod *πάγκαρπον* vocat; celebrandum eſt: quinta autem in theatro id faciat, quod *πόρνας* dicitur: in ſexta autem in circum procedat, & faciat mappam: & in ſeptima proceſſione faciat ſpectaculum, in quo honorem ſuum deponat. Uxor autem Conſulis decoranda eſt maritalibus infulis: ideoque & de expenſis ejus competens deſcriptio facta eſt. Quod ſi non habeat uxorem, matri ſuæ talem honorem præſtet, & ſi velit. Aliæ autem mulieri non habeat licentiam honorem Conſulariæ dignitatis præſtare. Aurum autem non liceat Conſuli ſpargere, argentum autem liceat, ſi velit. Si quis autem deſcriptionem a nobis factam tranſgrediatur: centum libras auri pœnæ nomine præſtet. Aurum autem ſoli Imperatori liceat ſpargere. Non licere autem Conſulibus majora vaſa ſpargere.

(1) Malim *κυνηγήγια*, ſive *κυνηγέσιον*.

(a) Novellæ 102. 103. & 104. neque in libro Juliani, neque in libro Authenticor. ſunt. Ex his duas edidit græce, & latine Haloander ſub his titulis: 102. *de Moderatore Arabiæ*. 103. *de Proconſule Palæſtinæ*. Tertiæ epitomen græca, & latina lingua conſcripſit, & titulum *de Prætore Siciliæ*. Eam conſtit. nos latinam fuiſſe ſuſpicamur, ut Nov. 75. *de appellatione Siciliæ*.

[b] Hæc conſtitutio poſita eſt in libro Auth. ſatis alieno loco. Eſt enim conſtit. 3. collat. 4. tit. *de Conſulibus*. Eam græce, & latine Haloander edidit.

NOVELLA CVI. [a]

ISTA Conſtitutio de nautico fœnore loquitur. Eſt pro non ſcripta: quia ab alia poſteriore Conſtitutione penitus deleta eſt; quaſi nec ſcripta, nec promulgata fuiſſet.

NOVELLA CVII. (b)

I. [c] SI quis inter liberos ſuos ultimam voluntatem componere maluerit (1), in primis tempus conſcribat, poſtea autem nomina liberorum ſuorum ſua manu, & unciarum quantitatem, in quibus [2] heredes eos inſtituit, non per numerorum notas; ſed ita ut litteris [3] numerus exprimatur. Sed (4) & ſi res aliquas liberis ſuis relinquere velit (5); aut ex rebus certis heredes quoſdam de liberi inſtituere maluerit [6]: dicat rerum demonſtrationem (7), & manu propria ſignificet, ut nulla poſtea dubitatio inter liberos fiat. Sin autem extraneis perſonis, vel uxori ſuæ legata, vel fideicommiſſa relinquere voluerit (8); & hoc manu propria ſcribat, & ante teſtes nuncupet: & valeat, quod ita actum (9) eſt, quamvis cæteras teſtamentorum obſervationes non habeat. Et ſi quidem in eadem (10) perſeveraverit (11) voluntate, nihil amplius quæratur. Sin autem dixerit aliquis, teſtatorem pœnituiſſe: non aliter audiatur, niſi probaverit defunctum poſtea ſeptem teſtibus præſentibus dixiſſe priorem voluntatem ſuam velle ſe irritam eſſe, & forte eam rupiſſe. Poſterius autem teſtamentum, vel (12) in ſcriptis, vel ſine ſcriptis compoſitum validum eſt.

II. Quia autem ſcimus quoſdam rerum ſuarum inter proprios liberos diſtributionem facere, & [13] in eadem quoque liberos eorum ſubſcribere: hoc quoque validum ſit, ſecundum noſtræ Conſtitutionis obſervationem (14), quam de hujuſmodi diſtributione [15] promulgavimus. Sed & ſi ſine ſubſcriptione liberorum, ipſe parens ſubſcribat; & omnia per ſubſcriptionem ſuam manifeſta faciat: id quoque ratum habebitur, quoniam & hoc (16) in antefata Conſtitutione continetur.

Hæc autem lex (17) in his caſibus locum habebit (18), quos poſtea moveri contigerit.

NOVELLA CVIII. (d)

SI quis heredem ſcripſerit, & rogaverit eum id, quod ex hereditate ſupererit tempore mortis ſuæ, aliis reſtituere: novem quidem uncias hereditatis (19) ſcriptus heres habebit, ita ut quo (20) modo voluerit, eis utetur (21); tres autem uncias generali fideicommiſſario reſtituere cogatur (22); & nullo modo eas deminuat, niſi vel (23) dotis nomine, ſi aliam ſubſtantiam non habeat, vel redemptionis captivorum cauſa [24], vel ſi egentia laborans, & ex ipſis (25) tribus unciis vivere ſe ſperaverit. Quod ſi aliam ſubſtantiam habens (26) tres iſtas uncias deminuat; repleatur id, quod deminutum eſt, ex ipſius proprio patrimonio. Sin autem ſubſtantia quidem ejus nulla appareat; tres autem uncias conſumpſerit, habens aliud (27) unde vivere: liceat fideicommiſſario in rem agere, & hypothecaria actione, ut res pro rata trium unciarum evincat (28). Ideoque conveniens eſt, ut ſcriptus heres generali fideicommiſſario cautionem præſtet de tribus unciis reſtituendis, niſi forte teſtator hujuſmodi ſatiſdationem, ſive (29) cautionem ſpecialiter non conceſſerit. Hæc autem Conſtitutio locum habet non ſolum [30] in futuro tempore, ſed etiam in omnibus cauſis [31], quæ adhuc pendent. Pendere autem adhuc [32] cauſa videtur, ſi nondum ſcriptus heres deceſſerit. Nulla autem diſcretio perſonarum fit: nam & in [33] liberis, & in cognatis (34), & in extraneis ea (35) lex locum habebit [36].

NO-

(1) *voluerit.* (2) *ex quibus.* [3] *ut legitimus.* alii, *per litteras legitimus.*
(4) *Sed ſi.* [5] *voluerit.* (6) *malit.*
(7) *demonſtratione.* (8) *velit.*
[9] *factum.* [10] *ea.*
(11) *permanſerit.* [12] *ſcriptis.*
(13) *& ſub eadem.* alii. *ſub eadem.*
[14] *obſervationes, quas.*
[15] *de his diſtributionibus.* alii, *de hujuſmodi diſtributionibus.* (16) *quod jam manifeſta.*

(17) *autem.* (18) *habebunt.*
(19) *ex hereditate.* (20) *quo quo modo.*
(21) *utatur.* [22] *cogitur.* (23) *niſi.*
(24) *gratia.* (25) *ex ipſis.* alii, *ex his.*
(26) *habeat.* (27) *aliquid, unde viveret.* alii, *aliunde, unde viveret.* Mihi placet, *aliud, unde viveret.* A. (28) *evincatur.*
(29) *vel.* (30) *tantum.* (31) *caſibus.*
(32) *videtur.* (33) *nam in.* [34] *in cognatis, in.* (35) *hæc conſtitutio.*
[36] *habet.*

(a) Hæc eſt Conſtitutio 11. collat. 9. in libro Authenticorum, tit. *de uſuris nauticis.* Hanc ita a barbaro interprete converſam; Græcam enim non habuit; ut 130. Haloander retulit. Eadem utpote a Nov. 110. abrogata in Baſilicis poſita non eſt. Scringerus tamen eam græce, Agilæus latine ediderunt.

(b) Eſt in libto Auth. conſt. 3. collat. 8. tit. *de teſtamentis imperfectis a parentibus in filios factis.* Hanc Haloander græce, & latine edidit.

(c) Vide Auth. Quod ſine. & Auth. Hoc inter. C. *de teſtam.*

[d] In libro Auth. eſt conſt. 4. ejuſd. collat. 8. ſub tit. *de reſtitutionibus.* Ab Haloandro eadem græce & latine edita eſt. Vide Auth. Contra. C. *ad S. C. Trebell.*

NOVELLA CIX. (a)

NUllus Hæreticus militet, vel curas publicas gerat. Hæreticos autem dicimus & Neſtorianos, & Eutychianiſtas, & Acephalos, qui Dioſcori, & Severi ſuperſtitionem (1) ſecuti ſunt, a quibus Manichæi & Apollinarii (2) ſacrilegia renovata ſunt. Et omnino [3] eos, qui non communicant (4) in eccleſia, hæreticos vocamus; quamvis nomen Chriſtianorum uſurpant (5). Ut tamen orthodoxi plus quam hæretici juris habeant: ſciendum eſt mulieribus hæreticis privilegia in dotibus, vel propter nuptias donationibus hypothecarum, quæ tacita dedimus, denegari, & omnes hujuſmodi (6) prærogativas. Sin autem pœnitentiam egerint, & in ea perſeveraverint; non careant beneficiis noſtris. Eaque (7) obſervare procurent non ſolum religioſiſſimi Epiſcopi, ſed etiam omnes magiſtratus & judices ſive majores, ſive minores.

NOVELLA CX. (b)

HÆc Conſtitutio tollit Conſtitutionem priorem, quæ de nautico fœnore poſita eſt per innovationem; ut ſic accipiatur, quaſi omnino nec ſcripta, nec poſita eſſet, & hoc illud continet (8).

NOVELLA CXI.

(c) JUbemus ut in negotiis, quæ ante (9) hac triginta annorum removebat exceptio; nunc venerabilibus eccleſiis, ac monaſteriis, & xenonibus [10], nec non orphanotrophiis, ac brephotrophiis, & ptochiis (11) quadraginta annorum protelatio conferatur; ſalva ſcilicet inter alias perſonas & cauſas virtute, quam ſemper tricennalis ſibi præſcriptio vindicavit (12). Quoniam hanc decem annorum adjectionem religioſis locis præſtamus: ut perſonales & hypothecariæ actiones in tanto tempore propagentur. Annali autem exceptioni, vel triennali, vel aliis hujuſmodi exceptionibus non derogetur. Hæc autem Conſtitutio & in præteritis temporibus locum (13) habeat [14]: niſi quædam [15] cauſæ amicali (16) tranſactione, vel judiciali ſententia, ſopitæ ſunt.

NOVELLA EADEM.

Hæc Conſtitutio innovat Conſtitutionem, quæ præſcriptionem centum annorum locis venerabilibus dederat.

IDEM A. *Theodoro* [17].

[d] QUod medicamenta morbis, hoc exhibent jura negotiis. Unde conſequitur, ut nonnunquam a judicio diſcordet effectus: & quod credebat conjectura prodeſſe, experimento inveniatur inutile. Probat igitur hoc præſentis etiam neceſſitas ſanctionis, in qua privilegium ex religioſo propoſito ſacroſanctis [18] eccleſiis Dei, & (19) monaſteriis, aliiſque (20) religioſis locis Conſtitutione noſtra nuper indultum, neceſſaria correctione diſtinguimus. Dudum ſi quidem juſſeramus ad centum illis annos exceptionis propagari curricula, per cujus licentiam ſanctionis negotia quidem multa commota ſunt, & velut antiquorum vulnerum obductæ patuerunt iterum cicatrices. Sed eorum ſanitas provenire non potuit; probationum ſcilicet difficultatibus impedita. Quoniam per tantum ſæculi magis, quam temporis ſpatium, nec documentis integritas, nec actis fides, nec ætas valet teſtibus ſuffragari. Unde [21] quia largitatis (22) noſtræ cauſarum non occurrit anguſtia: cum ratione ſimul ac religione tractantes prædictum privilegium uſque ad poſſibilem modum deducere [23] experimento retraximus. Et jubemus in negotiis, quæ ante hac triginta annorum removebat exceptio, nunc venerabilibus eccleſiis, monaſteriis, & xenonibus (24), nec non orphanotrophiis ac brephotrophiis, & ptochiis (25) quadraginta annorum protelatio con-

(1) *ſuperſtitiones.* (2) *A pollinaris.* (3) *omnes.* (4) *conveniunt.* (5) *uſurpent.* Ivo. (6) *hujuſcemodi.* [7] *Ea.* (8) hæc deſunt quibuſdam. A. (9) *ante hanc legem.* [10] *xenodochiis.* (11) *ptochotrophiis.* alii, *ptochotrophiis omnibus.* (12) *vindicabat.* (13) *locum.* (14) *habet.*

(15) *quidem.* (16) *amicabili.* (17) *Imp. Juſtinianus* A. *Theodoro Orientalium Prætoriorum Præfecto.* alii, Idem A. *Theodoſio.* (18) *ſanctis.* (19) *eccleſiis.* (20) *aliis quoque.* (21) *Verum.* (22) *largitati.* A. (23) *ducere.* (24) *xenodochiis.* (25) *& ptochotrophiis.* aliis, utrumque deeſt.

(a) Hæc eſt conſt. 5. ejuſd. collat. tit. *de privilegiis dotis hæreticis mulieribus non præſtandis.* Haloander eam utraque lingua edidit. Vide Auth. Item privilegium. C. *de hæreticis.* Juliani verborum partem refert Ivo *parte* 16. *c.* 158. decreti, ut conſtit. 99. *c.* 1.

(b) Hæc eſt conſt. 6. d. collat. 8. tit. *de nauticis uſuris.* Hanc etiam Haloander græce, & latine edidit. Vide Nov. 106.

(c) Hæc non videntur eſſe Juliani verba; ſed ſumpta ex ipſa conſt. paucis exceptis.

[d] Hæc ſunt Latina Juſtiniani verba, quæ a græcis etiam relata ſunt. Idque initium latinis litteris conſcriptum legi in epitome græca conſtit. eccleſiaſticarum. Eſt in libro Auth. conſt. 7. collat. 8. tit. *Hæc conſtitutio innovat conſt. &c.* Hanc non habuit græcam Haloander, neque latinam eſſe credidit. Græcam vero epitomen edidit, quam Agylæus latinam fecit. Eadem conſtitutio græcis verbis in libro Veneto inventa eſt, ut Edictum Juſtiniani 5. & ab Scringero edita, quam etiam Agylæus convertit. Vide Nov. 9. & Nov. 131. *c.* 6. & Auth. Quas actiones. C. *de ſacroſ. eccl.*

conferatur; ſalva ſcilicet circa alias perſonas & cauſas virtute, quam ſemper tricennalis ſibi præſcriptio vindicabat. Quoniam hanc decem annorum adjectionem ſolis, ut dictum eſt, religioſis locis, eorumque juri, vel contractibus indulgemus: ut ſoſpitæ hoc temporis ſpatio tam perſonales, quam hypothecariæ actiones in perpetuum conquieſcant, nihil penitus aliis exceptionibus derogantes, ſed tam in annuis (1), quam in (2) triennio vim, roburque tenentibus. In illis namque, ut dictum eſt, tantum negotiis (3) religioſos contractus memorato quadraginta annorum privilegio volumus perfrui, in quibus eis centum annorum prærogativam Conſtitutio noſtra contulerat. Si quas plane cauſas ante hanc noſtram conſtitutionem ab eccleſiis, cæteriſque ſacris locis ubicumque commotas judicialis ſententia, aut tranſactionum conventio terminavit: nolumus refricari; ſed in reliquum illis hanc obiici ſanctionem; quas ante hac ſopitas octo luſtrorum ſilentio moveri hactenus, aut moras terminari non contigit [4]. Illuſtris igitur, & magnifica auctoritas tua, quæ per hanc generalem legem noſtra ſtatuit æternitas, edictis propoſitis (5) ad omnium notitiam faciat pervenire. Dat. K. Jun. CP. Imp. DN. Juſtin. PP. A. Ann. XV. Baſilio (6) V. C. COS.

NOVELLA CXII. [a]

I. [b] RES mobiles, vel ſe moventes, vel immobiles litigioſas volumus appellari, quarum de dominio apud judicem inter actorem, & poſſeſſorem quæſtio (7) orta eſt aut judiciali admonitione, aut per preces Imperatori [8] porrectas, & apud judicem intimatas, ac per ipſum [9] adverſario litigatori manifeſtatas. Nam ſecundum talem diſtinctionem (10) & Conſtitutionem noſtram intelligi volumus, in qua cautum eſt de ſciente, vel (11) ignorante emptore. Si quis autem pluribus heredibus derelictis [12] deceſſerit; & illi cum aliis hereditariis rebus rem litigioſam diviſerint: id, quod factum eſt, lege non reprobetur (13): non enim recte videtur alienatio eſſe inter coheredes facta diviſio [14]. Si quis autem rem litigioſam litigaverit; eventum litis videatur legaſſe: ut ſi quidem heres vicerit, legatum accipiat legatarius; ſin autem victus fuerit; nihil accipiat. Ideoque libera licentia legatario datur (15) adeſſe in judicio (16) ut nulla negligentia, vel concluſio (17) ab herede committatur. De hypothecis autem quæſtio rem litigioſam non facit. Nam & ſi (18) ſpecialiter hypothecæ nomine res obligata eſt: tamen vendere eam debitor non prohibetur: ita tamen ut ex quantitate pretii creditori debitum perſolvatur, aut ſi hoc factum non fuerit; liceat (19) creditori hypothecariam actionem movere, & rem ſibi ſubpoſitam vindicare; donec ſatis fiat: ſcilicet ut creditoribus anteriora jura (20) habentibus ſecundum priores leges temporum prærogativæ reſerventur (21). Ex his [22] apparet multo minus litigiosam rem vocari eam, quæ (23) generaliter hypothecarum titulo (24) obligata eſt.

II. (c) Si judex aliquem teneri voluerit; talem condicionem in ſua interlocutione debet inſerere: ut non aliter [25] libellus accuſationis reo detur, vel ſportulæ ab eo exigantur; niſi prius actor in libello (26) ſubſcripſerit (27) vel ſua manu, vel per tabularium (28), & monumentis intervenientibus fidejuſſorem præſtet idoneum periculo officii promittentem, quod actor & obſervabit (29) in judicio, & exercebit ſuas actiones; & ſi poſtea oſtendatur injuſte litem moviſſe ſumptuum nomine decimam partem dabit quantitatis, quæ libello [30] comprehenſa eſt, ut eam is (31) qui accuſatus fuit (32), accipiat. Sin autem dicat ſe non habere fidejuſſorem: ſanctis evangeliis propoſitis juret quod non poteſt dare fidejuſſorem; ac poſtea juratoriæ cautioni committatur, in qua promittere debet ea, quæ ſupra ſcripta ſunt (33). Quod ſi alio modo factum fuerit: nullum reſponſum dare litis executori reum concedimus: & ſi adverſus ea factum fuerit, judex quidem cum officio ſuo denarum librarum auri pœna multetur; executor autem litis publicatione ſuæ (34) ſubſtantiæ punitus (35), in exilium per (36) quinquennium mittatur. Pœnæ autem ex hac lege inrogatæ periculo Comitis Rerum Privatarum fiſco noſtro inferantur. Quidquid autem

(1) *aliis.* (2) *quam.* (3) *negotiis.* [4] *contingit.* (5) *præpoſitis.* (6) *Beliſ.* (7) *contentio.* (8) *Principi.* (9) *ipſum judicem.* [10] *conſtitutionem.* (11) *ſciente &c.* (12) *relictis.* (13) *reprobatur.* (14) *diviſio: non enim alienat, qui dividit.* (15) *detur.* (16) *judicio.* (17) *colludium.* (18) *ſi.* (19) *licebit.* (20) *jura hæc.* (21) *prærogativa reſervetur.* alii, *prærogativæ ſerventur.* (22) *Et ex his.* (23) *eam rem, quæ.* alii, *quæ.*

(24) *hypothecarum titulis.* alii, *hypothecæ titulis.* malim, *hypothecæ titulo.* A. (25) *aliter nullus.* forte, *aliter ullus.* (26) *in libello actoris.* (27) *inſcripſerit.* (28) *tabellionum.* [29] *obſervet.* [30] *in libello.* (31) *hoc autem is.* alii, *hæc autem is.* [32] *fuerit.* (33) *ſunt, implere.* (34) *publicationem ſuæ.* alii, *publicatione.* (35) *patietur, & in.* alii, *punitur, in.* [36] *in.*

[a] Hæc eſt in libro Auth. couſt. 8. collat. 8. tit. *de litigioſis &c.* Edidit eam græce, & latine Haloander.
(b) Vidend. Auth. Litigioſa. & Auth. Nunc ſi heres. C. *de litigioſ.* & Auth. Hoc ita. C. *de pign.*
[c] Vide Auth. Generaliter. C. *de Epiſc. & cler.*

UNED

autem ex hac inlicita conventione detrimenti reus paſſus eſt, reſarciatur ei ex ſubſtantia actoris periculo judicis ejus, a quo executor miſſus eſt. Excipimus autem ab hujuſmodi pœnis (1) illa litigia, quæ ex conſenſu litigatorum in judiciis ventilantur (2).

III. (*a*) Si quis per judicialem admonitionem, vel preces Imperatori (3) porrectas, & apud judicem intimatas, ac per eum adverſario manifeſtatas, & ſub legitima diſceptatione judicis factas reum inligaverit (4): non liceat ei recedere a judicio, & negotium ſuſpenſum [5] deſerere. Quod ſi hoc fecerit actor: liceat reo petere a judice (6), apud quem lis conteſtata eſt, ut admoneatur actor, ut veniat (7) in judicium, vel procuratorem legitimum mittat (8). Quod ſi nec ipſe venerit, nec procuratorem (9) miſerit (10): vocetur per tria edicta per intervallum (11) in ſingulis non minus triginta dierum. Nam ordinarios judices non ſolum præconiis [12], ſed etiam propoſitionibus edictorum abſentes partes vocare jubemus. Proponendi (13) autem edicta licentiam & illis judicibus damus, qui ex principali juſſione facti ſunt judices. Hæc, ſi litis conteſtatio facta eſt. Sin autem ſola admonitio, & precum intimatio, atque manifeſtatio facta eſt tantum, deinde actor negotium deſeruit (14): liceat reo ſimiliter judicem adire, & petere (15), ut tria edicta proponantur: & ſi propoſitis eis actor neque venerit, neque procuratorem legitimum miſerit, habeat indutias (16) unius anni. Et ſi non venerit: licentiam damus judici, & ab una parte reo ſolo præſente litem audire; & legibus conſentaneum calculum proferre. Quod ſi intra prædictum annum pervenerit; & ſuas actiones exercere maluerit: non antea eum ſuſcipiat judex, quam impenſas reo præſtet; ita tamen ut a judicio iterum non recedat. Alioquin ſi hoc fecerit, & annus tranſactus ſit; careat actionibus ſuis. Illam autem regulam (17) qua cautum eſt neminem invitum [18] agere compelli, tunc locum habere volumus; cum res integra eſt, & actor adverſarium ſuum teneri non fecerit (19). Hanc autem [20] Conſtitutionem in his caſibus volumus obſervari, qui nec judiciali ſententia, nec amicali (21) compoſitione, vel alia (22) legitima deciſione ſopiti ſunt.

NOVELLA CXIII. (*b*)

NEmo noſtrorum (23) judicum ſive in pecuniaria, ſive in criminali cauſa pragmaticam timeat noſtram ſanctionem, vel aliud cujuſvis [24] generis reſcriptum, ſive divinas juſſiones, ſive referendariorum depoſitiones (25), aut Inluſtrium magiſtratuum (26) præcepta. Nam ſecundum generales leges ſingulas cauſas finiri (27) jubemus; & prædictas ambitiones nullum ſibi locum in judiciis vindicare. Nam ſi velit Princeps (28) aliquam cauſam dirimere; ipſe ſententiam dicat, non judicibus imperet, quomodo debent (29) in ſingulis cauſis emergentibus judicare; niſi forte de jure fuerit dubitatum: tunc enim licebit judici ad Imperatorem referre, ut ſibi juris obſcuritas illuminetur [30]. Et hæc omnia volumus obſervari non apud magiſtratus [31] tantum, ſed etiam [32] apud judices quoque [33] ſive divina juſſione deputatos, ſive ab (34) aliis magiſtratibus datos, immo etiam apud compromiſſarios arbitros ſive cum ſcriptis, ſive ſine ſcriptis (35) apud eos cauſarum proceſſerit diſceptatio. Hanc autem Conſtitutionem locum habere volumus non ſolum in judiciis poſtea movendis, ſed etiam in his, quæ adhuc pendent: ut unuſquiſque generali [36] lege fiduciam habeat (37). Nam ambitioſis reſcriptionibus finita [38] jam negotia refricari nullo modo volumus. Finitum autem videtur [39] id, de quo ſententia definitiva prolata (40) eſt; quamvis appellatio, vel retractatio contra eam ſperetur [41]. Excipimus autem illa reſcripta, quæ judices jubent ſine tarditate, & mora cauſas dirimere, vel legibus conſentaneum calculum proferre, vel acta litigatori edere, vel ſi juſſerint eum cum (42) alio judicare. Tales enim juſſiones, ſive in (43) ſcriptis, ſive ſine ſcriptis fieri non prohibemus. Judex autem, qui generalem legem contempſerit, & inlicitam reſcriptionem [44] admiſerit; decem librarum auri pœna, & alias (45) gra-

(1) *his pœnis.* alii, *ex hujuſmodi.* (2) *ventilantur.* (3) *Principi.* (4) *obligaverit.* [5] *ſuſceptum.* [6] *repetere judicem.* (7) *ut vel veniat.* alii, *& veniat.* (8) *emittat.* (9) *vel procuratorem.* (10) *miſit.* (11) *intervalla.* (12) *per præcones.* (13) *Præponendi.* [14] *deſeruerit.* alii, *deſerat.* (15) *petere ab eo.* (16) *terminum.* (17) *rationem.* (18) *judicium.* [19] *fecit.* (20) *Hanc.* (21) *amicabili.* [22] *vel antea.*

(23) *Nemo.* Ivo. (24) *cujuſcumque.* [25] *diſpoſitiones.* A. (26) *Illuſtris magiſtratus.* Ivo. (27) *fieri.* (28) *Præſes.* (29) *debeant.* A. (30) *obſcuritatem illuminet.* [31] *magiſtratum.* [32] *ſed.* (33) *quoſcumque.* (34) *ſive etiam ab.* [35] *non*, *ſive.* alii, *ſine ſcriptis, ſive.* [36] *hac generali.* A. (37) *habeat*, *non.* (38) *Finita autem.* (39) *negotium videtur.* (40) *lata.* (41) *ſpectetur.* (42) *cum.* (43) *ſive.* [44] *conſcriptionem.* (45) *alia.* alii, *illa.*

(*a*) Vide Auth. Qui ſemel. *C. quo modo, & quando judex.*
(*b*) Eſt in libro Auth. conſt. 11. collat. 8. tit. *In medio litis non fieri ſacras formas.* Ab Haloandro eadem græce, & latine conſcripta eſt. Juliani verba refert Ivo *parte* 4. *cap.* 193. decreti ut conſt. 101. vel 106, *c.* 1.

graviſſima indignatione noſtra plectetur (1). Sed ut [2] nemo hæc ſaluberrima noſtra ſtatuta [3] ignoret: jubemus in ipſo (4) litis exordio, ante ipſam perſonarum (5) confirmationem præſentem legem inſeri: ut nemo poſſit contra generales leges aliquid ſibi præcipuum ſeparare.

NOVELLA CXIV.

Ut divinæ juſſiones ſubſcriptionem habeant glorioſiſſimi [6] Quæſtoris.

Idem A. (7) *Theodoto P. P.* (8)

(*a*) NOſtræ ſerenitatis ſollicitudo remediis invigilat ſubjectorum (9): nec ceſſamus (10) inquirere, ſi quid (11) ſit in noſtra Republica corrigendum. Ideo namque voluntarios labores adpetimus, ut quietem aliis præparemus. Unde ad univerſorum utilitatem pertinere perſpeximus (12), ſi ſacras etiam juſſiones cum competenti jubeamus cautela procedere: ne aliquibus liceat eas pro ſua voluntate conficere [13]. Nam præſenti lege decernimus nullam divinam juſſionem neque per viri magnifici (14) quæſtoris adjutores, neque per aliam cujuslibet [15] militiæ, aut dignitatis, aut officii perſonam quocumque judicio (16) confiſam [17] a quolibet ſuſcipi cognitore, cui magnifici viri Quæſtoris adnotatio ſubjecta non fuerit: qua contineatur (18) & inter quos, & ad quem judicem, vel per quam fuerit directa perſonam, quatenus omni poſt hac ambiguitate ſubmota nulla cuilibet excuſationis (19) relinquatur occaſio: ſcientibus judicibus, vel adminiſtratoribus univerſis (20), quod ſi in quolibet negotio ſacram ſuſceperint juſſionem, niſi cui Quæſtoris viri magnifici [21] fuerit ſubjecta notatio (22): multa viginti librarum auri, & officium eorum [23] ſimili pœna plectetur. Quibus jubemus, ſi qua ad eos talis juſſio advenerit (24), mox ad prædictum virum magnificum Quæſtorem referre, aut cum illo, qui hoc (25) ingerit, deſtinare; ut in eum vindicta procedat, quam in falſarios jura noſtra conſtituunt [26], Theodote parens (27) cariſſime, atque amantiſſime [28]. Quam legem perpetuo valituram Celſitudo tua ad univerſorum faciat pervenire notitiam.

NOVELLA CXV. (*b*).

I. SI contra (29) ſententiam judicis provocatio porrecta fuerit (30), & poſtea lex nova ſit promulgata; deinde judices appellationis (31) dubitet, quomodo cauſas definiant, utrum ſecundum leges, quæ poſitæ erant rei judicatæ tempore, an ſecundum legem, quæ poſtea ſecundum novationem introducta eſt: æquum nobis videtur illas obſervari leges, quæ tempore rei judicatæ valebant; quamvis lex poſtea lata retrorſum ſe retulit. Idque (32) non ſolum in provocationibus jubemus optinere, ſed etiam in retractionibus, vel in (33) relationibus, ubi judices (34) poſtquam litigatores allegationibus renuntiaverint, ignorantes quid ſtatui oporteat (35), noſtram interrogant (36) pietatem.

II. (*c*) Sunt quidam malitioſi litigatores, qui poſt renuntiationem adverſæ partis, & tempora probationum ſtatuta: tamen ipſi dicant [37] aliquas ſe habere allegationes, ut nullus ſcilicet liti (38) terminus imponatur. Ideoque jubemus unum menſem ei ad [39] indutias dari; & jubeatur a judice, ut, quod vult, dicat. Et ſi dicat ſe iterum dilatione opus habere; præſtetur ei menſis ſecundus; quo completo [40] ſi iterum dilationem petat; ad vincendam malitiam ejus tertius menſis præſtetur [41]: quo completo ſi nihil dixerit, omnibus modis judex legitimam ſententiam dicat.

III. (*d*) Neque pater, aut mater (42), neque avus, vel avia (43), neque proavus, vel proavia (44) liberos ſuos præteritos, vel exhe- re-

(1) *punietur.* (2) *Et ut.* [3] *inſtituta.* forte, *conſtituta.* (4) *in primo.* [5] *ipſam partium.* alii, *ipſarum conſtitutionum.*
(6) *glorioſi.* (7) *Imperator Juſtinianus.* A.
(8) *ſacrorum Prætoriorum Præfecto.*
[9] *ſubditorum.* [10] *ceſſat.* (11) *quid.*
[12] *reſpeximus.* (13) *profiteri.*
[14] *magnificentiſſimi.* [15] *quamlibet.*
(16) *cuicumque judici.* (17) *conceſſam.* alii, *confectam.* (18) *quæ contineat.*
(19) *executionis.* alii, *etiam executionis.*

(20) *hoc univerſis.* (21) *magnificentiſſimi.*
[22] *adnotatio.* (23) *officium.* (24) *pervenerit.* (25) *qui hæc.* (26) *conſtituerunt.*
(27) *Præfecte.* (28) *cariſſime.*
(29) *Si quis contra.* (30) *provocationem porrexerit.* (31) *appellationum.* (32) *& id.*
(33) *vel.* [34] *ut judices.* (35) *oportet.*
[36] *interrogent.* (37) *dicunt ipſi.*
[38] *litis.* (39) *eis ad.* (40) *impleto.*
(41) *detur.* (42) *neque mater.*
(43) *aut avia.* (44) *aut proavia.*

[*a*] Juſtiniani verba ſunt hæc, qui latine hanc conſt. edidit. Eſt in libro Authenticor. conſtit. 10. collat. 8. tit. *Ut divinæ juſſiones &c.* Juliani epitomen deſideramus. Haloander Græcam tantum epitomen edidit, quam Agilæus latinam fecit. Ambo exiſtimarunt hæc verba veteris interpretis fuiſſe, non Juſtiniani.

(*b*) Hæc eſt in libro Auth. conſt. 12. collat. 8. tit. *Ut cum de appellatione cognoſcitur &c.* Hanc Haloander græce, & latine edidit.

[*c*] Vide Auth. Jubemus. C. *de judiciis.*

(*d*) Videndæ Authent. Non licet. & Auth. Ex cauſa. C. *de lib. præt.* & Auth. Sed ſi poſt. C. *de inoff. teſtam.* & Auth. Liberi. C. *de Epiſc. aud.* & Auth. Si captivi. C. *de Epiſc. & cler.* & Auth. Idem. C. *de heret.*

redatos in ſuo teſtamento faciant, quamvis vel per (1) donationem, vel fideicommiſſum (2), vel alio modo (3) legitimam eis portionem dereliquerint: niſi forte ingrati (4) probentur, & ipſas ingratitudinis cauſas parentes proprio inſcripſerint (5) teſtamento. Cauſæ autem ingratitudinis juſtæ ſunt hæ (6). Si quis parentibus ſuis audaces manus (7) imponat. Si gravem atque inhoneſtam (8) contumeliam eis faciat. Si criminalibus cauſis accuſator contra parentem (9) extiterit, exceptis inſidiis adverſus Principem, vel Rempublicam. Si cum maleficis quaſi maleficus converſetur [10]. Si vitæ ſuorum parentum per venenum, vel alio modo inſidiari tentaverit. Si novercæ ſuæ, vel concubinæ patris ſeſe turpiter miſcuerit (11). Si calumniator contra parentes (12) filius fiat, & per delationem ſuam graviſſimum damnum eis inflixerit (13). Si incluſus in carcere parens liberos ſuos, vel unum ex his [14], qui ad ſucceſſionem ejus ab inteſtato vocantur, rogaverit [15], ut in fidem ſuam ipſum (16) recipiant [17]; & illi, vel ille (18) noluerint fidejubere, ſive pro perſona, ſive pro debito in quantum idoneus eſſe is, qui rogatus eſt, probetur. Hoc autem quod de fidejuſſione diximus (19), ad maſculos liberos [20] pertinere volumus. Item ſi convictus fuerit filius (21) prohibuiſſe parentes ſuos teſtamentum facere: ſi quidem illi poſtea potuerint (22) teſtamentum ordinare; liceat eis propter hanc cauſam exheredare eum. Sin autem in ipſa prohibitione deceſſerint: omnes ſive heredes ſibi [23] futuri, vel legatarii, vel alii qualemcumque læſionem paſſi ſecundum priora jura ſuas adverſus eum exerceant actiones. Item ſi contra voluntatem parentum filius (24) cum harenariis aut mimis converſetur (25) & in hac profeſſione permanſerit (26): niſi forte parentes ipſius (27) harenarii, vel mimi fuerint (28). Item ſi pater quidem, vel avus filiam ſuam, vel neptem marito voluerit collocare (29); & illa (30) non conſenſerit, ſed turpiter vivere cum alio maluerit [31]. Sin autem filia vigintiquinque annorum ætatis facta (32) a parentibus ſuis marito non ſit copulata; & ex hoc contigerit eam in corpore ſuo peccaſſe; vel ſine conſenſu parentium marito ſe, libero tamen conjunxiſſe: hoc nolumus ad ingratitudinem filiæ reputari (33). Item ſi furioſo parenti liberi curam non adhibeant, ſed alii cognati, qui ab inteſtato vocantur: ſi quidem reſipuerit; liceat ei ſi velit [34] inofficioſos liberos ingratos in ſuo (35) ſcribere teſtamento. Sin autem in ipſo [36] furore deceſſerit, & liberis nullam curam adhibentibus [37] unus ab extraneis (38), vel his 39, qui ab inteſtato vocantur, miſericordia ductus (40) curare eum voluerit (41): teſtatione in ſcriptis utatur (42) ad eos, qui ex teſtamento vocantur ante furorem forte compoſito, vel ad eos, qui ab inteſtato exiſtunt, ut curam adhibeant furioſo. Sin autem & poſt hujuſmodi (43) teſtationem in eadem negligentia perſeveraverint; & extraneus in ſua domo furioſum (44) ſuſceperit [45], & impenſis ſuis uſque ad mortem ejus curam feciſſe probatus fuerit: ipſum quamvis extraneus ſit, ad ſucceſſionem furioſi ſanctimus pervenire, refutata [46] inſtitutione teſtamenti ejus, & heredibus ſcriptis utpote indignis repellendis, cæteris videlicet capitulis teſtamenti in ſua firmitate duraturis [47]. Item ſi unus ex parentibus in captivitate ſit, & liberi ejus, vel unus ex his non curaverint (48) eum redimere: ſi quidem redierit ille ab hoſtibus, liceat ei inofficioſos liberos ingratos in [49] ſuo ſcribere teſtamento. Sin autem apud hoſtes deceſſerit, & omnes liberi ejus redemptionem facere contempſerint: omnes res ipſius (50), eccleſiæ civitatis addicantur, a qua (51) oriundus eſt; inventario ſcilicet cum publica teſtatione faciendo, ut nihil ex ſubſtantia ejus pereat. Sic tamen ut omne, quod (52) ex hac cauſa ad eccleſiam pervenerit, in redemptionem captivorum expendatur. Et generaliter (53) dicimus, quotiens aliquis (54) ex his, qui ab inteſtato vocantur ad ſucceſſionem (55) ejus, qui in captivitate eſt, non (56) curaverit eum redimere, nullatenus heres ei exiſtat (57): & ſi in (58) teſtamento heres ſcriptus eſt, ante captivitatem forte compoſito (59), ſimiliter ab hereditate repellatur, cæteris autem [60] teſtamenti capitulis valituris, ſubſtantia ſcilicet ſimiliter, ut ſupra diximus, eccleſiæ addicenda civitatis, unde captivus oriundus fuerit (61); & ad nihil [62] aliud

(1) *per.* (2) *vel per fideicommiſſum.* (3) *alium modum.* (4) *immeriti.* (5) *ſcripſerint in.* alii, *ſcripſerint.* (6) *iſtæ ſunt.* [7] *audacem manum.* (8) *aut inhoneſtam.* alii, *ac moleſtam.* (9) *parentes ſuos.* [10] *converſatur.* (11) *ſe turpiter immiſceat.* (12) *patrem.* (13) *eis attulerit.* alii, *intulerit.* (14) *ex eis.* (15) *rogavit.* (16) *eum.* (17) *recipiat.* (18) *& ille, vel illi.* A. (19) *dicimus.* (20) *maſculos tantum.* A. (21) *fuerit.* (22) *poſſint.* (23) *ſibi heredes.* alii, *heredes.* (24) *filii.* (25) *converſentur.* (26) *permanſerint.* (27) *& parentes, & ipſi.* (28) *ſint.* (29) *copulare.*

(30) *& ipſa.* (31) *malit.* (32) *facta.* (33) *imputari.* (34) *voluerit.* (35) *in ſuo.* [36] *in ſuo.* (37) *cauſam habentibus.* forte, *curam habentibus.* (38) *extraneus.* A. [39] *vel ii.* A. (40) *ducti.* A. [41] *voluerint.* A. (42) *utantur.* A. (43) *hanc.* (44) *eum.* (45) *receperit.* [46] *recuſata.* (47) *durantibus.* (48) *curaverit.* (49) *& ingratos in.* alii, *& ingratos.* (50) *res ejus.* (51) *de qua.* (52) *quidquid.* (53) *Generaliter autem.* (54) *quis.* (55) *hereditatem.* (56) *non.* (57) *ei ſuccedat.* (58) *& ſi.* (59) *compoſito.* (60) *cæteris.* (61) *eſt.* [62] *nec ad.*

aliud procedente (1) niſi ad (2) captivorum redemptionem. Et ſi (3) extraneus heres ante captivitatem ſcriptus eſt, & ille ſciens ſe heredem ſcriptum (4); non curaverit eum redimere (5); ſimili pœna afficiatur. Quod in illis perſonis volumus obtinere, quæ octavumdecimum annum ſuæ ætatis impleverunt [6]. Ubi autem in redemptionem [7] captivorum neceſſarium ſit pecuniam dari: facultatem habeat (8), ſi prædictæ ætatis ſit (9), mutuam pecuniam ſumere, & res mobiles, vel immobiles obligare hypothecæ titulo, ſive ſuas (10) proprias habeat, ſive illius, qui in captivitate tenetur. Tales enim (11) contractus, qui in redemptionem captivorum in prædictis caſibus fiunt (12), valere volumus, quaſi ſui juris, & legitimæ ætatis fuiſſet is, qui contraxiſſet [13]: redempto autem a (14) captivitate neceſſitas imponitur (15) ratum contractum habere, & id quod dedit creditor, ei perſolvere, & quaſi (16) ſuo debito (17) reſpondere, atque obligari (18). Item ſi parens liberos ſuos, vel unum ex his (19) hæreticum habeat, ipſe (20) orthodoxus conſtitutus: liceat eos [21], vel eum in teſtamento ſuo exheredare: quoniam non minima hæc cauſa ingratitudinis eſt. Orthodoxos autem dicimus eos, qui communicant in ſacroſancta eccleſia catholica, in qua omnes Patriarchæ una conſpiratione, & concordia colliguntur, & quattuor ſancta concilia prædicantur (22): Nicænum, & Conſtantinopolitanum, & (23) Epheſinum primum & [24] Chalcedonenſe. Hæreticos autem dicimus eos, qui (25) catholicis non communicant; quibus connumerari [26] neceſſe eſt Neſtorianos, atque Acephalos. Sed ut plenius de hac parte (27) loquamur: ſciendum eſt non poſſe hereticos parentes, ſi orthodoxos liberos (28) habeant, alios quam ipſos inſtituere heredes; vel liberis non extantibus (29) cognatos ſuos catholicos ſcilicet heredes inſtituant. Quod ſi ex liberis ſuperſtitibus alii quidem orthodoxi, alii autem hæretici appareant: omnem ſubſtantiam parentis ad orthodoxos (30) pervenire volumus; ut fratres eorum hæretici, ſi in eodem errore perſeveraverint uſque ad mortem, nihil omnino (31) accipiant: ſed mortuis eis ſine (32) pœnitentia liceat orthodoxis in omnem ſubſtantiam parentum eorum pervenire (33). Sin autem pœnitentiam egerint: portiones ſuas (34) accipiant (35) ſine fructibus (36) tamen medii (37) temporis, & ſine ulla de adminiſtratione (38) rerum moleſtia. Quod ſi omnes liberi hæretici fuerint: alii autem cognati defuncti orthodoxi exiſtant, ipſis liberis anteponantur in ſucceſſione. Quod ſi & ipſi hæretici fuerint; ſi quidem is, qui defunctus eſt, habitum clerici habeat: eccleſiæ civitatis, in qua domicilium habuit, ſubſtantia ejus deferatur. Sic tamen ut ſi intra annum non vindicaverit eccleſia (39) hujuſmodi perſonarum patrimonia: ad fiſcum noſtrum devolvantur [40]. Sin autem laici fuerint: ſine ulla diſcretione res eorum fiſci juribus vindicentur. Quæ [41] non ſolum ſi teſtamento ſcripto hæreticus deceſſerit, locum habere ſancimus (42): ſed etiam ſi inteſtatus defunctus ſit, omnibus ſcilicet legibus (43) valituris, quæ contra hæreticos, & Neſtorianos, atque Acephalos, & omnes, qui non communicant catholicæ eccleſiæ, poſitæ ſunt.

Sive igitur omnes prædictas cauſas, ſive unam ex his parentes (44) in ſuo ſcripſerint (45) teſtamento; & filios ſuos exheredaverint: (46) ſi quidem ſcripti heredes probaverint cauſam ingratitudinis veram [47] eſſe; valeat teſtamentum. Sin autem probare non potuerint: inſtitutiones eorum (48) infirmentur; & parentium hereditatem filii ab inteſtato pervenientes (49) ex æquis portionibus capiant: legata autem, vel (50) fideicommiſſa, vel libertates (51), vel tutorum (52) dationes alia legibus cognita capitula in teſtamento conſcripta valeant; ut ſola inſtitutio heredum tollatur. Hæc de teſtamentis parentium conſtituimus. Modo videamus de teſtamentis liberorum.

IV. (*a*) Sancimus itaque non licere liberis parentes ſuos præterire, vel alienos a ſubſtantia ſua quocumque modo facere; niſi ſpecialiter cauſas teſtamentis ſuis inſcripſerint (53), quas expoſituri ſumus. Ideſt, ſi [54] vitæ liberorum parentes inſidiarentur [55], excepto crimine

(1) *producenda.* alii, *exponenda.* forte, *exponenda.* (2) *niſi in.* (3) *Sed & ſi.*
[4] *eſſe ſcriptum.* (5) *de captivitate redimere.* (6) *impleverint.* alii, *compleverint.*
(7) *pro redemptione.* (8) *habeant.*
(9) *ſint.* [10] *res.* (11) *Et tales.*
(12) *fuerint.* forte, *fierent.* (13) *contraxit.*
(14) *a.* (15) *neceſſitas imponetur.* alii, *neceſſe ſit.* (16) *atque.* (17) *pro ſuo debito.* A. alii, *ſuo credito.* (18) *obligare.* alii, *reſpondere, & obligari.* alii, *reſpondere, atque obligare.* (19) *ex eis.* (20) *ipſe vero ſit.* alii, *ipſe vero.* (21) *ei eos.* A.
(22) *prædicant.* (23) *Conſtantinopolitanum.* (24) *&.* (25) *qui.* (26) *connumerare.*
(27) *de ipſis.* (28) *filios.* [29] *exiſtentibus.* [30] *orthodoxis.* (31) *omni modo.*
[32] *ſine.* (33) *partes eorum alienare.*
(34) *portionem ſuam.* (35) *capiant.* alii, *recipiant.* [36] *fructu.* (37) *intermedii.*
[38] *adminiſtrationis.* (39) *vindicaverint eccleſiaſtici.* alii, *vindicaverint viri eccleſiaſtici.* (40) *deferantur.* (41) *Quod.*
(42) *cenſemus.* (43) *juribus.*
(44) *parens.* (45) *ſcripſerit.* (46) *exheredaverit.* (47) *cauſas ingratitudinis veras.*
(48) *ipſorum.* (49) *venientes.* (50) *&.*
(51) *& libertates.* (52) *curatorum.* (53) *ſuis ſcripſerint.* alii, *inſcripſerint.* (54) *Si.*
(55) *inſidientur.* alii, *inſidiantur.*

[*a*] Vide Auth. In teſtamento. C. *ad S. C. Tertull.* & *d.* Auth. Liberi. & *d.* Auth. Si captivi. Juliani aliquot verba refert Ivo *parte* 13. *cap.* 90. decreti, ut Nov. conſt. *c.* 104.

Majeſtatis. Si venenis, aut ſuſurris magicis vitæ eorum inſidiarentur (1); & hoc ipſum poſtea probatum fuerit. Si pater cum nuru ſua (2) vel concubina (3) filii ſui commixtus [4] fuerit. Si parentes (5) liberos ſuos teſtamenta (6) facere prohibuerint (7) in his rebus, in quibus teſtari poſſunt [8]: quæ [9] diximus de parentibus, in hoc caſu ſimiliter teneant. Si maritus uxori ſuæ venenum dederit, ſive ut occidatur, ſive ut mentem (10) ejus cognoſcat: vel ex contrario ſi uxor marito dederit hujuſmodi (11) venenum: moveatur [12] quidem inter eos crimen publicum, & competenti vindicta tale facinus remedium capiat. Liberis autem liceat ei, qui tale aliquid perpetraverit, nihil omnino relinquere. Item ſi furioſus filius vel quæcumque perſona liberorum ſit in furore: eadem teneant (13), quæ ſuperius [14] de furioſis parentibus diximus. Item ſi unus ex liberis in captivitate ſit; eumque parens non redemerit (15): eadem teneant, quæ de parentibus captivis ſupra (16) conſtituimus. Item ſi filius orthodoxus fuerit; & parentem ſuum ſenſerit hæreticum eſſe: eadem jura teneant, quæ ſupra de parentibus diximus.

Si igitur liberi omnes iſtas cauſas, vel unam ex his contra ſuos parentes inſcripſerint (17); & heredes eorum omnes, aut certas, aut (18) unam ex his probaverint: teſtamentum in ſuo robore permanere (19) præcipimus. Enim vero ſi hæc non fuerint obſervata: teſtamentum quidem reſutetur; jura autem ab inteſtato ſucceſſionis locum habeant, legatis ſcilicet, & fideicommiſſis, & libertatibus, & tutorum dationibus, & aliis capitulis in teſtamento conſcriptis in ſua firmitate durantibus. Quidquid autem huic Conſtitutioni in aliis legibus contrarium inveniatur (20); hoc irritum, atque inutile ſit. Et hæ quidem exheredationis, & præteritionis pœnæ, quantum pertinet ad ingratitudinis cauſas adverſus prædictas perſonas diſpoſitæ (21) ſunt. Si quæ autem ex his ad crimina referantur [22]: non prohibemus, & cæteras pœnas ſubſiſti (23) eos, qui (24) obnoxii fuerint reperti. Si qui autem heredes ſcripti ex certis rebus, juſſi fuerint, ut nihil amplius quærerent: in hoc caſu hoc tantum jubemus fieri, ut ſi quid eis deſit ad legitimam portionem, hoc quidem repleatur; teſtamentum autem non reſcindatur.

V. (*a*) Si quis in quacumque cauſa obnoxium habuerit aliquem; & ille deceſſerit: non liceat ei neque parentes defuncti, neque liberos, neque uxorem, neque adgnatos, neque cognatos, neque heredes, neque fidejuſſores ejus (25) convenire, vel moleſtare, vel in judicium vocare ante, quam novem luctuoſi dies tranſeant [26]. Sin autem ante (27) prædictos dies contra hoc (28) aliquid fecerint; & (29) vel cautionem, vel promiſſionem, vel fidejuſſionem ab eis acceperint (30): omnia irrita ſint. Poſt novem tamen (31) dies, ſi quas ſibi competere putaverint actiones; eas exerceant nulla temporali præſcriptione, vel alia (32) allegatione legitima ex hac dierum tranſactione creditori generanda.

VI. (*b*) Si quis alicui conſtituerit dicens: *Satis tibi facio*: in quantitatem, quam dixerit (33), modis omnibus obligetur, ut (34) debitum ſolvat [35]. Si quis autem conſtituerit dicens: *Satis tibi erit*: non tenebitur, quia imperſonaliter locutus eſt. Quod ſi quis dixerit: *Erit tibi ſatis a me*, *& ab illo & illo*: eis quidem, quos nominavit, non conſentientibus non præjudicat. Sed neque pro ipſis obligatur (36), ſed pro rata parte debiti teneatur. Sin autem ita dixerit: *Erit tibi ſatis a me*, *vel ab illo*, *vel illo* (37): illis quidem non conſentientibus [38], quos nominavit, non præjudicat (39); ipſe autem in toto debito (40) teneatur. Si quis (41) autem adverſus eos (42) ſibi competere putaverit actiones; eas moveat, & auxilio juris perfruatur [43]. Hæc autem omnia in his (44) cauſis ſanctimus obtinere, quæ nondum judiciali calculo, vel amicali (45) compoſitione finitæ ſunt [46].

NOVELLA CXVI. (*c*)

*

NO-

(1) *inſidientur.* alii, *inſidiantur.*
(2) *nurui ſuæ.* (3) *concubinæ.*
(4) *conjunctus.* (5) *parens.* (6) *teſtamentum.* (7) *prohibuerit.* (8) *poſſint.*
(9) *Quæ autem.* (10) *non ; ut mentem.*
(11) *hoc.* (12) *& moveatur.* (13) *teneantur.* Ivo. (14) *ſupra.* (15) *parentes non redemerint.* [16] *captivis.*
(17) *ſcripſerint.* (18) *certe.* (19) *manere.*
(20) *invenitur.* (21) *poſitæ.* (22) *deferantur.* alii, *referuntur.* [23] *cæteris pœnis ſubiici.* forte, *cæteras pœnas ſubſiſtere.*
(24) *quaſi.* (25) *fidejuſſores.*
(26) *tranſierint.* (27) *intra.* A.
(28) *contra aliquem.* [29] *aliquid fecerit.* alii, *aliqui fecerint.* (30) *receperit.*
[31] *vero.* (32) *aliqua.* (33) *debeo.*
(34) *niſi.* (35) *perſolvatur.* (36) *obligetur.* (37) *ab illis*, *&.* (38) *ſcientibus.*
(39) *præjudicet.* (40) *totum debitum.*
(41) *Si quas.* (42) *alteros.* [43] *judicis fruatur.* (44) *in his.* alii, *in.*
(45) *amicabili.* [46] *ſunt. Dat. P. Conſ. Beliſ.*

(*a*) Vide Auth. Sed neque. C. *de ſepulcr. viol.*
(*b*) Vide Auth. Si quando. C. *de conſtit. pec.*
(*c*) Hæc Conſtitutio in Juliani libro deſideratur. Eſt in libro Auth. ut conſtit. 9. collat. 8. tit. *Ut neque miles, neque fœderatus obſervetur &c.* Ab Haloander græce, & latine edita eſt.

NOVELLA CXVII. (a)

(b) I. SI mater, vel avia, vel quicumque parens filium (1) heredem ſcripſerit ex parte legitima: liceat ei nepotibus, vel neptibus ab eo procreatis, & omnibus deinceps perſonis aliam ſubſtantiam ſuam totam, vel partem ejus donare, vel relinquere (2) ſub hoc modo, & (3) condicione, ut pater eorum in his rebus nec uſumfructum, nec ullam omnino habeat communionem. Quod ſimiliter obtinere jubemus, & (4) ſi extraneus filiofamilias [5] reliquerit (6), aut donaverit ſub eodem modo & condicione. Et ſi quidem ipſi, qui alieni juris ſunt, viceſimum quintum annum egreſſi fuerint, licentiam habeant, quo voluerint modo res ſibi donatas (7) adminiſtrare. Sin autem adhuc minores ſint (8); per quem velit teſtator, vel donator, adminiſtrari debent (9). Licentiam autem habeant (10) teſtator, vel donator matri, vel aviæ filiifamilias adminiſtrationem credere (11); quamvis maritos habeant [12]; ſi tamen & ipſæ adminiſtrationem receperint (13). Quod ſi teſtator, vel donator, vel omnino non dederit (14); vel dederit quidem, ille (15) autem noluerit (16), vel non potuerit (17), vel ante mortuus fuerit (18): tunc competens judex curatorem eis dare (19) cum idoneo fidejuſſore debet; ut curator res eorum adminiſtret & conſervet eis (20) donec legitimæ ætatis fiant. Nam & (21) in his caſibus volumus uſumfructum patrem habere, in quibus nulla talis condicio impoſita (22) eſt.

II. (c) Si quis aliquem (23) in inſtrumento, quod idoneos tres habeat teſtes, vel in [24] teſtamento, vel in monumentis publicis filium ſuum nominaverit; neque addiderit (25), utrum naturalem, an legitimum: videatur (26) eum legitimum dixiſſe; & nulla ab eo alia (27) probatio exigatur (28): ſed rebus paternis potiatur (29), & proficiat matri ſuæ; ut [30] etiam illa videatur patri ejus [31] legitima uxor fuiſſe: etſi fratres habeat ex eadem matre progenitos, ipſis quoque ejuſdem teſtimonii defenſio proſit.

III. Si quis ſine dotalibus inſtrumentis affectione maritali uxorem duxerit, & ex ea liberos habuerit: & poſtea ſecundas nuptias contraxerit; & ex eo quoque matrimonio filios procreaverit: utraque progenies ſimiliter [32] ad patris hereditatem vocetur. Et ex diverſo ſi quis cum dotalibus inſtrumentis nuptias celebraverit, & liberos habuerit; poſteaque ſine ſcriptis adfectione ſola matrimonium contraxerit, & ex eo habuerit liberos: ſimiliter omnes ad paternam ſucceſſionem vocabuntur.

IV. (d) Illuſtres homines, & qui ſupra eos ſunt [33], ſine dotalibus inſtrumentis matrimonia non contrahant. Quod ſi ante dignitatem ſine ſcriptis uxorem duxerint: maneat & (34) poſt dignitatem legitima copulatio, & liberi procreati legitimi ſint, exceptis tantummodo barbaris dignitate decoratis. His enim ſub noſtra ditione conſtitutis propter ſimplicitatem eorum (35) damus licentiam, & [36] nuda adfectione nuptias facere (37). Cæteris autem noſtris ſubjectis licebit, & ſine dotalibus inſtrumentis ſola adfectione nuptias facere; ut ex [38] hoc matrimonio nati liberi legitimi ſint [39]. Legibus (40) noſtri Principis cautum eſt ut ſi quis ſine ſcriptis uxorem habuerit [41], eamque ſine cauſa repudiaverit; ut quartam partem ſuæ (42) ſubſtantiæ ei daret (43), & quarta pars centum libras auri [44] non excedat. Eademque ſtatuta ſunt (45), & ſi uſque ad mortem mariti in eodem habitu matrimonii (46) perſeveraverit. In utroque (47) autem caſu liberi procreati ad legitimam patris hereditatem vocentur [48]. Mulier autem in utroque caſu, ſi quidem uſque ad tres liberos maritus ejus reliquerit ſive ab ea, ſive ab alia uxore natos, quartam ipſam portionem accipiat. Sin autem ultra tres habuerit: tantum ipſa habeat, quantum ex liberis defuncti unus accepturus eſt. Ita tamen ut uſumfructum quidem ejus (49) portionis accipiat (50) ipſa, proprietatem autem

(1) *filium ſuum.* (2) *relinquere liberis.*
(3) *hujusmodi.* (4) *ſi.* [5] *extraneus filiofamilias extraneo.* alii, *filiisfamilias extranei.* [6] *reliquerint*, *aut donaverint.* alii, *reliquerit*, *&* *donaverit.* (7) *datas.*
(8) *ſunt.* (9) *res debent.* (10) *habeat.*
(11) *concedere.* (12) *habuerint.*
(13) *ſuſceperit.* [14] *non dederint*, *vel dederint.* (15) *illi.* (16) *noluerint.*
(17) *potuerint.* (18) *mortui fuerint.*
[19] *dare.* (20) *eas.* (21) *Nam &.* alii, *Nam.* [22] *appoſita.* (23) *in aliquo.*
(24) *vel.* & verſ. 35. [25] *adjecerit.*
(26) *videtur.* (27) *eo.* (28) *exigitur.*
(29) *vel alterius potiatur.* (30) *ut &.*
[31] *ſuo.* [32] *ſimul.* (33) *ſuper eos fiunt.* (34) *poſt.* [35] *damus.*
[36] *ut nuda.* (37) *facere poſſint.*
(38) *& ex.* (39) *erunt.* (40) Initium capitis eſſe exiſtimo, ideo ſcribe, *Legibus.*
(41) *duxerit.* (42) *ſuæ propriæ.*
(43) *det.* [44] *librarum auri quantitatem.* alii, *librarum ſummam.* alii, *librarum auri.*
(45) *ſunt.* [46] *matrimonium.*
(47) *utroque.* (48) *vocantur.*
(49) *ejus.* (50) *habeat.*

(a) Hæc eſt conſt. 13. ejuſd. collat. tit. *Ut liceat matri, & aviæ, & aliis parentibus &c.* Haloander eam utraque lingua edidit.
(b) Vide Auth. Excipitur. C. *de bonis, quæ lib.*
[c] Vide Auth. Si quis liberos. C. *de nat. lib.*
(d) Vide Auth. Maximis. C. *de nuptiis*, & Auth. Præterea. C. *unde vir & uxor.* & Auth. Sed novo. C. *de nat. lib.*

tem liberis lex conſervet (1), qui ex ipſo matrimonio nati ſunt. Quod ſi liberos non habeat, jure quoque dominii [2] portionem eadem (3) mulier capiat (4). Ea autem, quæ ſine cauſa repudiata eſt, in ipſo tempore repudii prædictam (5) capiat portionem. Sed in talibus cauſis nolumus maritum quartam partem ex bonis uxoris ſuæ ſibi (6) vindicare.

Leonis divinæ [7] memoriæ Conſtitutio in omnibus optineat caſibus, qui præſenti Conſtitutione non continentur. Conſtantini autem piiſſimi Conſtitutionem, quæ ad Gregorium reſcripta eſt, & interpretationem ejus, quam Divus Marcianus ſcripſit, exponens, quæ ſunt viles mulieres, quas copulari maritis quibuſdam dignitatibus decoratis Conſtantiniana lex prohibebat: nullo modo concedimus (8); ſed facultatem præſtamus tales mulieres ducere etiam eis (9) qui magnis dignitatibus lætantur, dotalibus tamen inſtrumentis compoſitis. Qui autem non magnas dignitates habent, non ſolum in ſcriptis; ſed etiam ſine ſcriptis, maritali tamen adfectione hujuſmodi mulieres ducant, ſi modo liberæ ſunt, & matrimonium eorum (10) licitum eſt.

V. (*a*) Si quando matrimonium ſolutum fuerit (11); diſſidium ejus (12) liberis ex eo procreatis non noceat: ſed habeant integra jura hereditatis parentum [13] capiendæ; & ſine ulla dubitatione alantur ex paterna ſubſtantia. Et ſi quidem pater cauſam divortii dedit, & mater ad ſecundas nuptias non migraverit: alantur apud matrem ſumptibus patris. Sin autem probatum fuerit, cauſam diſſidii (14) matrem dediſſe: apud patrem alantur, & maneant liberi. Sin autem pater inopia laboraverit; mater autem eorum (15) locuples eſt: apud matrem alantur, ipſa (16) ſumptus liberis ſuis adminiſtrante (17), quemadmodum liberi locupletes matrem ſuam egentem alere coguntur. Quod in (18) omnibus parentibus & liberis invicem obtinere jubemus.

VI. (*b*) Anteriores quidem Conſtitutiones de pluribus cauſis faciunt commemorationem (19); quarum ſingulæ ſi interceſſerint, cauſam repudii juſtam præſtabunt [20]. Sed nos præſenti lege certas, & pauciores cauſas enumeraturi (21) ſumus; quas ſolas volumus ad repudii juſtam occaſionem (22) ſufficere. Et maritus quidem (23) juſtas cauſas repudii, ut dotem uxoris lucretur conſervanda liberis ex eodem matrimonio natis rerum proprietate; vel ſi liberi non ſint, etiam dominio ejus (24) ſibi vindicando, tales habeat. Si contra Imperatorem quibuſdam aliquid (25) molientibus mulier conſcia fuerit; & marito ſuo non manifeſtaverit. Sin autem maritus hoc ab uxore ſua ſibi indicatum tacuerit: liceat mulieri per qualemcumque perſonam (26) hoc ad Imperatorem referre; ut vir ex hac cauſa nullam inveniat occaſionem repudii. Si de (27) adulterio maritus putaverit uxorem ſuam poſſe (28) convinci: prius debet inſcriptiones deponere, vel contra mulierem, vel adverſus (29) adulterum. Et ſi talis accuſatio vera probata [30] fuerit: tunc repudio miſſo (31) habere (32) maritum non ſolum propter nuptias donationem, ſed etiam dotem. Et ſi liberos non habeat; tantum [33] capere ex alia ſubſtantia mulieris, quantum pars dotis tertia facit: ut dominio ejus addicatur non tantum dos, ſed etiam pœna, quam nos (34) conſtituimus. Si enim liberos habeat ex (35) eodem matrimonio: jubemus & dotem ſecundum legem, & aliam mulieris ſubſtantiam liberis conſervari; ſic deinde adulterum legitime convictum cum muliere puniri. Et ſi quidem habeat adulter uxorem: capere eam [36] dotem ſuam, & propter nuptias donationem. Sic tamen ut liberis ſuperſtitibus uſumfructum quidem (37) donationis mulier habeat, proprietatem autem liberi [38] ſecundum leges [39] lucrentur; quibus donamus ex noſtra manſuetudine & aliam (40) adulteri patris ſubſtantiam. Nullis autem [41] extantibus liberis, dotem quidem cum donatione propter nuptias facta pleno jure mulier habeat: aliam autem ſubſtantiam adulteri mariti fiſco noſtro ſecundum veteres leges vindicamus. Item ſi quocumque modo vitæ (42) mariti inſidiaretur (43) vel aliis hoc facientibus conſcia marito non manifeſtaverit. Vel nolente marito extraneorum conviviis converſetur. Vel cum maſculis lavaverit [44]. Item ſi nolente marito extra domum manſerit: niſi forte apud parentes ſuos (45). Si in circo (46), vel in theatro, vel harena

(1) *conſervat.* (2) *communi.* (3) *eandem.* (4) *habeat.* [5] *prædictam quartam.* alii, *præcipuam.* [6] *ſibi.* (7) *divæ.* (8) *valere concedimus.* (9) *eis.* (10) *earum.*
(11) *ſit.* (12) *hujus.* forte, *hujuſmodi.*
(13) *parentum.* [14] *divortii.*
(15) *autem.* (16) *& ipſa.*
(17) *adminiſtret.* alii, *miniſtrante.*
(18) *Quod & in.*
[19] *mentionem.* A. (20) *præbent.*
(21) *enumerati.* [22] *cauſam.*
(23) *maritus.* (24) *earum.* A.
[25] *molientibus.* (26) *partem.*
(27) *Si in.* Ivo. (28) *convinci.* Ivo.
(29) *contra.* Ivo. (30) Ivo, *comprobata.*
[31] Ivo, *repudium mittat.* [32] *habere debet maritus.* (33) *tamen.* (34) *quam.*
[35] *ex eo.* [36] *debet eadem.*
(37) *donationis.* (38) *liberi.*
(39) *legem.* (40) *&.* (41) *exiſtentibus.*
(42) *vitæ.* (43) *inſidiatur.* [44] *ſe lavet.*
(45) *parentes.* [46] *circenſibus.*

(*a*) Vide Auth. Si pater. C. *divort. facto apud quem.*
(*b*) Vide Auth. Sed novo. C. *ad L. Jul. de adult.* Refert partem hujus capitis Ivo *parte* 6. decreti, ut Nov. conſtit. 105. *c.* 7. & *parte* 16. *c.* 159.

rena perveniat ſpectaculi cauſa, ignorante, vel prohibente marito. Sin autem contigerit aliquem ſine una (1) cauſa ex his [2], quas diximus, ſuam uxorem propria (3) domo expellere: ut [4] illa non habente (5) parentes, apud quos permanere poſſit; ex neceſſitate foris per noctem manſerit (6): jubemus nullam marito fieri facultatem propter iſtam cauſam repudium mittere mulieri.

VII. (*a*) Cauſas autem (7), propter quas juſte poteſt uxor marito repudium mittere, & dotem ſuam capere, & ante nuptias donationem ſimiliter exigere, dominio rerum ſcilicet [8] liberis conſervando [9], & his (10) non exiſtentibus etiam dominio apud mulierem reſidente, eas ſolas (11) eſſe conſtituimus. Si contra Imperatorem [12] ipſe aliquid moliturus (13) ſit, vel aliis hoc molientibus conſcius non manifeſtaverit Imperatori aut (14) per ſe, aut per aliam qualemcumque perſonam. Si vir vitæ (15) mulieris quocumque (16) modo inſidiatus fuerit (17); vel ſi aliis hoc facientibus conſcius non manifeſtaverit mulieri, & ſecundum leges eam non vindicaverit. Si caſtitati mulieris inſidiatus fuerit, vel cum (18) aliis eam in adulterio (19) prodere (20) conatus fuerit (21). Item ſi maritus (22) de adulterio inſcriptiones depoſuerit (23); & adulterium probare non potuerit [24]: liceat mulieri volenti (25), vel propter hanc cauſam repudium mittere marito; & ſuam recipere dotem, & donationem (26) propter nuptias: & propter hanc calumniam, ſi liberos non habeat ex eodem matrimonio: tantum capiat jure dominii ab alia mariti ſubſtantia, quantum tertia pars ante nuptias donationis facit (27). Si enim liberos habeat: jubemus omnem mariti (28) ſubſtantiam liberis conſervari: ſcilicet his firmiter permanſuris, quæ de donatione propter nuptias aliis legibus continentur. Sic tamen ut etiam (29) illis pœnis maritus ſubiiciatur, ſi adulterii accuſationem non probaverit [30], quas mulier paſſura erat [31], ſi convicta fuiſſet. Si in eadem domo, in qua mulier cum ipſo habitat, contemnens eam cum alia muliere inveniatur in domo manens; vel in eadem civitate degens in alia domo cum alia [32] muliere frequenter manens convincatur; & ſemel & bis criminatus, vel per parentes ſuos, vel per [33] parentes mulieris, vel per alias idoneas perſonas hujuſmodi turpitudine non (34) abſtinuerit: liceat mulieri & propter (35) hanc cauſam diſſolvere nuptias & recipere dotem, quam dedit, & ante nuptias donationem; & propter (36) hanc injuriam tertiam partem æſtimationis, quam propter nuptias donatio facit, ex alia mariti (37) ſubſtantia capere. Sic tamen ut ſi liberos habeat, [38] uſumfructum tantum mulier (39) habeat ante nuptias donationis, & pœnæ tertiæ portionis, dominio ſcilicet communibus liberis conſervando (40). Si enim liberos non habeat (41) ex eodem matrimonio, & dominium (42) rerum ei concedimus [43].

VIII. (*b*) Nulli liceat conſenſu (44) matrimonium ſolvere (niſi ex cauſa probabili) (45) niſi forte caſtitatis amore hoc fecerit. Sed & ſi [46] hujuſmodi (47) perſonæ liberos habeant: tam dotem, quam donationem propter nuptias cuſtodire [48] præcipimus. Sin autem poſt ſolutum matrimonium per conſenſum caſtitatis velamine factum, inventi fuerint, vel nuptias contrahentes alias, vel (49) turpiter viventes, vel unus ex his hoc faciens (50) repertus fuerit: ſi quidem liberi extant (51): ipſi capiant dotem, & ante nuptias donationem; & dominium ſubſtantiæ illius perſonæ, quæ hoc [52] perpetraſſe convicta fuerit. Sin autem liberi imperfectæ ætatis ſint (53): alere eos (54) & res (55) eorum adminiſtrari ab ea, vel ab eo parente jubemus, qui, quæve huic legi nihil contrarium fecit. Sin autem ambo parentes tali delicto teneantur (56): utriuſque parentis (57) ſubſtantia liberis addicatur. Adminiſtratorem eis in imperfecta ætate conſtitutis a competenti judice deputari diſponimus. Liberis autem nullis extantibus ſubſtantiam delinquentis perſonæ (58) pu-

(1) *ulla.* (2) *eis.* (3) *a propria.* (4) *& illa.* (5) *habens.* (6) *permanſerit.* (7) *Cauſas.* (8) *rerum.* (9) *reſervato.* (10) *vel eis non.* alii, *vel non.* (11) *eas.* (12) *Imperium.* (13) *molitus.* A. (14) *hoc Imperatori.* (15) *Si vitæ.* Ivo. [16] *vel quoquo.* (17) *fuerit maritus.* Ivo. (18) *vel.* Ivo. (19) *adulterium.* (20) *tradere.* alii, *procedere.* (21) *ſit.* (22) *maritus ei.* Ivo. [23] Ivo, *inſcriptiones poſuerit.* alii, *inſcriptionem poſuerit.* A. (24) *poterit.* Ivo. (25) *mulieri.* Ivo. (26) *donationemque.* (27) *faciat.* (28) *mariti probatam.* [29] *ut.* (30) Ivo parte 8. *probare non poterit.* [31] Ivo, *fuiſſet.* alii, *eſſet.* (32) *vel cum alia.* (33) *ſuos, vel.*

(34) *niſi.* Ivo parte 16. (35) *mulieri.* Ivo. alii, *mulieri & pro hac cauſa.* alii, *mulieri & per hanc cauſam.* (36) *pro hac injuria.* (37) *alia.* (38) *habeat mulier.* (39) *habeat.* (40) *reſervando.* (41) *habuerit.* (42) *dominium.* [43] *dedimus.* (44) *ex conſenſu.* A. alii, *ex conſenſu mulieris.* (45) his verbis multi carent, & recte: forte pro *niſi* ſcribendum, *& ſi.* [46] *Sed ſi.* (47) *hæ.* (48) *liberis cuſtodiri.* alii, *liberis cuſtodire.* A. (49) *vel alias.* (50) *facere.* (51) *ſint.* (52) *hæc.* (53) *fuerint.* (54) *eos.* [55] *vel res.* (56) *tenentur.* (57) *utrorumque parentum.* (58) *delinquentis.*

(*a*) Refert Ivo *parte* 8. *cap.* 110. decret. ut *c.* 8. Nov. 105. & *parte* 16. *c.* 160.
(*b*) Vide Auth. Quod hodie. C. *de repud.*

UNED

publicis rationibus vindicari ſanctimus, & legitimis pœnis ſubiicimus (1). Aliter enim disjunctionem nuptiarum fieri ex conſenſu nulla ratione concedimus.

IX. (*a*) Jubemus uxores militum ſive in expeditionibus (2) degentium, ſive in militiis, ſive milites ſint, ſive fœderati, ſive ſcholares, ſive alia quacumque armata militia decorati, expectare quantoſcumque annos in expeditione fecerint (3); & ſi nullas litteras nullum reſponſum a maritis ſuis receperint. Sin autem talis mulier maritum ſuum defunctum audierit: non liceat ei ſtatim ad alias nuptias pervenire; niſi prius pervenerit aut per ſe, aut per parentes ſuos, aut per aliam qualemcumque (4) perſonam ad priores [5] numeri, & chartularium (6), in quo maritus ejus (7) militabat; & eos vel Tribunum, ſi præſto ſit, interrogaverit, ſi revera (8) defunctus eſt maritus ipſius; ut illi (9) ſanctis evangeliis propoſitis (10) ſub fide monumentorum deponant, ſi revera maritus mortuus eſt. Et poſtquam hæc (11) fecerit, & exceperit mulier monumenta pro teſtimonio pudoris ſui, & expectet (12) unius anni ſpatium & poſtquam tranſeat [13], liceat ei legitimas contrahere nuptias. Quod ſi contra hanc obſervationem mulier auſa ſit nubere, & ipſa, & qui (14) eam duxit uxorem, ut adulteri puniantur. Quod ſi illi, qui (15) ſub fide geſtorum depoſuerunt (16), convicti poſtea fuerint falſas depoſitiones dixiſſe: ipſi quidem militia ſua nudati decem librarum auri pœnam (17) compellentur præſtare ei, quem falſo dixerunt (18) deceſſiſſe; ipſe autem ſi velit, licentiam habet (19) uxorem ſuam recipere. Quod ſi ſcholaris ſit ille, cujus de morte dubitatio eſt (20), de primatibus ſcholæ, & actuario: ſin autem fœderati [21], de ordine prædictam diſpoſitionem uxorem ejus capere jubemus; iiſdem ipſis cuſtodiendis, & in aliis omnibus, qui ad armatam militiam referuntur.

X. Sunt quædam juſtæ cauſæ (22), ex quibus matrimonio ſine pœna ſolvuntur. Veluti ſi (23) maritus miſceri mulieri [24] ſuæ non potuerit. Si maritus, vel uxor religioſam vitam, & ſolitariam elegerit. Si in captivitate ad certum tempus tenti (25) fuerint. De quibus tribus caſibus [26] ea firma eſſe jubemus, quæ ſuperioribus noſtris legibus continentur. Omnes igitur antefatas cauſas, quæ noſtra hac lege continentur; ſufficere jubemus ad ſolutionem matrimoniorum. Alias autem omnes ceſſare præcipimus, & nullam aliam cauſam poſſe matrimonia ſolvere, ſive noſtris, ſive veteribus legibus cognita eſt, niſi nominatim in hac Conſtitutione inventa fuerit (27).

XI. Si mulier marito ſuo ſine juſta cauſa repudium miſerit, & in hac impia voluntate permanſerit (28): dotem quidem ipſius (29) maritus habeat, proprietatem rerum dotalium communibus liberis conſervaturus (30). Sin autem liberos non habeat: ipſe eam lucretur, mulier autem periculo judicis huic cauſæ præſidentis religioſiſſimo antiſti tradatur ejus civitatis, in qua communiter domicilium habent (31). Epiſcopus (32) enim curabit eam monaſterio immittere (33), ut ibi degeret (34) uſque in diem mortis ſuæ (35). Et ſi quidem liberos habeat, beſſem quidem (36) ſubſtantiæ ejus ipſi capiant, tertia autem parte (37) monaſterium potiatur jure dominii. Sin autem nullos liberos habeant (38), ſed parentes; ipſi quidem tertiam partem accipiant, monaſterium autem beſſem: niſi forte mulier in poteſtate parentis conſtituta conſenſu ejus repudium ſine cauſa miſerit. Tunc enim nihil ex filiæ patrimonio parentem (39) ſperare [40] oportet: ſed omnia monaſterium capiat. Quod ſimiliter procedere debet, & ſi nullos, neque parentes, neque liberos [41] habuerit. Sin autem judex, apud quem convicta eſt mulier ſine cauſa repudium miſiſſe, non tradiderit eam civitatis Epiſcopo, ut mittatur in monaſterium: ſi quidem in hac florentiſſima civitate magiſtratus ſit; ipſe quidem viginti libras auri pœnæ nomine dabit, officium autem (42) ejus alias decem (43). Quod ſi provincialis ſit magiſtratus, & præcepta noſtra neglexerit: ipſe quidem pœnam decem librarum auri (44) præſtabit (45), officium autem ejus quinque. Sin autem judex ſit, non magiſtratus: ipſe quidem decem libras auri præſtabit, miniſtri autem ejus quinque. Iſtæ autem pœnæ per Comitem Rerum Privatarum, & ſcholam Palatinorum fiſcalibus rationibus inferantur. Sed & (46) ſi maritus ſine cauſa repudium miſerit [47] uxori ſuæ; reddat ei & dotem (48), & pro-

(1) *ſubiici.* (2) *expeditione.* (3) *fuerint.* [4] *quamcumque.* (5) *priorem.* (6) *chartularios ſcrinii.* (7) *maritus.* (8) *vere.* (9) *& ipſi.* [10] *præpoſitis.* (11) *hoc.* (12) *expectet.* (13) *tranſierit.* (14) *& mulier, & ipſe, qui.* (15) *hi, qui.* (16) *depoſuerint.* (17) *pœna plectentur, pœna danda ei.* (18) *dixerant.* (19) *legitimam habeat.* (20) *dubitatur.* (21) *fœderatus.* forte A. (22) *cauſæ.* (23) *Si.* (24) *uxori.* A. (25) *capti.* (26) *cauſis.* (27) *ſit.* (28) *perſeveraverit.*

[29] *ipſe.* [30] *reſervaturus.* alii, *ſervaturus.* (31) *habebant.* [32] *Antiſtes.* (33) *in monaſterium mittere.* (34) *& ibi degere.* alii, *ut ibi degat.* (35) *ad diem mortis ſuæ.* alii, *ad mortem ſuam.* [36] *duas partes.* (37) *portione.* [38] *habeat.* A. (39) *parentes.* alii, *ad parentem.* (40) *expectare.* (41) *liberos, neque parentes.* (42) *officiales autem.* alii, *officium.* (43) *quinque.* (44) *decem libras auri pœnæ nomine.* (45) *dabit.* (46) *Sed ſi.* (47) *miſit.* (48) *dotem.*

(*a*) Vide Auth. Hodie. C. *eod. tit.*

propter nuptias donationem, & extrinſecus ex ſubſtantia ſua tantum (1) præſtet, quantum tertia pars propter nuptias [2] donationis facit. Et ſi quidem habeat liberos ex eodem matrimonio natos: ipſa quidem uſumfructum habeat, liberis autem proprietatem cuſtodiat tam donationis, quam pœnæ. Sin autem nullos liberos habeat: tunc & (3) proprietatem omnium rerum prædictarum (4) lucrabitur.

XII. (*a*) Si quis uxorem ſuam flagellis, vel lignis (5) caſtigaverit ſine aliqua earum cauſarum, quæ contra mulierem (*6*) ad diſſolvendum [7] matrimonium ſufficit (8): pro hac contumelia convictus maritus tantum præſtet mulieri ex ſubſtantia ſua; quantum tertia pars propter nuptias donationis facit.

XIII. (*b*) Si quis ſuſpicatus fuerit de aliquo velle eum (*9*) pudori (10) uxoris ſuæ illudere: liceat ipſi marito teſtationes (11) in ſcriptis habitas (12) ad ſuſpectum hominem mittere, & ter [13] ei denuntiare per ipſas atteſtationes (14) idoneos teſtes continentes (15): ne cum uxore ſua inveniatur. Et ſi poſt tres (*16*) teſtationes in ſcriptis habitas, & idoneos homines habentes eum invenerit, quem conteſtatus eſt, cum uxore ſua, vel in ſua domo, vel in domo mulieris, vel in domo illius adulteri, vel in popina, vel in proaſtio: liceat marito ſine ullo periculo ſuis manibus eum occidere. Sin autem in alio loco eum deprehenderit cum uxore ſua colloquium habentem, convocatis tribus idoneis teſtibus, per quos poſſit probare apud judicem inveniſſe eum cum uxore ſua colloquium habentem, tradat eum judici. Et ſi judex invenerit poſt tres teſtationes ſuſpectum hominem locutum (17) cum muliere (18) fuiſſe: nullo alio exquiſito quaſi adulterum puniat. Marito autem liceat contra uxorem ſuam qualiter voluerit ſecundum leges (19) crimen exequi.

XIV. (*c*) Si poſt tres conteſtationes [20] invenerit maritus uxorem ſuam (21) in ſancto (22) loco cum ſuſpecto homine colloquium habentem: tradat ambos (23) eccleſiæ defenſori (24) vel aliis clericis, ut ſeparatim cuſtodiantur periculo defenſoris, vel aliorum clericorum (25) ut aditus (*26*) judex mittat ad religioſum civitatis Epiſcopum, & auctoritate (27) ipſius (28) accipiat eos, & pœnis contra adulteros poſitis utroſque adficiat, nullo (*29*) alio requiſito, niſi quod [30] poſt tres conteſtationes (31) inventus eſt cum muliere loqui (32). Eſt autem juſtiſſimum [33] neque adulterum (34), neque raptores mulierum ſanctorum (35) ſeptis vindicari: & multo magis ſi quis de [*36*] ipſo adulterio inter ſancta loca (37) alienæ mulieri locutus eſt. Et generaliter definimus, ſi quis invenerit uxorem ſuam [38], vel filiam, vel neptem, vel nurum, & deprehenderit cum [*39*] aliquo colloquium habentem; & ſuſpicatus fuerit turpitudinis cauſa eos conveniſſe: liceat eos ei ambos (40) tradere vel [41] defenſori eccleſiæ, vel aliis ejuſdem (42) eccleſiæ clericis periculo eorum ſeparatim coſtodiendos; donec judici innoteſcat (43); & ille ſecundum leges perſonas acceperit [44], & cauſam diſcuſſerit (45). Quæ omnia hujus conſtitutionis capitula valere ſanctimus tam in futuro tempore, quam in præterito, niſi judiciali calculo, vel amicali (*46*) compoſitione cauſæ deciſæ ſint.

NOVELLA CXVIII. [*d*]

I. [*e*] DE Hereditatibus, quæ ab inteſtato nobis deferuntur, multæ leges a veteribus conſcriptæ ſunt, quas ab hoc tempore placet ceſſare, & præſentem legem in hujuſmodi ſucceſſionibus valere. Nam & ſimpliciter & ſine ulla obſcuritate diviſionem hujus cauſæ per hanc conſtitutionem exponimus [47]. Conſtat enim apud omnes, cognationes tres ordines habere, quorum alius eſt aſcendentium perſona-

(1) *tantum ei.* (2) *ipſius.* (3) *tunc.*
(4) *rerum.* [5] *virgis.* [*6*] *ſine cauſa, ea res.* (7) *ſolvendum.* (8) *non ſufficit mulieri, ſed.* (*9*) *velle.* (10) *pudorem.*
(11) *teſtationem.* (12) *habitam.*
(13) *& tunc.* Ivo part. 8. alii, *&*.
[14] *teſtationes ipſas.* Ivo. alii, *ipſam teteſtationem.* (15) *continentem.* (*16*) *poſt.*
(17) Ivo, *collocutum.* (18) *mulieri.* Ivo.
[19] *legem.* (20) Ivo parte 8. *teſtationes.* alii, *teſtificationes.* (21) *uxorem.*
[22] Ivo, *ſacro.* (23) *eos.* (24) *defenſoribus.* [25] *clericorum.* Ivo. (*26*) *auditos.* Ivo.
(27) *ut auctoritate.* (28) *ejus.*
(*29*) *& nullo.* (30) *ſi.* Ivo. [31] Ivo part. 8. *atteſtationes.* [32] *locutus.* Ivo.
(33) *juſtum.* (34) Ivo, *adulteros.* A.
[35] *ſacrorum.* Ivo. alii, *ſanctis.* [*36*] *ſi de.*
(37) *intra ſacra.* Ivo. forte, *intra ſacra loca.* A. (38) Ivo part. 1*6*. *uxorem.*
(*39*) Ivo ibid. *deprehenderit cum.* alii, *cum.*
(40) Ivo, *ambos.* alii, *eos.* (41) Ivo, *tradere.* (42) *clericis.* Ivo. alii, *hujus eccleſiæ clericis.* [43] *innoteſcere fecerit.* Ivo.
(44) *accipiat.* (45) *diſcutiat.*
[4*6*] *amicabili.* (47) *invenimus.*

(*a*) Vide Auth. Sed novo. *eod. tit.*
(*b*) Vide Auth. Si quis. C. *ad L. Jul. de adult.* Juliani verba refert Ivo *d. parte* 8. *c.* 111. ut *cap.* 14. & *d. parte.* 16. *c.* 161. decreti.
[*c*] Vide *d.* Auth. Si quis ei. Juliani verba refert idem Ivo *d. parte* 8. *cap.* 112. & *d. parte* 16. *cap.* 162. ut *c.* 15. *d.* conſt. 105.
[*d*] Hæc eſt in libro Auth. conſtit. 1. collationis 9. titulo *de heredibus ab inteſtate venientibus.* Eam græce, & latine edidit Greg. Haloander.
[*e*] Vide Auth. In ſucceſſione. C. *de ſuis, & legit.*

ſonarum (1), alius deſcendentium, alius ex [2] latere venientium; quorum alii adgnati ſunt, alii cognati. Sed deſcendentium quidem ordinem aliis omnibus [3] anteponimus (4): ut in ſucceſſione ab inteſtato capienda potiora (5) jura habeant aliis omnibus [6] & aſcendentibus, & [7] ex latere venientibus perſonis, cujuſcumque fuerint ſexus, qui ad ſucceſſionem vocantur, cujuſcumque gradus (8), nulla diſcretione habita utrum ex maſculina progenie, an ex feminina editi ſunt: & utrum filiifamilias ſint, an patres familiarum (9). Licet enim filiusfamilias ſit is, qui mortuus eſt (10); attamen liberos ejus omnibus aliis [11] præponimus (12) in his ſcilicet (13) rebus, quæ adquiſitionem effugiunt: ut in proprietate capienda defuncto ſuccedant, uſufructu ſcilicet ad patrem pertinente [14]. Sic tamen ut ſi contigerit unum ex deſcendentibus perſonis decedere: liberi ab eo relicti locum ipſius obtineant (15); & tantum capiant, quantum pater (16) ipſius (17) ſi vivus eſſet (18), accepturus fuiſſet; quas ſucceſſiones (19) veteres leges in ſtirpes vocant. Item (20) ſi aliquem mori contigerit, filio, vel filia derelicta, & ex filio, vel filia jam defuncto, vel defuncta nepotibus, vel neptibus relictis: nepotes, vel neptes una cum filio, vel filia ſucceſſionem avi ſui capere debent. Nam in perſonis deſcendentibus gradus differentia nulla eſt: nec ulla diſcretio inducitur, utrum maſculi ſint (21), an feminæ; & utrum ex maſculino ſexu, an (22) feminino progeniti ſunt; & utrum ſui juris, an alieni fuerint. Hæc de perſonis deſcendentium.

II. (a) De aſcendentibus autem perſonis talis (23) obſervatio tenet [24]. Si enim deceſſerit aliquis inteſtatus nullo liberorum (25) derelicto (26); ſed patre, vel matre, vel aliis ex ordine aſcendentium perſonis: præferantur omnibus, qui ex latere veniunt, excepto fratre & ſorore, qui ex utroque parente (27) defuncto copulantur, ſecundum quod inferius declarabitur (28). Sin autem multi aſcendentes ſuperſint: eos anteponi volumus (29), qui proximiore gradu [30] fuerint, ſive maſculi ſint, ſive feminæ, ſive ex maſculino ſexu [31], ſive ex feminino cognationi (32) defuncti junguntur [33]. Sin autem parem gradum cognationis obtineant, pariter vocabuntur: ut qui per patrem aſcendunt, dimidiam portionem hereditatis accipiant (34), quanticumque inventi fuerint: qui autem per matrem aſcendunt, alteram dimidiam (35) capiant (36), quanticumque ſint (37): niſi forte fratres [38] defuncti exiſtant (39) ex utroque parente eidem mortuo fratri ſuo copulati (40), vel ſorores eodem jure conjunctæ: tunc enim cum proximis (41) parentibus ad hereditatem vocabuntur, hereditate ſcilicet pro virili portione, ideſt in capita, inter omnes dividenda (42); quamvis pater, & mater fuerint. Ut tamen pater uſumfructum partis ad filium, vel filiam pervenientis [43] nullum (44) habeat, ſed pleno jure apud filium, vel filiam maneat (45): nulla obſervanda differentia inter illas [46] perſonas, utrum maſculini ſexus, an feminini ſint; & utrum per maſculinum ſexum, an (47) femininum defuncto cognatione jungantur. Sed neque in defuncto intereſt, cui ſuccedunt [48], utrum ſui, an alieni juris deceſſit.

III. (b) Reliquum eſt ut deſpiciamus (49) de tertio ordine (50) ex latere venientium perſonarum, qui per (51) adgnatos, & cognatos dividitur. Hac enim parte diſpoſita pleniſſima Conſtitutio erit. Si quis igitur deceſſerit, & neque deſcendentes, neque aſcendentes reliquerit: primos [52] ad hereditatem vocamus fratres, & ſorores, qui ex eodem patre, vel matre (53) progeniti, vel progenitæ ſunt; ex quibus & mortuus editus eſt. Talibus enim (54) fratribus, vel ſororibus non ſuperſtitibus, illos fratres, vel ſorores vocamus, qui ex uno parente (55) defuncto copulantur, ideſt ſive per patrem, ſive per matrem. Quod ſi deceſſerit aliquis, fratre, vel ſorore relicta; & ex alio fratre, vel ex alia ſorore jam defuncto, vel defuncta liberis relictis: cum avunculis ſuis, vel patruis liberi fratris, vel ſororis venient, & tantam capient (56) portionem, quantam pater eorum, vel mater accepiſſet, ſi vivus, vel viva fuiſſet. Unde conſequens eſt, ut ſi ante mortuus eſt frater, qui tam ex patre, quam ex matre copulatus fuiſſet ei, qui modo defunctus (57) eſt;

(1) *unus aſcendentium.* (2) *alius a.* (3) *omnibus.* (4) *antepoſuimus.* (5) *priora.* (6) *omnibus.* (7) *& a.* (8) *fuerint gradus.* (9) *familias.* (10) *fuerit.* (11) *omnibus perſonis.* (12) *anteponimus.* (13) *videlicet.* (14) *perveniente.* (15) *teneant.* [16] *parens.* (17) *ipſorum.* A. (18) *vivus.* (19) *quam ſucceſſionem.* (20) *Unde.* (21) *ſunt.* (22) *ſexu, an ex.* alii, *ſexu, vel ex.* [23] *hæc.* (24) *teneat.* alii, *teneatur.* (25) *filiorum.* (26) *relicto.* (27) *latere.* (28) *declaratur.* [29] *anteponimus.* (30) *proximioris gradus.* alii, *proximiores gradu.* [31] *maſculina.* (32) *feminina cognatione.* (33) *jungantur.* (34) *capiant.* (35) *portionem.* (36) *accipiant.* (37) *fuerint.* (38) *frater.* (39) *exiſtat.* (40) *copulatus.* (41) *propinquis.* (42) *dividenda.* [43] *pertinentis.* (44) *non.* (45) *permaneat.* [46] *iſtas.* (47) *ſexum, aut.* (48) *ſuccedant.* (49) *diſpiciamus.* (50) *ordine ſcilicet.* (51) *qui in.* A. (52) *primum.* (53) *& matre.* alii, *& ex eadem matre.* A. (54) *autem.* [55] *latere.* (56) *capiant.* (57) *mortuus.*

[a] Vide Auth. Defuncto. C. *ad S. C. Tertull.* & Auth. Item hereditas. C. *de bon. quæ lib.*
(b) Videndæ Auth. Ceſſante. & Auth. Poſt fratres. 1. &. 2. C. *de legit. hered.*

eſt; alii autem fratres ſuperſint, vel ſorores, qui ex matre tantum, vel ex patre defuncto copulantur: præferantur eis filius, & filia ejus, qui utroque jure (1) ſubnixus eſt. Et ex contrario ſi filius, vel filia exiſtant (2) fratris, vel ſororis defuncti, vel defunctæ uno tantum jure conjuncti; alii autem fratres exiſtant, vel ſorores utroque jure decorati: præponantur fratres filiis, vel filiabus ante defuncti (3) vel ante defunctæ ſororis. Nulla enim differentia eſt, utrum de hereditate maſculi, an feminæ quæratur, & utrum maſculi ſint (4), qui inter ſe certant, an feminini ſexus (5). Alia autem perſona ex tranſverſo gradu in locum defuncti parentis ſui omnino non ſuccedat, niſi fratris filius. Tunc autem cum avunculis ſuis, vel patruis fratris, vel ſororis filii, filiæve vocantur: cum nullus ex aſcendentibus perſonis defuncto ſuperſit (6); tunc enim excludendos eos eſſe (7) cenſemus. Quod ſi nullus ex aſcendentibus ſit: tunc fratris, vel ſororis filii, quaſi ſecundum gradum obtinentes ſic ad hereditatem defunctæ perſonæ vocentur: ideoque modis omnibus avunculis, vel patruis (8) defuncti præponantur: quia illi tertium gradum cognationis obtinent. Quod ſi neque fratres, neque ſorores, neque filios, vel filias (9) fratrum, vel ſororum defunctus reliquerit: alia deinceps cognatio ad ſucceſſionem ejus vocabitur [10] ſecundum ſui gradus prærogativam, ut qui proximior eſt, ipſe cæteris (11) præponatur. Quod ſi plures perſonæ eundem gradum cognationis obtineant, & aliis proximiores ſint: in capita dividatur inter eos hereditas: nulla differentia habenda, utrum qui vocantur ad ſucceſſionem defuncti maſculi (12) ſint, an feminæ (13); & utrum [14] perſona defuncta maſculini, an feminini ſexus fuerit. Nulla autem differentia ſit adgnationis, & cognationis: ſed ſolus gradus ſanguinis naturalis ſpectetur: nam cognatus proximior ulteriori adgnato præponitur. Hæc de ſucceſſionibus.

IV. (*a*) Ex his autem [15], quæ de hereditatibus ab inteſtato deferendis diximus: facile poſſumus intelligere, quid de tutelis juris ſit. Nam quæcumque perſona ſive agnationis, ſive cognationis titulis (16) decorata ad hereditatem impuberis, ſi morietur, vocatur [17], neceſſe eſt, ut etiam tutelæ onus ſuſcipiat. Nam ibi tutelæ gravamen imponendum eſt, ubi hereditas deferri ſperatur. Nam ſi (18) multi eundem gradum proximiorem cognationis obtineant (19), omnes pariter ad hereditatem, & ad tutelam [20] vocantur (21), exceptis feminis & (22) minoribus viginti quinque annis, & his, qui propter diverſas rationes tutores eſſe non poſſunt, veluti milites, & hi qui excuſatione vallati ſunt. Mater autem, vel avia [23], ſi velit (24) tutelam gerere filiorum ſuorum (25) vel nepotum, non prohibentur (26): ſi tamen actis intervenientibus nuptiis aliis (27) & Vellejano ſenatuſconſulto renuntiaverint (28). Hoc (29) enim facientes omnibus ex tranſverſo venientibus cognatis (30) præponantur [31] in tutela ſolis cedentes teſtamentariis tutoribus. Ubi autem multi ex eodem gradu cognationis ad tutelam impuberis vocantur: convenire eos oportet (32) apud competentem judicem, ut ille unum, vel plures ex his, qui ad adminiſtrationem pupillaris rei (33) ſufficiunt, creet; quem ipſi [34], vel quos utpote idoneos elegerint (35), & nominaverint: ut periculum ad omnes reſpiciat [36], & ſubſtantia eorum tacitis hypothecæ titulis pupillo [37] obligetur.

Hæc autem, quæ de ſucceſſionibus diximus (38), obtinere oportet in his perſonis, quæ fidem catholicam ſequuntur: nam leges (39) hæreticis poſitas nullo modo ex hac lege innovari patimur. Hæc autem Conſtitutio teneat in his caſibus, qui ab initio Julii menſis præſentis ſextæ indictionis contigerunt, vel poſtea contigerint. Præcedentes enim cauſas, quæ emerſerunt uſque ad memoratum tempus veteribus legibus relinquimus, ut ex his dirimantur. Dat. VII. Kal. Aug. VII. Miliario Imp. Juſtin. *

* *In lib. Pith. add.* Ann. XVI. poſt Conſ. Fl. Baſilii ann. II. *In lib. vero Auth.* In novo palatio DD. Juſtin. PP. Aug. Imperii ejus ann. XVIII. poſt Conſ. Baſil. V. C. Ann. III.

NOVELLA CXIX. (*b*)

I. (*c*) PRopter nuptias donatio inſinuatione monumentorum non indigeat: quamvis ſupra quingentos ſolidos ſit: ſed valeat & in perſona mulieris, & in perſona mariti;

(1) *ex utroque parente.* (2) *exiſtat.*
(3) *defuncti fratris.* A. (4) *ſunt.*
(5) *feminæ.* (6) *defuncti ſuperſit.* alii, *ſuperſit.* [7] *eſſe.* (8) *& patruis.*
(9) *neque filias.* [10] *vocabitur.*
(11) *iſte cæteris.* alii, *præponatur.*
(12) *maſculini ſexus.* (13) *ſive feminæ.* alii, *an feminini.* (14) deſunt quibuſdam.
(15) *Viſis autem his.* (16) *titulo.*
(17) *ſi moriatur, vocatur.* alii, *vocabitur.*
(18) *Nam ubi.*
(19) *tenent.* (20) *ad tutelam.*
(21) *vocentur.* (22) *feminis, aut.*
(23) *& avia.* (24) *velint.* A.
(25) *filiorum.* (26) *prohibetur.*
(27) *nuptiis.* (28) *renuntiaverit.*
(29) *Hæc.* (30) *adgnatis, ſive cognatis.* A.
(31) *præponuntur.* (32) *oportet.*
(33) *pupilli.* (34) *ipſe.* A. (35) *elegerit, & nominaverit.* A. [36] *pertineat.*
(37) *obligetur.* (38) *dicta ſunt.*
[39] *leges de.*

(*a*) Vide Auth. Sicut. C. *de legit. tutela*. & Auth. Matri. C. *quando mul. tut. off.*
(*b*) Eſt in libro Auth. conſt. 2. ejuſd. collat. 9. tit. *Ut ſponſalicia largitas ſpecialis ſit contractus.* Quam græce, & latine Haloander edidit.
(*c*) Vide Auth. Eo decurſum. C. *de don. ante nupt.*

UNED

riti; & ſive (1) ipſe maritus conſcripſerit eandem donationem, ſive alius pro eo, ſive in perſonam ipſius mariti [2], ſive in perſonam mulieris.

II. (*a*) Si quis [3] quartumdecimum annum ætatis implevit (4), & teſtamentum propter hoc facere (5) poteſt: non impediatur in ultima voluntate ſervos ſuos [6] manumittere, quamvis imperfectæ ætatis ſit (7).

III. (*b*) Si quis in aliquo inſtrumento alterius inſtrumenti mentionem fecerit, non aliter hoc factum (8) eſſe videatur, niſi ipſum prolatum (9) fuerit, ideſt (10) antiquum inſtrumentum, vel alio modo legitimo debita quantitas probata ſit. Hoc enim & veteribus legibus cognitum eſt.

IV. (*c*) Sanctimus ut in provocationibus ultimo fatali die, vel utraque parte veniente, vel eo ſolo, qui appellavit (11), & manifeſtante (12) præſentiam ſuam, vel magiſtratui [13], qui de appellatione cogniturus eſt, vel conſiliariis ejus, vel eis, qui lites introducunt. Et ſi judices (14) eum intra ſtatutos dies recipere diſtulerint [15], nullum præjudicium ſit partibus, vel uni ex his propter hujuſmodi cauſam. Sed provocationes tales legitimo calculo terminentur.

V. (*d*) Leges quidem noſtæ præcipiunt, ut contra ſententias glorioſiſſimorum Præfectorum Prætorii cujuſque regionis provocatio non porrigatur (16): ſed certo tempore elapſo [17] retractatio ſententiæ concedatur. Sed humanitatis ratione facultatem præſtamus ei, qui ſe ex (18) ſententia Præfectorum gravatum eſſe putaverit, libellum offerre (19), vel ipſi Præfecto Prætorii (20), qui ſententiam dixit, vel conſiliariis ejus, vel his, qui lites introducunt intra decem dies poſt ſententiam prolatam; ut hoc ſubſecuto non aliter executioni ſententia tradatur, niſi prius fidejuſſores idoneos dederit is, qui [21] vicit, de tanta quantitate reddenda, quantam ſententia continet. Ut ſi poſtea retractatione legitimo modo veniente calculus reſcindatur, res adverſariæ parti, cum legitimis augmentis reſtituantur. Quod ſi intra decem dies poſt ſententiam prolatam libellus ab ea parte, quæ victa eſt, non porrigatur: ſine (22) fidejuſſione quidem executio ſententiæ fiat. Sed tamen jus retractationis integrum adverſariæ patri cuſtodiatur, ſibi imputato, quod [23] intra decem dies libellum præſtare ſecundum definitionem noſtram non curaverit.

VI. (*e*) Si minor vigintiquinque annis temere (24) ſuſceptam a ſe hereditatem nolit (25) habere; & in integrum reſtitutionem imploraverit, ſi quidem præſto ſint omnes creditores hereditatis: vocentur juſſione judicis, & præſentibus eis reſtitutio petatur. Quod ſi vel omnes [26], vel quidam ex his abſint (27): vocentur quidem legitimis præconiis [28]. Sin autem intra tres menſes non venerint: liceat adultis in integrum reſtitutionem impetrare ſine periculo. Ut tamen judex, qui præſidet, proſpiciat, ubi (29) debeant res hereditariæ mobiles & (30) immobiles ſervari (31), quantitate ſcilicet earum per publicam deſcriptionem (32) actis intervenientibus manifeſtanda.

VII. (*f*) Si quis mala fide res alienas poſſidens vendiderit eas, vel donaverit, vel alio modo alienaverit: is autem, qui ſe dominum rerum putaverit (33), ſciens hoc (34) teſtatione non denuntiaverit ei, qui res accepit (35) intra decennium inter præſentes, vel inter abſentes intra vicennium (36): res firmiter apud emptorem, vel qui donationem excepit, vel alio modo alienata (37) nactus eſt, permaneant. Quod ſi ignorante domino malæ fidei poſſeſſor alienaverit: non aliter (38) præjudicet domino, niſi triginta annorum ſpatium tranſactum ſit: quamvis is, qui emit, vel alio modo alienata (39) nactus eſt, bonæ fidei poſſeſſor fuerit (40).

VIII. (*g*) Scimus quod inter præſentes longi temporis præſcriptio decennium eſt, inter abſentes autem vicennium. Quid ergo ſi in quibuſdam annis præſto ſit aliquis, in quibuſdam autem abſens fuerit [41]? Et dicimus (42) tantum tempus decennio expleto adiiciendum eſſe, quan-

(1) *ſive.* (2) *mariti.* [3] *Qui.*
(4) *ætatis ſuæ compleverit.* alii, *ætatis impleverit.* [5] *facere.* (6) *ſervos.*
(7) *ſint.* (8) *factum.* [9] *probatum.*
[10] *forte primum, vel idem.*
(11) *provocavit.* [12] *manifeſtavit.*
(13) *illi magiſtratui.* [14] *judex.*
[15] *diſtulerit.* (16) *admittatur.*
(17) *temporis lapſu.* (18) *qui.*
(19) *libellos afferre.* (20) *Prætorio.*
(21) *pars victrix.*
[22] *& ſine.* (23) *eo quod.*
(24) *tenuem* (25) *noluerit.*
(26) *omnes.* (27) *abſunt.* (28) *edictis.*
(29) *ut.* (30) *mobiles, vel.* (31) *conſervari.* (32) *publica deſcriptione.* (33) *earum putat.* [34] *hæc.* (35) *receperit.* alii, *ceperit.* [36] *& vicennium inter abſentes.*
(37) *alienationis.* alii, *res.* forte, *alienatas.* A.
[38] *aliter hoc.* (39) *alienationis.*
(40) *ſit.* (41) *autem abſuerit.* alii, *abfuerit.* (42) *Dicimus.*

(*a*) Vide Auth. Sed hodie. C. *qui man. non poſſ.*
(*b*) Vide Auth. Si quis. C. *de edend.*
(*c*) Vidend. Authent. Si appellatione. C. *de tempor. & repar. app.*
[*d*] Vide Auth. Quæ ſupplicatio. C. *de precib. Imp. off.*
[*e*] Vide Auth. Si omnes. C. *ſi minor. ab hered.*
(*f*) Vidend. Auth. Malæ fidei. C. *de præſcr. longi temp.*
(*g*) Vide Auth. Quod ſi quis. C. *eod. tit.*

UNED

quantum in abſentia fuit (1). Ea autem, quæ de temporali præſcriptione conſtituimus: non in præteritis cauſis, ſed in futuris caſibus obtinere ſanctimus (2), qui poſt hanc legem emerſerint.

IX. [*a*] Nemo cogatur (3) in teſtamento ſuo propria manu, vel teſtium nomina heredum ſcribere; ſed valeat teſtamentum ipſius, ſive per ipſum teſtatorem, ſive per aliam qualemcumque (4) perſonam nomen heredis ejus ſcribatur: ſi tamen aliam teſtamentorum obſervationem habeat.

X. Scimus legem nos poſuiſſe, qua cautum eſt, ut non tranſeant ad alias domos religioſas [5], res immobiles, quæ ad (*6*) noſtram domum ab eccleſia ſacroſancta pervenerint (7): hanc igitur legem præcipimus evacuari (8) non ſolum in his, quæ poſtea pervenerint (*9*) ad noſtram domum; ſed etiam in his, quæ jam pervenerunt (10).

XI. (*b*) Si quis teſtamentum fecerit; & rem immobilem familiæ ſuæ legaverit (11), vel aliæ perſonæ legati nomine reliquerit, & is (12) ſpecialiter dixerit nullo tempore eandem rem alienari; ſed apud hæredes, vel ſucceſſores ejus [13], cui res relicta eſt, ſemper manere (14): in hoc legato jubemus Falcidiam legem locum omnino non habere (15): quia alienationem ejus ipſe prohibuit, qui teſtatus eſt.

Hæc autem obtinere jubemus (*16*) in his caſibus, quos nec judicialis calculus, nec amicalis [17] compoſitio, nec alius legitimus modus terminavit.

NOVELLA CXX. (*c*)

I. (*d*) NUlli liceat adminiſtratori rerum eccleſiæ majoris hujus imperialis civitatis, vel orphanotrophii, vel xenodochii, vel ptochotrophii, vel noſocomii, vel alterius religioſi loci intra imperialem civitatem, vel intra territorium ejus poſiti, exceptis monaſteriis, vendere, vel donare, vel permutare, vel impari donatione, vel alio quocumque modo alienare rem immobilem, vel annonas civiles, vel ruſticum mancipium; niſi ad imperialem domum permutatio tantum fiat. Sed neque parœcico jure (18) dare (19) quippiam concedimus. Emphyteuſeos autem contractus ab antefata majori eccleſia & aliis memoratis locis fieri jubemus in perſona ipſius, qui accepit (20), & duobus [21] aliis heredibus: ut non plus quam ſexta portio ſubſiſtentis reditus concedatur ei, qui emphyteuſim accepit. De proaſtiis autem, quæ ad prædictas pertinent domos, jubemus; ſiquidem talia proaſtia reditum habeant, in ſolido (22) reditu ab adminiſtratoribus jure emphyteuſeos ea præſtari (23) ſecundum prædictum modum, ideſt in perſonam ejus, qui accepit [24], & alias duas ſucceſſiones, nulla (25) revelatio fiat, ſed magis accedat [*26*] augmentum. Quod ſi nullum reditum eadem proaſtia habeant: tunc liceat adminiſtratoribus ea præſtare ſub quadam quantitate (27). Quod ſi res (28) emphyteuſeos jure ab antefatis domibus præſtita (*29*), vel ad imperialem domum pervenerit, vel ad fiſcum, vel ad aliquam (30) civitatem, vel ad curiam, vel ad aliam religioſam domum: liceat adminiſtratoribus locorum, a quibus ab initio emphyteuſis conſtitit, quando ad aliquam (31) perſonam talis contractus prevenerit, manifeſtare voluntatem ſuam intra biennium, & duorum alterum vel apud eum (32) relinquere rem, & annuum reditum, qui pacto continetur, accipere, vel ipſam rem recipere jure emphyteuſeos reſoluto, ſi hoc ipſum conducere ſibi putaverit. Quod ſi quædam ſunt loca, in quibus poſitæ veteres domus dirutæ ſunt, ex quibus nullus reditus prædictis religioſis locis colligitur; neque poſſint dirutas (33) domos renovare: liceat, adminiſtratoribus hujuſmodi loca (34) emphyteuſeos jure perpetuo præſtare. Sic tamen ut tertia portio penſionum religioſis locis præſtetur, quæ colligebantur ex habitationibus nondum dirutis; eamque (35) tertiam portionem cedere (*36*) ab initio contractui (37) emphyteuſeos. Quod ſi emphyteuticarius magis eligat (38) ſub hac pactione loca accipere, ut prius ædificet, & ex venientibus poſtea penſionibus dimidia portio religioſis locis præſtetur: & hoc fieri concedimus. Sed (39) & ſi materias ex dirutis ædificiis in eodem loco emphyteuti-

ca-

(1) *fuerit*. (2) *cenſuimus*. (3) *cogitur*. [4] *quamcumque*. (5) *domos*. (*6*) *a noſtra domo ad ſacroſanctam eccleſiam*.
(7) *pervenerunt*. (8) *vacuari*. (*9*) *jam pervenerunt*. [10] *poſtea pervenerint*.
(11) *reliquerit*. (12) *&*. (13) *illius*.
(14) *permanere*. alii, *manere*.
(15) *habere*. (*16*) *dicemus*. (17) *amicabilis*. (18) *de colonis pari jure*. (19) *dari*.
(20) *accipit*. & verſ. 8. (21) *& in duobus*. (22) *in ſolidum ab his*. (23) *qui regunt ipſa loca venerabilia, emphyteuſin hanc*.
(24) ſcilicet, *ad accipientis*. (25) *ut nulla*.
(*26*) *accipiat*. (27) *ſub quantitate*.
(28) *ſi*. [29] *domibus*. [30] *ad aliam*.
(31) *ad aliquas perſonas*. [32] *apud eos*.
(33) *dirutæ domus renovari*. A.
(34) *loci*. (35) *eandemque*. [36] *concedere*. (37) *contractus*. [38] *elegerit*.
(39) *Si*.

(*a*) Vide Auth. Et non obſervato. C. *de teſtam.*
(*b*) Vide Auth. Sed & in ea. C. *ad L. Falc.*
(*c*) Hæc eſt in libro Auth. conſt. 3. collat. 9. tit. *De alienatione, & emphyteuſi &c.* Eandem Haloander utraque lingua edidit.
(*d*) Videndæ Authent. Quibuſcumque. C. *de ſacroſ. eccl.* & Auth. Si quas ruinas. *eod. tit.* cujus verba refert Grat. 10. quæſt. 2. *c.* 2. §. Si quas.

UNED

carius invenerit: ſine impedimento eis utatur. Quod ſi quis velit rem immobilem ab antefatis religioſis locis uſus nomine accipere: non aliter hoc accipiat (1), niſi aliam rem ſtatim jure dominii præſtet eidem religioſo loco, a quo eandem rem acceptavit (2) habentem [3] reditum, quantum habet res, quæ ei datur, & non pluribus tributis gravatam: ut poſt (4) mortem ejus, vel poſt tempus, quod uſui additum eſt; ut tamen non ſit longius, quam vita ejus qui cepit (5), utraque res in integrum (6) tam jure dominii, quam jure uſus in eundem [7] religioſum locum perveniat. Locationes autem ab his (8) religioſis locis fieri concedimus in tantos annos, quantos inter contrahentes placuerit, ut tamen non extendantur ultra triginta annos. Quod ſi contigerit memoratis locis propter tributa, vel alias neceſſitates pecuniis opus habere: liceat adminiſtratoribus rem immobilem ſupponere, & donare [9] in ſpeciale pignus; ut creditor poſſideat eandem rem, & fructus ejus accipiat [10], & imputet ſibi quoſdam in ipſas, quas mutavit, pecunias; quoſdam in uſuras non ampliores, quam quartam (11) portionem centeſimæ. Quod ſi adminiſtratores debitum ſolverint; vel ex fructibus creditori ſatisfiat (12): jubemus rem ad locum religioſum redire. Contractus autem emphyteuſeos, & hypothecas, & ultra quinquennium locationes volumus fieri a ſacroſancta quidem majori eccleſia hujus civitatis arbitrio, & conſenſu beatiſſimi ejuſdem (13) Patriarchæ, jurantibus præſente eo tam religioſis œconomis, quam chartulariis ejuſdem majoris eccleſiæ, quod non ad fraudem ipſius eccleſiæ contractus fit [14]: in aliis autem religioſis domibus ſi quidem ſint chartularii; eodem modo jurare (15) præſente adminiſtratore. Quod ſi nulli chartularii ſint; ipſos adminiſtratores propoſitis ſacroſanctis evangeliis contractum (16) facere in ſcripto cum jurejurando hujuſmodi inſtrumentis, eo quod (17) non ad læſionem, vel circumſcriptionem religioſi loci contractus fiat. Œconomis autem, & orphanotrophiis, & cæterorum locorum adminiſtratoribus, & cujuſcumque loci chartulariis, & parentibus, & liberis eorum, & aliis, qui jure cognationis, vel adfinitatis eis copulantur (18), interdicimus emphyteuſim, & locationes, & (19) hypothecas rerum ad religioſa loca pertinentium, ſive per ſe, ſive per interpoſitam perſonam accipere. Sciturus quod ſi tale aliquid fuerit (20), & hoc ipſum invalidum erit; & omnem ſubſtantiam eorum, qui ceperint (21), & œconomorum, & chartulariorum, & adminiſtratorum, quibus [22] ſecundum prædictum modum copulantur; in religioſam (23) domum, ex qua rem acceperint, poſt mortem eorum pervenire jubemus. Et hæc (24) quidem de ſacroſancta majori eccleſia, & prædictis religioſis locis, quæ intra imperialem civitatem ſunt, vel intra territorium ejus, diſpoſuimus.

II. (*a*) De aliis autem ſacroſanctis eccleſiis, & monaſteriis, & xenonibus (25), & noſocomiis, & cæteris religioſis domibus, quæ in omnibus provinciis (26) noſtræ Reipublicæ poſitæ ſunt, nec non monaſteriis in imperiali civitate, & [27] territorio ejus poſitis, conſequenter definiendum eſt. His igitur locis liberam facultatem præſtamus non ſolum temporalem emphyteuſim facere immobilium rerum ad ipſos pertinentium, ſed etiam perpetuo eas jure emphyteutico volentibus dare. Et ſi quidem ſacroſanctæ eccleſiæ fuerint, vel aliæ religioſæ domus, quarum adminiſtrationem Epiſcopus vel per ſe, vel per clerum (28) expediat: arbitrio ejus & conſenſu fieri talem contractum jurantibus præſente eo œconomis, & adminiſtratoribus, & chartulariis ejuſdem religioſæ domus, quod ex hoc [29] emphyteuſeos contractu (30) nullum damnum eidem religioſæ domui fiat. Quod ſi ptochia, vel xenones, vel noſocomia, vel alia religioſa loca ſint propriam habentia adminiſtrationem: ſi quidem ſancta domus oratoria habeat, conſenſu amplioris partis clericorum oratorii contractus procedat, nec non œconomi. Quod ſi ſolum xenodochium ſit, vel ptochium, vel noſocomium, vel alia religioſa domus: is (31) qui præpoſitus ipſius (32) eſt, contractum faciat jurantibus adminiſtratoribus eorum ſub præſentia religioſiſſimi Epiſcopi, a quo præpoſiti, vel creati fuerint, quod nihil ad læſionem, vel circumſcriptionem eorumdem locorum in tali contractu fiat. In monaſteriis autem per hegumenos eorum cum ampliori parte ejuſdem monaſterii monachorum contractum fieri (33). In his autem omnibus jubemus inſcribi inſtrumentum cum jurejurando, quod non ad læſionem, vel circumſcriptionem eorundem locorum negotium agitur: & hac tamen obſervatione præcedente (34) relevationem non amplius fieri ſexta portione reditus, quam habet

res

[1] *capiat.* (2) *accepit.* A. (3) *tantum habentem.* (4) *& poſt.* (5) *accepit. Non extenditur.* [6] *ultra accipientis vitam.* (7) *ad.* (8) *iiſdem.* (9) *dare.* A. (10) *capiat.* (11) *quarta portione.* (12) *ſatisfaciant.* (13) *ejuſdem civitatis.* (14) *ſit.* (15) *jurare oportet.* (16) *contractus.* (17) *quod.*

(18) *copulentur.* (19) *locationem, vel.* (20) *fecerint.* (21) *acceperint.* (22) *qui.* (23) *ad religioſam.* (24) *Et hoc.* (25) *xenodochiis.* (26) *locis.* (27) *civitate, & in.* [28] *clericos.* [29] *ex his.* (30) *contractibus.* (31) *qui.* [32] *ipſis.* (33) *faciat.* (34) *procedente.*

(*a*) Vide Auth. Hoc jus. & Auth. Perpetua. C. *de ſacroſ. eccl.* Quarum verba refert Grat. *d. c.* 2. §. Hoc jus. & §. Perpetua.

UNED

res jure emphyteuſeos præſtita. Quæ autem diximus (1) de ædificiis dirutis (2) pertinentibus ad religioſas domos in hac imperiali civitate poſitas: eadem obtinere volumus & in (3) iſtis religioſis domibus. Illud quoque jubemus obtinere, ut ſi quando (4) eædem religioſæ domus vel propter publicas [5] tributiones, vel propter alias neceſſarias cauſas obligatæ fuerint; & non habeant ex rebus mobilibus, unde eadem debita perſolvant (6): tunc primo quidem ordine in ſpeciale pignus rem immobilem dari creditori volumus, ut hujuſmodi pignoris fructus accipiens imputet ſibi quoſdam in ipſam pecuniam creditam, quoſdam in uſuras non plures quarta portione centeſimæ. Quod ſi non poſſint hoc modo debitum obtinere: jubemus eos quidem, qui a beatiſſimo (7) Patriarcha creantur, ſive metropolitani, ſive alii epiſcopi fuerint, ſive archimandritæ, ſive orphanotrophi, vel bephotrophi, vel xenodochi, vel noſocomi, vel alii religioſarum domorum adminiſtratores, apud ſanctiſſimos Patriarchas, a quibus creantur, monumenta fieri cum ſacramento adminiſtratorum, & conſenſu majoris partis eorum, qui ibi miniſterium faciunt, debitum manifeſtum fiat, & quod non eſt poſſibile ex rebus mobilibus hoc exſolvi. Eos autem, qui a metropolitanis Epiſcopis creantur, ſive Epiſcopi ſint, ſive archimandritæ, ſive orphanotrophi, ſive ptochotrophi, vel alii domorum religioſarum adminiſtratores; apud ipſos ſimiliter metropolitanos Epiſcopos talia monumenta conſcribere. Apud illos autem Epiſcopos, qui vel a Patriarchis, vel a metropolitanis (8) creantur, & habent ſub juriſdictione (9) ſua monaſteria, vel ptochia, vel xenones, vel noſocomia, vel alias religioſas domos: eodem modo monumenta fieri. Sic tamem ut apud Patriarchas, vel metropolitanos, vel alios Epiſcopos talia monumenta ſic fiant, ut nullum ſuper his damnum, vel ſumptum domos (10) religioſas pati. Propter hoc enim (11) volumus de cætero apud Præſides provinciarum, vel apud Defenſores locorum talia monumenta a prædictis (12) perſonis, vel domibus fieri, ut nullum detrimentum patiantur. Poſtquam autem hoc ita ſecutum fuerit apud memoratos ſanctiſſimos Patriarchas, vel metropolitanos, vel alios Epiſcopos: tunc antefatos adminiſtratores ejuſdem [13] loci, cui debitum imminet: in ſcriptis in publico civitatis proponere per viginti dies: & hoc modo adhortari (14) eos, qui comparare rem immobilem volunt: ut is, qui plus præſtiterit, aliis præponatur. His autem omnibus præcedentibus venditionem fieri pretio modis omnibus pro debito eundo (15): ut non aliter habeat emptor cautum, niſi pretium ſuper ipſo debito ſolverit; & hoc ſpecialiter ſcriptum ſit cum jurejurando in emptionali conſcriptione, & quod nihil ad læſionem, vel circumſcriptionem ejuſdem religioſæ domus ſit. Sin autem per antefatum modum emptor talis rei non (16) inveniatur: jubemus debitum quidem percipere [17] creditorem jure eo, quod pro ſoluto dicitur: ut ipſam poſſeſſionem creditor accipiat juſta, & ſubtili æſtimatione (18) facienda, & adiicienda pretio decima portione totius æſtimationis. Et ſic in ea quantitate capere rem creditorem pro ſolutione firmo dominio poſſidendam. Sic tamen ut adminiſtratores ejus loci, cui debitum imminet (19), & pars major eorum, qui ibidem miniſterium faciunt, hujuſmodi venditionibus conſentiant. Ea autem res, quæ pro ſoluto immobilis conſtituta datur, non electione creditoris præſtetur; ſed quod medium eſt fertilium, & infertilium poſſeſſionum, quæ ad religioſum pertinent locum, æſtimari oportet ex reditu ſuo, & publicarum tributionum functione, & reliquo ſtatu. Si quis autem Epiſcopus, vel œconomus, vel adminiſtrator cujuſcumque religioſi loci, ſive in imperiali civitate, ſive in provinciis poſiti pecuniam mutuatus eſt, vel poſtea mutuatus fuerit: jubemus non aliter ei in rationes religioſæ domus imputari, niſi prius probaverit, quod in cauſas prædicti religioſi loci hoc proceſſit (20). Sed neque ipſum creditorem, vel heredes ejus contra domum religioſam habere aliquam actionem; niſi probaverit in cauſas [21] ad religioſam domum pertinentes (22) pecuniam proceſſiſſe: ſed contra eum, qui mutuatus eſt, vel heredes ejus ſuas movere actiones. Hoc quoque jubemus, ut excepta ſanctiſſima majori eccleſia imperialis civitatis, & ſancto orphanotrophio, & xenonibus & ptochiis, quæ in hac imperiali civitate ſunt, vel quæ intra territorium ejus; licere omnibus ſanctiſſimis eccleſiis, & religioſis domibus, nec non monaſteriis, quæ vel in imperiali civitate, vel in diverſis provinciis poſita ſunt, permutationes ſecum facere cum indemnitate utriuſque loci, conſentientibus in ſcriptis, vel per depoſitiones huic contractui non ſolum adminiſtratoribus utriuſque religioſi loci, ſed etiam majore parte eorum, qui ibi [23] miniſterium faciunt. Res autem immobiles, quæ ab imperiali domo ad quemcunque religioſum locum pervenerunt, vel poſtea pervenerint; nullo modo vendi, vel ſupponi, vel permutari, vel quocumque modo alienari concedimus, nec ſi ſecum religioſæ domus tale aliquid fecerint.

III.

(1) *dicimus.* (2) *ædificiis.* [3] *etiam in.* (4) *ſi quidem.* [5] *publica tributa.* (6) *perſolvi poſſint.* (7) *beatiſſimis Patriarchis.* (8) *vel metropolitanis.* [9] *diſtrictione.* [10] *domus religioſa.* (11) *hæc autem.*

[12] *ſupradictis.* (13) *ejus.* [14] *hortari.* [15] *dando.* A. (16) *rei nullus.* (17) *recipere.* (18) *examinatione.* (19) *qui debitum debet.* (20) *proceſſerit.* (21) *in cauſam.* [22] *pertinentem.* (23) *qui.*

III. [a] Nulli liceat (1) monaſterium alienare, ut in profanum ſtatum tranſeat: ſed liceat Epiſcopis [2] hujuſmodi facinora emendare, & in priſtinum ſtatum locum reducere.

IV. (b) Si quis autem ex prædictis locis, excepta majori eccleſia imperialis urbis, poſſeſſionem habeat tributis plurimis prægravatam [3], ex qua nullus reditus ſancto loco præſtatur (4) facultatem liberam damus adminiſtratoribus religioſi loci talem poſſeſſionem alienare, quocumque modo putaverint commodum eidem religioſo (5) loco fore [6], monumentis ſcilicet in tali alienatione faciendis apud illos, a quibus adminiſtratores talium locorum præponuntur, vel creantur; & jurantibus per divinas ſcripturas his, qui eiſdem locis (7) præpoſiti ſunt, & majori parte eorum, qui ibi miniſterium faciunt; quod nulla proditione (8), nulla gratia, nulla circumſcriptione alienatio fiat. Œconomis autem, vel adminiſtratoribus, vel chartulariis cujuſcumque (9) loci religioſi, & parentibus, & liberis eorum, & aliis, qui vel cognatione, vel jure nuptiarum eis copulantur, locationes, vel emphyteuſis, vel emptiones, vel hypothecas rerum immobilium ad eoſdem (10) religioſos locos pertinentium ſubire, vel per ſe, vel per interpoſitam perſonam, ſub iiſdem pœnis interdicimus, quas ſuperius diximus (11).

V. (c) Si quis autem (12) conductor, vel emphyteuticarius rem, quæ ad locum religioſum pertinet, deteriorem fecerit; vel per biennium emphyteuticum canonem, ſive mercedem non ſolverit: liceat adminiſtratoribus [13] religioſi loci eum expellere de locatione, vel emphyteuſeos contractu; & exigere ab eo tranſacti temporis debitum canonem (14); & propter emponemata nullam ei competere actionem. Sin autem nolint [15] adminiſtratores religioſi loci eum expellere: id quod debet, præſtet; & teneat rem donec tempus ſtatutum finiatur; & canonem ſecundum quod pactus (16) eſt, præſtet. Quod ſi fugerit; liceat adminiſtratoribus religioſi loci indemnitatem ſervare ex rebus ipſius; & propter emponemata nullam timere actionem.

VI. Sanctiſſimis eccleſiis Odeſſi, & Tomeos permittimus alienare res immobiles pro captivorum redemptione; niſi forte [17] ad hoc etiam [18] præſtitæ fuerint, ut nullo modo alienarentur (19). Illud quoque concedimus, ut Hieroſolymitana eccleſia (20) licentiam habeat domos ſuas in eadem civitate poſitas vendere non in minori pretio, quam ex penſionibus earum per quinquaginta annos colligitur, ut ex (21) ea æſtimatione alius reditus melior comparetur.

VII. Si quis cuicumque ſancto loco, vel in imperiali civitate, vel in provinciis poſito poſſeſſiones penuria laborantes donaverit, vel vendiderit, vel alio modo præſtiterit, vel reliquerit: jubemus pro talibus rebus nullam læſionem perpeti religioſam domum, ad quam talis poſſeſſio pervenit ſive publicarum functionum nomine, ſive alterius cujuſcumque cauſæ: ſed (22) totum gravamen ad eos, qui dederunt, vel heredes eorum redire, cogendos recipere tales poſſeſſiones, & reſtituere de ſua ſubſtantia religioſo loco omne detrimentum, quod ei ex tali cauſa contingit (23). Sed [24] & ſi fraus interceſſerit tanta, ut etiam (25) pecunia a religioſo loco præſtetur; ut poſſeſſiones illas religioſus locus ſuſcipiat [26]: jubemus, ut is, qui dedit, vel ejus heredes ſuſcipiant (27) poſſeſſiones, & pecunias (28) non exigant. Nulli autem eccleſiæ neceſſitatem imponi volumus poſſeſſiones ubicumque poſitas, quamvis fertiles ſint, comparare.

VIII. (d) Si quis uſus nomine rem immobilem ab eccleſia provinciali accipere velit (29): eodem jure (30), & ſub iiſdem condicionibus accipiat, quas ſuperius (31) diximus in eccleſiis, quæ in imperiali civitate (32) ſunt, vel intra territorium (33) ejus poſitæ (34).

IX. (e) Hæc (35) de rebus immobilibus. Nam de ſacris vaſis cujuſcumque eccleſiæ, vel oratorii jam legem poſuimus: ut non aliter (36) liceat ea diſtrahere, niſi pretium eorum procedat in redemptionem captivorum: aliter enim vendi, vel obligari non poſſunt. Sin autem religioſa domus habeat ſuperflua vaſa, quæ

(1) *ſit licentia.* (2) *Epiſcopo.* alii, *Epiſcopos.* (3) *aggravatam.* [4] *paratur.* (5) *religioſo.* alii, *eidem.* (6) *facere.* (7) *iiſdem.* (8) *perductione.* (9) *cujuſque.* [10] *ad eos.* (11) *ſupra diximus.* Additur in quibuſdam libris hoc: *Scituris, quod ſi tale aliquid perpetratum fuerit, & hoc ipſum invalidum erit, & omnem ſubſtantiam eorum, qui ceperint, & œconomorum, & chartulariorum, & adminiſtratorum, quibus ſecundum prædictum modum copulatur, in religioſam domum, ex qua rem acceperint, & poſt mortem eorum pervenire jubemus.* (12) *Si quis.* (13) *religioſo loco.* (14) *canonem.* (15) *noluerint.* (16) *pactum.* (17) *niſi.* (18) *eis.* (19) *alienentur.* (20) *ſanctiſſima eccleſia.* (21) *ea.* (22) *&.* (23) *contigerit.* (24) *Sed ſi.* (25) *&.* (26) *accipiat.* (27) *recipiant.* (28) *pecuniam autem.* [29] *vult.* [30] *jure obtinente.* (31) *ſupra.* [32] *imperialis civitatis.* (33) *in territorio.* [34] *poſitæ ſunt.* (35) *Hoc.* [36] *non.*

[a] Vide Auth. Multo magis. *C. eod. tit.*
(b) Vidend. Authent. Item prædium. *eod. tit.* cujus verba refert idem Grat. *d. c.* 2. §. Item.
(c) Vide Auth. Qui rem. *eod. tit.* Ejus etiam verba refert ibid. Grat. §. Qui rem.
[d] Vide Auth. Hæc uſus. *C. eod. tit.*
[e] Vide Auth. Præterea. *eod.* cujus verba refert Grat. *d. c.* 2. §. Præterea.

UNED

quæ nullum uſum neceſſarium faciunt (1), ipſa autem debitis prægravatur (2); & non ſunt (3) aliæ res mobiles, ex quibus poſſint debita perſolvi (4): licentiam damus (5) actis intervenientibus, ſecundum modum ſuperius præfinitum (6), memorata ſuperflua vaſa, vel aliis religioſis locis, ſi hoc eis utile ſit, vendere; & eorum pretium debiti nomine dare: ut res immobiles non alienentur.

X. (*a*) Si contra ea, quæ diximus in præſenti lege, contractus fiat in rebus mobilibus, & immobilibus ad religioſam domum pertinentibus, jubemus reddi quidem eidem [7] religioſo loco rem, in qua (8) tale aliquid ſecutum eſt cum medii temporis fructibus. Maneat autem apud eundem [9] religioſum locum, & pretium, & ſi quid remunerationis, vel permutationis [10] gratia, vel alterius cujuſcumque cauſæ nomine ei præſtitum eſt. Quod ſi emphyteuſis facta ſit contra ea, quæ diſpoſuimus: res quidem religioſo loco reddatur (11); pactionem autem emphyteuticam præſtet emphyteuticarius ſecundum tenorem inſtrumentorum, quæ in hujuſmodi (12) contractu compoſita (13) fuerint. Quod ſi donata fuerit res ad religioſum locum pertinens: reddatur ei cum medii temporis fructibus, & aliud tantum [14], quantum eadem res digna eſt. Sin autem in hypothecam [15] contra prædictas diſtinctiones data fuerit, creditor quidem debitum amittat, & rem religioſo loco reddat. Tabelliones autem qui contra præſentem legem inſtrumenta componere (16) auſi fuerint, perpetuo exilio condemnentur.

Quidquid ante præſentem Conſtitutionem [17] factum eſt, ſi quidem (18) ſecundum veteres leges valeat; ſin autem adverſatur eis, radicitus eruatur. De cætero autem veteribus legibus in hac parte evacuatis præſentem legem in (19) rempublicam noſtram pullulare [20] ſanctimus (21).

NOVELLA CXXI. (*b*)

QUidam mutuatus ab aliquo quingentos aureos, ſolvit aliquam quantitatem uſurarum, quaſdam autem debens cautionem emiſit in ſexcentis aureis: quoniam autem omnis ſolutio nongentis quadraginta novem aureis pervenit; & creditores dicebant totum in uſuris ſolutum fuiſſe; exigebant ſexcentos, qui cautioni continebantur. Ait autem lex, ſi reliquos quinquaginta unum ſolverit, ut debitum duplicetur, nihil aliud exigebatur (22): quamvis veteres dixerunt, tunc ſuper duplum non peti debitum, quando nulla ſolutio in medio contingit.

NOVELLA CXXII. (*c*)

*

NOVELLA CXXIII. (*d*)

DE adminiſtratione, & privilegiis, & aliis diverſis capitulis ad eccleſias, & alias religioſas domos pertinentibus jam quædam [23] diſpoſuimus. In præſenti autem ea, quæ de religioſiſſimis Epiſcopis, & clericis, & monachis antea in diverſis Conſtitutionibus diſpoſita ſunt, cum competenti emendatione hac continere lege exiſtimavimus.

I. Sanctimus igitur quando opus fuerit Epiſcopum creari, clericos, & primates civitatis ejus, cujus Epiſcopus deſideratur fieri; in tribus perſonis decreta facere propoſitis ſanctis evangeliis periculo animæ ſuæ, dicentes in ipſis decretis (24), quod neque propter aliquam præſtationem, neque propter promiſſionem, vel amicitiam, vel aliam qualemcumque cauſam, ſed ſcientes eos rectæ, & catholicæ fidei, & honeſtæ vitæ eſſe, & litteras ſcire eos elegerunt; & quod neque uxorem, neque liberos eorum quis habet (25), neque concubinam, vel liberos naturales cognoſcunt eos habuiſſe, vel habere. Sed & ſi prius quis uxorem habuit (26), & ipſam unam, & primam, & neque viduam, neque marito disjunctam, neque legibus, vel ſacris (27) canonibus reprobatam, ideſt ſcenicam. Sed neque (28) curialem, vel taxeotam (29) eſſe eum cognoſcunt (30): vel ſi curiali, vel taxeotica ſuppoſitus eſt condicioni; ſciunt ipſum in monaſterio non minus quindecim annis ſolitariam vitam peregiſſe. Et hoc [31] autem decretis oportet imponi, quod non minus, quam

[1] *faciant.* (2) *prægravetur.* (3) *ſint.* (4) *ſolvi.* (5) *concedimus.* [6] *ſupra definitum.* alii, *ſupra præfinitum.* (7) *ei.* aliis deeſt. (8) *in quo.* A. (9) *apud.* (10) *commutationis.* (11) *reddantur.* (12) *in hoc.* (13) *interpoſita.* (14) *tantundem.* (15) *hypotheca.* (16) *compoſuerint.*

(17) *legem.* (18) *ſi.* (19) *in noſtra republica.* (20) *pollere.* alii, *valere.* (21) *jubemus.* (22) *exigatur.* forte, A. (23) *jam quidem.* (24) *dicendo.* (25) *habeat.* (26) *habuerit.* (27) *ſanctis.* (28) *neque.* (29) *neque taxeotam.* (30) *cognoſcant.* (31) *Hæc.*

(*a*) Vidend. Auth. Qui res. *eodem tit.* cujus etiam verba refert Grat. *d. c.* 2. §. Qui vero res.

(*b*) Hæc conſtit. deſideratur in libro Auth. Edita eſt ab Haloandro græce, & latine hoc titulo: *ut particulares uſurarum ſolutiones in duplum computentur*: ejuſdem argumenti ſunt Nov. 138. & Nov. 160.

(*c*) Hæc in libro Juliani, & in libro Auth. deſideratur. Haloander græce, & latine epitomen edidit hoc titulo: *Edictum de formula artificum.* Probabile eſt hoc loco Edictum illud latine conſcriptum fuiſſe, quod Scringerus græce, Agylæus latine poſt Novellas, ut Edict. 6. ediderunt.

(*d*) Hæc in libro Auth. eſt ultima conſtit. collocata, ut 15. collat. 9. ſub tit. *de ſanctiſſimis Epiſcopis &c.* Hanc græce, & latine edidit Haloander. Latina quædam verba ejuſd. conſt. refert Divus Greg. quæ neque Juliani ſunt, neque ſcriptoris Authenticorum, ut Nov. 90. dictum eſt.

UNED

quam triginta quinque ætatis annos agere electam a ſe perſonam cognoſcunt: ut ex tribus perſonis, pro quibus talia decreta fuerint, melior creetur electione, & periculo creatoris. Curialem autem, vel taxeotam, qui ſecundum ea, quæ diximus, per quindecim annos in monaſterio moratus eſt, & ad Epiſcopatum provectus, liberum eſſe propria condicione (1): ſic tamen ut liberatus curia quartam portionem ſui patrimonii ſibi retineat, cæteris rebus ipſius ſecundum noſtram legem curiæ, & publico vindicandis. Damus autem licentiam illis, qui decreta faciunt, ſi quidem (2) laicum citra curialem, & taxeotam dignum prædictæ electionis eſſe putaverint: talem hominem una cum aliis duobus clericis, vel monachis eligere. Sic tamen ut laicus, qui hoc modo ad Epiſcopatum electus eſt, non ſtatim Epiſcopus creetur, ſed primum clericis non minus tribus menſibus connumeretur, & ita ſanctos canones, & ſacroſanctæ eccleſiæ miniſterium edoctus Epiſcopus creetur. Qui enim alios docere debet, ab aliis poſt conſecrationem (3) doceri non debet. Quod ſi in aliquibus locis non inveniantur tres (4) perſonæ ad talem electionem idoneæ: liceat decreta facientibus, & in (5) duabus, vel in una perſona decretum facere; ut tamen omnia antefata habeat teſtimonia. Sin autem hi, qui debent Epiſcopum eligere, talia decreta intra ſex menſes non fecerint: tunc periculo animæ ſuæ ille, cui competit conſecrare, Epiſcopum conſecret omnibus aliis, quæ diximus, obſervandis. Si quis autem præter memoratam obſervationem Epiſcopus creatus ſit; jubemus eum modis omnibus ab epiſcopatu repelli. Sed & illum, qui contra hæc præcepta auſus fuerit Epiſcopum conſecrare; ſeparari per unum annum a ſacro (6) miniſterio, & totam ejus ſubſtantiam, ſi qualicumque tempore, vel modo in ipſius dominium pervenerit, propter delictum, quod fecit dominio eccleſiæ, cujus (7) Epiſcopus eſt, vindicari.

II. Si quis autem ejus, qui ad Epiſcopatus conſecrationem electus eſt, accuſator extiterit in cauſa, quæ (8) per leges, vel canones inhibet (9) conſecrationem ejus: prius de accuſatione epiſcopus, qui conſecraturus erit, diſceptationem faciat [10], vel præſente accuſatore & implente ſuam accuſationem, vel non implente, ſed per (11) tres menſes differente. Et ſi quidem invenerit eum, qui electus eſt, obnoxium, inhibeatur (12) conſecratio. Enimvero (13) ſi innocens appareat, non impediatur; ſed accuſator, qui vel [14] non probavit id, de quo accuſavit, vel ſi deſtituit litem; expellatur provincia (15), in qua domicillium habet (16). Si quis autem ante cognitionem accuſatum (17) conſecraverit: conſecratus quidem ſacerdotio (18) expellatur; qui autem conſecrare eum (19) præcipitatus eſt, ſuperius expoſitis pœnis ſubiiciatur: ideſt ut per unum annum (20) miniſterio ſacro abſtineat, & ut res (21) ipſius eccleſiæ addicantur, cujus Epiſcopus eſt.

III. (*a*) Ante omnia illud obſervari ſanctimus, ut nemo ſub præſtatione auri, vel alterius rei Epiſcopus conſecretur. Quod ſi tale aliquid admiſſum fuerit: ſemetipſos & ſuas animas hi, qui pecuniam [22] accipiunt, vel præſtant, & mediatores eorum ſecundum divinas regulas, & ſacros canones, condemnatione (23) ſubiiciunt: & propter hoc, & qui dat (24), & qui accipit, & qui mediator factus eſt, ſacerdotio (25), vel clericatus honore removeatur. Quod autem pro ea cauſa datum eſt, eccleſiæ illi vindicetur, cujus voluit ſacerdotium emere. Sin autem laicus (26) erit, qui pro hac cauſa aliquid accepit [27], vel mediator rei factus eſt: ea, quæ data ſunt, in duplum ab eo exigi eccleſiæ vindicanda. Non ſolum autem ea, quæ data ſunt, vindicari præcipimus; ſed omnem (28) cautionem ſuper hoc quocumque modo impoſitam, & pignorum obligationem, & omnem aliam qualemcumque actionem, vel obligationem [29] ceſſare ſanctimus. Ut ille, qui promiſſionem accepit, non ſolum cautionem reddere; ſed & aliud (30) tantum, quantum cautio continet, conveniatur eccleſiæ dare (31).

IV. Si quis poſt Episcopatum, vel ante conſecrationem voluerit proprias res ſuas (32), vel earum partem eccleſiæ offerre, cujus Epiſcopus erit, hoc laudabile eſt: quia non eſt emptio, ſed oblatio (33).

V. Pro conſuetudine autem illa ſola concedimus præſtari ab Epiſcopis conſecratis, quæ deinceps præſenti lege continentur. Jubemus igitur beatiſſimos quidem (34) Patriarchas, ideſt Papam Romanum, & Conſtantinopolitanum, & Alexandrinum, & Theopolitanum, ideſt Antiochenum, & Hieroſolymitanum, ſi quidem cunſuetudo eſt Epiſcopis, vel clericis in eorum conſecratione minus, quam viginti auri libras præſtari; ea tantum dare (35), quæ con-

(1) *condicione volumus.* A. (2) *aliquem.* (3) *ordinationem.* (4) *hæ.* (5) *in.* (6) *ſacro.* [7] *ejus, cujus.* (8) *nitenſque.* (9) *poſſunt inhibere.* [10] *facere.* (11) *& per.* (12) *inhibetur.* (13) *Si vero.* (14) *non.* (15) *a provincia.* (16) *habeat.* (17) *accuſationis.* (18) *a ſacerdotio.*

(19) *conſecrare.* (20) *annum.* (21) *& res.* (22) *pecunias.* (23) *condemnationi.* A. (24) *qui dat.* (25) *ſacerdotii.* (26) *alius.* (27) *acceperit.* [28] *ſed etiam omnem.* (29) *accuſationem.* (30) *ſed aliud.* (31) *tradere.* (32) *res.* [33] *collatio.* (34) *beatiſſimos.* (35) *dari.*

(*a*) Vide Auth. Quod pro hac. C. *de Epiſc. & cler.*

conſuetudo vult. Quod ſi plus ſit, quod antea dabatur: nihil ab hoc tempore ultra viginti libras auri præſtetur. Metropolitanum autem, qui a concilio ſuo, vel beatiſſimis Patriarchis creatur, & omnes alios Epiſcopos, qui vel a Patriarchis, vel a metropolitanis conſecrantur: ſi quidem non minus triginta auri libris reditum (1) habeat (2) eccleſia conſecrati: dare pro cathedratico ſolidos centum: notariis [3] autem conſecrantis (4), & aliis, qui (5) ex conſuetudine capiunt [6], ſolidos trecentos. Sin autem eccleſiæ reditus minor ſit [7] triginta libris annalibus auri (8), non minor autem decem: pro cathedratico quidem (9) dari ſolidos centum; aliis autem omnibus, qui ex conſuetudine capiunt (10), ſolidos ducentos. Sin autem reditus minor ſit decem, non minor [11] quinque libris auri: pro cathedratico quidem ſolidos (12) quinquaginta dari (13); omnibus autem aliis, qui ex conſuetudine capiunt; ſolidos ſeptuaginta. Sin autem minorem quidem quinque, non minorem autem tribus auri libris habeat eccleſiæ reditum: pro cathedratico quidem decem & octo [14]; omnibus autem, qui ex conſuetudine capiunt, ſolidos viginti quattuor (15). Sin autem minor tribus, non minor autem (16) duabus auri libris ſit quantitas eccleſiaſtici reditus, pro cathedratico quidem præſtari ſolidos duodecim, pro omni autem conſuetudine alia ſolidos ſexdecim (17). Epiſcopum autem (18) eccleſiæ minorem duabus auri libris reditum habentis, neque pro cathedraticis, neque pro conſuetudine alia aliquid dare concedimus. Ea autem quæ præſtari diſpoſuimus, primus presbyter conſecrantis Epiſcopi, & archidiaconus ejus ſuſcipientes ex conſuetudine capientibus dividant (19). Hæc (20) itaque jubemus omnibus modis obſervari, ne ex talibus occaſionibus, & eccleſiæ (21) debitis prægraventur, & ſacerdotia (22) venalia fiant. Si quis autem (23) ultra ſtatutam a nobis quantitatem pro cathedratico vel conſuetudine quocumque modo [24] auſus fuerit capere: jubemus ejus, quod plus cepit (25), triplum ex rebus ipſius (26) vindicari eccleſiæ ejus, qui dedit.

VI. (*a*) Conſecratio Epiſcopi liberum faciat eum tam ſervili, quam adſcripticia condicione. Taxeotas enim, vel curiales (27), qui contra prædictam diſtinctionem ad Epiſcopatus apicem proſiluerint: officio (28) iterum (29), & curiæ reſtitui ſanctimus: ne ex tali condicione ſacerdotio injuria fiat. Illos autem, qui ante noſtram præſentem legem ex curiali condicione inventi fuerint Epiſcopi creati: tali quidem condicione liberos eſſe, legitimam autem portionem de rebus ſuis curiæ, & publico præſtent. Sic tamen ut nullam deminutionem patiantur eccleſiaſtica jura in rebus, quas poſt Epiſcopatum adquiſitas eccleſiæ eorum competere diſpoſuimus.

VII. (*b*) Presbyter, diaconus, ſubdiaconus jure cognationis ad tutelam, vel curationem [30] vocatus munus adminiſtrationis in hoc caſu tantum ſuſcipere concedatur: ſi tamen intra quattuor menſes numerandos ab eo tempore [31], quo vocatus eſt, apud competentem judicem in ſcriptis (32) manifeſtaverit, quod hujuſmodi munus [33] ſua ſponte recepit (34). Si quis eorum hoc (35) fecerit: nullum ex hoc circa aliam tutelam, vel curationem præjudicium patiatur.

VIII. Clericus neque exceptor (36), neque exactor publicarum ſit tributionum (37), neque conductor vectigalium, vel alienarum [38] poſſeſſionum, vel curator domus, vel curator litis (39), vel fidejuſſor in talibus cauſis ſive Epiſcopus ſit, ſive œconomus, vel alius clericus cujuſcumque gradus, vel monachus, niſi ſuo (40) nomine, vel eccleſiæ, vel monaſterii cauſa exiſtat: ne ex (41) hac occaſione, & ſanctis locis damnum fiat, vel (42) divina miniſteria [43] impediantur. Quod ſi eccleſiis, vel monaſteriis poſſeſſiones quædam (44) confines inveniantur; & voluerint adminiſtratores eorumdem (45) venerabilium locorum ad conductionem, vel emphyteuſim eas capere: tunc omnibus clericis, & monachis ſuper talibus cauſis vel in ipſo inſtrumento [46], vel in (47) publicis monumentis conſentientibus, & contractum [48] facientibus pro utilitate venerabilium locorum hoc fieri: concedimus (49) tales contractus procedere. Ipſis quoque ſanctis eccleſiis, & aliis ſanctis locis damus facultatem conductiones & emphyteuſis ſecum facere: & clericis ſimiliter ſuarum eccleſiarum poſſeſſiones conducere, & adminiſtrare, conſen-

(1) *reditus.* (2) *habet.* (3) *notarii.* (4) *conſecrati.* (5) *& alii, qui miniſterium ei faciunt.* aliis deeſt, *ei.* (6) *capiant.* (7) *minores fuerint.* (8) *auri.* (9) *jure.* (10) *capiant.* (11) *non minor autem.* (12) *ſolidos.* (13) *dare.* (14) *octo ſolidos.* (15) *tres.* [16] *minor.* (17) *ſex.* (18) *enim.* (19) *divident.* (20) *Hoc.* (21) *eccleſiæ.* (22) *ſacra ſacerdotia.* [23] *Sin autem.* (24) *quacumque.* (25) *accepit.* (26) *ejus.* (27) *niſi Taxeota ſit, vel curialis.* (28) *& filii eorum, officio.* [29] *interim.* (30) *vel ad curationem.* [31] *die.* (32) *judicem.* (33) *hoc munus.* (34) *recipit.* alii, *non recipit.* (35) *hæc.* (36) *executor.* (37) *fiat tributorum.* (38) *aliarum.* (39) *procurator litis.* (40) *ſuo autem.* (41) *ne exactio eccleſiæ.* (42) *faciat, &.* [43] *myſteria.* (44) *quidem.* (45) *eorum.* [46] *inſtrumento.* (47) *vel.* (48) *& certum.* A. (49) *tales contractus procedere concedimus.* A.

(*a*) Vidend. Auth. Epiſcopalis. C. *eod. tit.* cujus verba refert Grat. *diſt.* 54. *c.* 20. Si ſervus. §. Epiſcopalis.
(*b*) Vide Auth. Presbyteros. *eod. tit.*

UNED

ſenſu (1) tamen Epiſcopi, & œconomi, exceptis illis perſonis, quas (2) per alias leges hoc facere prohibuimus [3]. Si quis autem contra prædicta aliquid fecerit: ſi quidem Epiſcopus ſit; omnes ejus res ex quacumque cauſa, vel perſona, ſive (4) ante Epiſcopatum, ſive poſtea ad eum pervenerint, eccleſiæ ejus vindicari ſanctimus. Sin [5] autem œconomi, vel alii clerici ſint, qui hoc admiſerunt, pœnam eos pecuniariam, quam Epiſcopus eorum exiſtimaverit (6) exigere; eccleſiæ vindicandam. Cum & hi, qui locationem vectigalium, vel cujuſcumque poſſeſſionis, vel publicarum (7) tributionum exceptionem; vel exactionem (8), vel curationem domus ei committentes, vel fidejuſſores pro memoratis cauſis capientes nullam contra eccleſiam, vel monaſterium, vel res ejus, vel adminiſtratores, vel adverſus illas perſonas, quibus crediderint (9), vel contra ſubſtantias, vel fidejuſſores eorum habeant actionem. Illi autem, qui publicarum tributionum, vel vectigalium exceptionem, vel locationem, vel exactionem memoratis perſonis crediderint, vel fidejuſſores eorum receperint (10); quidquid publico damni contigerit, hoc de ſua ſubſtantia reſtituere compellantur.

IX. (*a*) Nullus Epiſcopus (11) cogatur ad judicium venire dicendi teſtimonii cauſa, ſed judex ad Epiſcopum mittat miniſtros ſuos: & propoſitis (12) ſanctis evangeliis, quod ſcit [13] Epiſcopus dicat ſecundum hoc, quod (14) ſacerdotibus honeſtum eſt (15).

X. (*b*) Nullus Epiſcopus neque pro civili, neque pro criminali cauſa apud quemvis judicem ſive civilem, ſive militarem producatur, vel exhibeatur, niſi imperialis juſſio præceſſerit (16). Magiſtratus enim, qui hoc jubere auſus fuerit, amiſſione [17] cinguli, & viginti librarum auri condemnatione (18) plectetur (19) ut iſtæ viginti libræ eccleſiæ addicantur, cujus Epiſcopus produci, vel exhiberi juſſus eſt. Litis autem executor poſt cinguli amiſſionem tormentis ſubiiciatur, & in exilium mittatur.

XI. Non liceat Epiſcopis ſuas quidem eccleſias relinquere, in alias autem provincias pervenire. Sin autem hoc ex cauſa fecerint neceſſaria; oſtendant vel litteras Patriarchæ, aut metropolitani ſui, vel imperialem juſſionem. Nam nec illis Epiſcopis, qui ſub Patriarcha Conſtantinopolitano ſunt, aliter in hanc imperialem civitatem venire permittimus, niſi ex permiſſione ejus, vel noſtra juſſione pervenerint. Quicumque autem ex quavis diœceſi venerit in hanc civitatem Epiſcopus; intret primum apud beatiſſimum Patriarcham Conſtantinopolitanum, ac per ipſum ad noſtram poſtea ſerenitatem. His autem, qui contra præſentem diſpoſitionem proficiſcuntur, vel ultra unius anni ſpatium extra ſuam provinciam degunt: primum quidem ſanctimus non ſubminiſtrari impenſas ab œconomis eccleſiæ ſuæ; deinde admoneri per litteras a ſacerdotibus, quibus ſubjecti ſunt, ut redirent in ſuas eccleſias. Quod ſi diſtulerint: ſecundum ſacros canones evocari. Et ſi intra definitum tempus a ſacerdotibus ad eccleſias ſuas non redierint: ipſos quidem Epiſcopatu repelli, alios autem pro ipſis meliores conſecrari ſecundum vim præſentis legis, hoc eodem, & in clericis optinente cujuſcumque gradus ſint, vel miniſterii.

XII. Unuſquiſque Epiſcopus, vel Patriarcha, vel Metropolitanus ſubjectos ſibi Epiſcopos ſemel, aut bis per ſingulos annos apud ſe convocare debet; & omnes cauſas ſubtiliter cognoſcere, quas Epiſcopi, vel clerici, vel monachi ſecum habent, eaſque componere; &, ſi quid contra canones ex quacumque perſona admiſſum eſt, emendare.

XIII. (*c*) Neque Epiſcopus, neque presbyter, neque diaconus, neque ſubdiaconus, neque lector, neque alius cujuſcumque conſortii (20), vel habitus conſtitutus tablejare [21] audeat, vel ſocius ludentium fieri, vel ſpectator, vel in quocumque ſpectaculo ſpectandi cauſa venire. Ac ſi quis contra hoc (22) fecerit: per tres annos ſacro [23] miniſterio prohibeatur, & in monaſterium mittatur. Sin autem dignam pœnitentiam in priori tempore oſtenderit: ſtatim revocatur, & dignus ſacerdotio reddatur, vel miniſterio ſuo ſcientibus ſacerdotibus, qui talia pec-

(1) *cum conſenſu*. A. (2) *quæ ſpeciali lege.* [3] *prohibentur.* (4) *vel ante.* [5] *Sin autem*, *vel.* (6) *æſtimaverit.* (7) *publicorum tributorum.* & verſ. 21. (8) *exactionem.* [9] *vendiderunt.* [10] *acceperint.* (11) *Epiſcoporum.* Ivo. [12] Ivo, *ut propoſitis.* alii, *ut præpoſitis.* (13) *quod novit.* [14] *quod.* Ivo. [15] *eſt ſacerdotis officium.*

(16) Ivo cap. 369. *niſi imperialis juſſio proceſſerit.* Idem cap. 278. & Burch. & Grat. carent his verbis. (17) Ivo d. cap. 278. *amiſſionis.* (18) Ivo d. cap. 278. & Burch. *cinguli condemnatione.* Grat. *rerum, & cinguli condemnatione.* (19) Ivo cap. 369. *plectatur.* (20) *religioſi conſortii.* Ivo. A. (21) *tabolizare.* Ivo. [22] *contra hæc.* Ivo. (23) *a ſacro.* Ivo.

(*a*) Vide Auth. Sed judex. *eod.* cujus verba refert Grat. 11. *quæſt.* 1. *c.* 9. Teſtimonium. §. Sed judex. Juliani verba refert Ivo *parte* 5. *c.* 369. ut ex lib. conſt. *c.* 6.

(*b*) Videnda Authent. Nullus Epiſc. *eod. tit.* Juliani verba refert Burchard. *lib.* 1. *c.* 168. decret. ut ex epiſt. Bonifacii Papæ ad Epiſcopos Galliæ, & Ivo *parte* 5. *cap.* 278. decreti, ut ex ead. epiſt. ſed *cap.* 369. ejuſdem partis, ut ex libro conſt. *c.* 7. At Grat. 11. *quæſt.* 1. *c.* 8. Nullus Epiſcopus: eadem verba, ut Marcelli Papæ refert; ſic enim vulgares libri habent. Antiqui Bonifacii ad Epiſc. Galliæ inſcriptionem retinent.

(*c*) Vide Auth. Interdicimus. C. *de Epiſc. & cler.* Juliani verba refert Ivo *parte* 5. *c.* 370. decreti, ut *c.* 9. in libro conſtit.

peccata ſcientes diſſimulaverint, quod ipſi Deo rationem reddunt [1].

XIV. Nullus Epiſcopus invitus cogatur ſubjectum ſibi clericum qualemcumque de ſuo clero dimittere.

2.q.1.c.11. XV. (*a*) Nemo (2) Epiſcopus, nemo presbyter excommunicet aliquem ante, quam cauſa probetur, propter quam eccleſiaſtici canones hoc fieri [3] jubent. Si quis autem adverſus ea (4) excommunicaverit aliquem: ille quidem, qui (5) excommunicatus eſt, majoris ſacerdotis auctoritate ad gratiam ſanctæ communicationis (6) redeat; is autem, qui non legitime excommunicaverit (7); in tantum (8) abſtineat tempus ſacroſancta communione, quantum (9) majori ſacerdoti viſum fuerit: ut, quod (10) injuſte fecit (11), ipſe juſte patiatur (12).

XVI. Non liceat Epiſcopo manibus ſuis aliquem cædere: hoc enim alienum a ſacerdote eſt.

XVII. (*b*) Si Epiſcopus expulſus auſus fuerit ingredi civitatem, de qua repulſus eſt, vel exire de loco, in quo degere juſſus eſt: jubemus eum in monaſterio in alia provincia conſtituto tradi, ut quæ in ſacerdotio peccavit, degens in monaſterio corrigat.

XVIII. Non alium [13] clericum concedimus creari, niſi eum, qui & (14) litteras ſcit, & rectam (15) fidem, & vitam honeſtam habeat (16); & neque concubinam, vel naturales liberos [17] habeat, vel habuit [18]. Sed vel (19) caſtitate præditum, vel uxorem legitimam, & ipſam unam, & primam habentem, vel ſi jam habuerit, & neque viduam, neque disjunctam (20) a marito, neque aliter (21) legibus, vel divinis (22) canonibus reprobatam (23).

diſt.78. c.2. XIX. (*c*) Nemo presbyter conſecretur, qui minor triginta annis ſit: nemo (24) diaconus, vel ſubdiaconus fiat minor (25) vigintiquinque annis: nemo lectoribus connumeretur, qui minor decem, & octo annis fuerit: nemo (26) inter diaconiſſas conſecretur ſacroſanctæ eccleſiæ, quæ minor ſit quadraginta annis, vel ad (27) ſecundum matrimonium pervenit (28).

XX. Si conſecraturo clericum Epiſcopo cujuſcumque collegii, vel gradus, accuſator extiterit, qui dicat illum indignum conſecratione eſſe: ipſa quidem conſecratio differatur; omnia autem, quæ pro cognitione, vel coertione conſecrationis Epiſcoporum ſuperius diximus & in hac optineant parte.

XXI. Si ſubdiaconus, vel diaconus futurus non habeat uxorem, ſecundum ea, quæ ſupra expoſuimus, ſibi conjunctam; non aliter conſecretur, niſi prius a conſecratore interrogatus promiſerit poſſe poſt conſecrationem, & ſine legitima uxore caſte vivere: non concedendo a conſecratore conſecrationis tempore diacono, vel ſubdiacono futuro permittere, ut poſt conſecrationem uxorem accipiat. Quod ſi hoc permiſerit fieri: Epiſcopatu ſuo expellatur. Presbyter autem, vel diaconus, vel ſubdiaconus, qui uxorem duxit, repellatur quidem de clero; curiæ autem civitatis ejus, in qua clericus erat, cum facultatibus ſuis tradatur. Sin autem lector ſecundas contraxit nuptias, vel primas quidem, ſed duxerit uxorem viduam, vel disjunctam a marito, vel legibus, vel ſacris canonibus reprobatam: ad alium gradum eccleſiæ non procedat. Quod ſi quocumque modo in majorem gradum productus ſit: reiiciatur ab eo, & priori reſtituatur.

XXII. [*d*] Neque curialis, neque taxeota clericus conſecretur. Quod ſi hoc factum fuerit, priori condicioni reſtituatur: niſi forte non minus, quam quindecim annos in ſolitaria vita peregerit. Tales enim homines conſecrari jubemus, reddenda ſcilicet a curiali legitima portione tam curiæ, quam publico.

Si Monachus clericatus honorem meruerit: ſolitariæ vitæ canones non tranſgrediatur. Ideoque quamvis in tali gradu fuerit, ut liceat cle-

(1) *reddent.* forte, A. [2] *Nemo.* Grat. alii, *Nemo Epiſcopus, neque.* (3) Panorm. *hæc fieri.* (4) *adverſus eam.* Ivo part. 5. & Grat. (5) *ille, qui.* Ivo part. 5. (6) *communionis.* Ivo, & Grat. A. (7) Ivo in decreto, *excommunicavit.* (8) Panorm. *ut tantum.*

(9) Ivo part. 14. cap. 21. & Grat. *tempus abſtineat a ſacra communione, quantum.* Idem Ivo cap. 42. ejuſdem partis, & part. 5. *tempus abſtineat quantum.* in Panorm. *abſtineat a ſacra communione ad tempus, quantum.*

[10] *ut id, quod.* Ivo d. cap. 21.
(11) Panorm. & Grat. *fecerit.*
(12) *patiatur.* (13) *Nulli alium.*
(14) *qui.* (15) *& rectam, & ſinceram.*
(16) *habet.* (17) *filios.* (18) *habuerit.*
(19) *Sed.* (20) *derelictam.* (21) *neque.*
(22) *vel.* (23) *improbatam.* (24) *neque.*
(25) Grat. *fiat, qui minor.* alii, *fiat, niſi.* alii, *minor.*
(26) *neque.* (27) *vel quæ ad.*
(28) Grat. *pervenerit.* alii, *convolavit.*

(*a*) Refert Ivo *parte* 5. *c.* 371. decreti, ut ex *c.* 11. libri conſtit. & *parte* 14. *c.* 42. ut Nov. 11. *c.* 20. & Grat. 2. *q.* 1. *c.* 11. Nemo Epiſcopus. ut ex libro conſt. & Concilium Pariſienſe tempore Ludovici, ut refert Ivo *d. parte* 14. *c.* 21. decreti, & *lib.* 5. *tit.* 5. *c.* 1. Panorm. & Grat. 24. *quæſt.* 4. *c.* 6. De illicita. In verbis Concilii varietas eſt, unde verba hujus capitis ſumpta ſint. Namque in decreto Ivonis ita ſcriptum eſt: *Lex Juſtiniani catholici Imp. conſtitutione* 118. *c.* 451. ſed in Panormia, & in decreto Grat. *conſt.* 128. *c.* 300. *lib.* 1.

(*b*) Vide Auth. Si quis Epiſcopus. C. *de Epiſc. & cler.*

[*c*] Videndæ Authent. Presbyterum. & Authent. Diaconiſſam. C. *eodem tit.* Juliani verba refert Grat. diſt. 78. *cap.* 2.

[*d*] Vide Auth. Sed neque. C. *eod.*

UNED

clericis in eo conſtitutis uxorem ducere : non audeat ipſe hoc facere. Alioquin ſi concubinam, vel uxorem duxerit : curiæ, vel officio, vel condicioni, cui ſubjectus ante fuerat, reſtituatur. Idemque dicimus, & ſi nulla antea condicione ſuppoſitus, poſtea monachus factus ad clericatus honorem pervenerit. Et generaliter definimus nulli licere in quocumque gradu eccleſiaſtico poſito recedere ab eo, & inter laicos connumerari. Si enim auſus fuerit facere : cingulo, vel dignitate, vel militia, ſi quam habeat, ſpoliatus curiæ ſuæ civitatis tradatur.

Eos autem, qui ante noſtram legem clerici creati ſunt, a curiali condicione per ſubſtitutas perſonas pecuniaria implere munera; de corporalibus autem immunes, & liberos cuſtodiri.

XXIII. Nullus clericus cujuſcumque gradus præſtet aliquid ei, a quo conſecratur, vel aliæ cuicumque perſonæ. Solas autem conſuetudines conſecratori, & miniſtris ejus ex more capientibus unius anni diaria non excedentes pecunias præſtet. In ſancta autem eccleſia, in qua conſecratur, nihil omnino conclericis ſuis præſtet ſuper proceſſu ſuo; neque propter hanc cauſam propriis ſolatiis, vel aliis partibus ſuis defraudetur.

XXIV. Nullus neque xenodochus (1), neque ptochotrophus, neque noſocomus, neque alius (2) religioſæ domus adminiſtrator, vel cujuſcumque curæ eccleſiaſticæ geſtor præſtet aliquid ei, a quo præponitur, vel cuicumque perſonæ pro commiſſa ſibi adminiſtratione. Qui autem præter hæc, quæ diſpoſuimus, dederit aliquid [3], vel acceperit, vel mediator factus fuerit : ſacerdotio, vel clero, vel commiſſa ſibi adminiſtratione nudabitur, his, quæ data ſunt, vindicandis religioſo loco, cujus talis perſona conſecrationem, vel curam, vel adminiſtrationem accepit. Sin autem laicus ſit, qui acceperit [4], vel mediator factus eſt : duplum ab eo exigatur, & religioſo loco, in quo talis perſona adminiſtrationem, vel conſecrationem, vel curam accepit, præſtetur.

XXV. Si clericus cujuſcumque gradus, ſive adminiſtrator cujuſcumque religioſi loci ante conſecrationem, vel adminiſtrationem, vel curam ſibi commiſſam, vel poſtea voluerit aliquid de propriis ſuis rebus offerre eccleſiæ, in qua conſecratur, vel loco, cujus adminiſtrationem, vel curam recepit: non ſolum prohibemus hoc fieri, ſed magis exhortamur talia pro ſalute animæ ſuæ facere. Nos enim illa tantum dari prohibemus, quæ ſpecialiter quibuſdam perſonis præſtantur, non ea, quæ ſacroſanctis eccleſiis, vel aliis religioſis locis offeruntur.

XXVI. [a] Si ſervus ſciente, & non contradicente domino in clero ſortitus ſit (5): ex (6) hoc ipſo liber, & ingenuus fiat. Si enim ignorante domino conſecratio facta fuerit; liceat domino intra annum tantum [7] condicionem probare, & proprium ſervum recipere. Sin autem ſervus ſciente domino, vel ignorante ſecundum ea, quæ diximus (8), ex ipſo honore clericatus libertatem meritus poſtea (9) eccleſiaſticum miniſterium reliquerit, & ad laicorum vitam tranſierit: domino ſuo in (10) ſervitio (11) tradatur (12).

XXVII. (b) Adſcripticius in ipſis tantum poſſeſſionibus, in quibus cenſitus eſt, clericus fiat; quamvis invito domino hoc fuerit factum [13]: ſic tamen (14) ut & clericus [15] factus impoſitam ſibi culturam impleat (16).

XXVIII. Si quis oratoriam domum (17) ædificaverit; & ipſe, vel heredes ejus clericos in ipſa domo conſecrari (18) maluerint ſumptus adminiſtrantes (19) ejuſdem domus audiantur, ſi dignos [20] nominaverint clericos. Sin autem illi (21) tales ſint, ut divinis canonibus (22) non comprobentur: ad Epiſcopum pertinebit alios clericos idoneos eligere.

XXIX. Sanctimus, ut reverentiſſimi clerici ſuis obſervent [23] eccleſiis, & ſibi (24) competens eccleſiaſticum impleant miniſterium. Idque inquirere debet cujuſcumque (25) civitatis religioſiſſimus Epiſcopus, & in ſingulis gradibus eccleſiaſticis primates, ut qui ea [26] non cuſtodierint, canonicis (27) pœnis ſubiiciantur.

XXX.

(1) *neque ex xenodochiis, neque ptochotrophiis, neque noſocomiis.* (2) *aliæ.*
(3) *dederit.* [4] *accepit.* (5) *fuerit.*
(6) *& ex.* Ivo. (7) *annum.*
(8) Ivo, *diximus*, *ordinatus fuerit.*
(9) Ivo, *meretur*, *& ſi poſtea.* alii, *meritus*, *poſtea autem.*
[10] Ivo, *in.* (11) Ivo, *ſervitium.* A.
[12] Ivo, *trahatur.* (13) *actum.*
[14] *ſed tamen.*
(15) *ut etiam clericus.* alii, *ut clericus.* alii, *ut jam clericus.*
[16] *adimpleat.* (17) *oratorium in domo.*
(18) *conſecrare.* (19) *miniſtrantibus in eadem domo donent*, *nec.* alii, *adminiſtrantibus in eadem domo donent*, *nec.*
(20) *ſi indignos.* (21) *ipſi.* (22) *nominibus.* [23] *obſerviant.* [24] *ibi.*
[25] *civitatis.*
(26) *qui.* (27) *canones.*

(a) Vide Auth. Si ſervus. *eod. tit.* Juliani verba refert Ivo *lib.* 3. *tit.* 14. *c.* 4. Panorm. ut Nov. conſt. 5. c. 23. & ex Leone omnibus Epiſcopis. Alia verba ſunt ejuſd. ſententiæ apud Grat. diſt. 54. *c.* 20. Si ſervus ex conſt. nova Leonis Imp. omnibus Epiſcopis. In veteribus tamen libris Grat. ea verba [Leonis Imp. omnibus Epiſcopis] non ſunt eo loco, ſed in proximis capitis inſcriptione, quod ſumptum eſt ex epiſt. Leonis Papæ ad omnes Epiſcopos. In Panormiam quoque is error ex Gratiano irrepſit.

(b) Vide Auth. Adſcripticios. *de Epiſc. & cler.* cujus verba refert Grat. *d. c.* 20. *in fine.*

XXX. (*a*) Presbyteri (1), diaconi (2), ſubdiaconi, lectores, & [3] cantores, quos omnes clericos vocamus, res quocumque (4) modo in eorum dominium pervenientes habeant in propria poteſtate (5) ad ſimilitudinem caſtrenſis peculii: ut liceat eis donare, & ſecundum leges in eas [6] teſtari; quamvis (7) in parentum ſuorum fuerint (8) poteſtate (9). Sic tamen ut (10) liberi eorum, vel liberis non ſuperſtitibus parentes eorum legitimam (11) portionem capiant.

XXXI. (*b*) Presbyteri, & diaconi (12), ſi in cauſa pecuniaria falſum teſtimonium dixerint: non tormentis ſubiiciantur, ſed per tres annos ſeparentur a divino (13) miniſterio, & monaſteriis tradantur. Pro criminalibus autem cauſis ſi falſum teſtimonium dixerint: clericatus honore nudati legitimis pœnis ſubiiciantur. Cæteri autem [14] in alio ordine (15) eccleſiaſtico relati (16), ſi falſum teſtimonium in quacumque re ſive (17) pecuniaria, ſive (18) criminali dixiſſe (19) convincantur: ordine eccleſiaſtico rejecti legitimis (20) coertionibus ſubiiciantur.

XXXII. (*c*) Si quis contra clericum (21), vel monachum, vel diaconiſſam, vel (22) monaſtriam, vel aſcetriam habeat aliquam actionem: adeat primum [23] religioſiſſimum Epiſcopum, cui eorum unuſquiſque ſubjectus eſt: ille autem [24] rem inter ipſos diſcernat. Et ſi quidem utraque pars judicatis adquieſcat: jubemus per Præſidem locorum ea [25] executioni pleniſſime tradi. Sin autem unus ex litigatoribus intra decem dies contradixerit judicatis: tunc locorum Præſes rem cognoſcat. Et ſi invenerit judicium recte prolatum: & ſuo (26) calculo hoc (27) confirmet, & executioni tradat judicata (28); & non liceat ei, qui bis in tali (29) re victus eſt, provocare. Sin autem calculus Præſidis contrarius ſit Epiſcopi (30) calculo: tunc locum habeat appellatio contra calculum Præſidis; & ea ſecundum legis (31) ordinem referatur, & exerceatur. Sin autem ex imperiali, vel judiciali juſſione Epiſcopus judicaverit inter qualeſcumque perſonas: provocatio ad Imperatorem, vel ad [32] judicem, qui juſſit, referatur. Sin autem crimen ſit, quod adverſus memoratas reverentiſſimas perſonas (33) referatur [34]: ſi quidem apud Epiſcopum aliquis accuſetur; & ipſe veritatem invenire potuerit: de honore, vel (35) gradu eum (36) ſecundum eccleſiaſticos canones reiiciat [37]. Et tunc (38) competens judex ipſum comprehendat, & ſecundum leges litigium diſcernens (39) finem ei imponat (40). Sin autem prius civilem Præſidem adeat accuſator, & crimen per legitimam diſceptationem [41] potuerit probare (42): tunc Epiſcopo locorum monumenta intimentur: & ſi ex ipſis cognitum fuerit propoſita crimina eum admiſiſſe: tunc ipſe (43) Epiſcopus locorum eum ſecundum regulas de honore, vel gradu [44], quem ſuſtinet, ſeparet: judex autem vindictam ei inferat legibus competentem. Sin autem putaverit Epiſcopus acta non juſte (45) conſtitiſſe: liceat ei honoris ſpoliationem differre, vel gradus: ut talis perſona ſub legitima cautela fiat; & ita ad nos cauſa per Epiſcopum, & judicem referatur: ut eam nos cognoſcentes, quod nobis juſtum fuerit viſum, hoc jubeamus. Si quis autem pro pecuniaria cauſa contra prædictas perſonas aliquam habuerit actionem; & Epiſcopus diſtulerit inter eos judicare: licentiam habeat actor civilem Præſidem adire: ſic tamen, ut accuſata perſona nullo modo cogatur fidejuſſorem [46] dare; ſed tantum promiſſionem ſine jurejurando cum hypotheca ſuarum rerum exponere. Sin autem pro [47] criminali cauſa accu-

(1) *Epiſcopi, presbyteri.* [2] *diacones, & ſubdiacones.* (3) *lectores, vel cantores, quos.* alii, *quos.* Anſelm. *lectores, cantores, quos.*
(4) *quoquo.* [5] *in ſua propria.* Anſelm. *in propriam poteſtatem.* [6] *leges in eis.* alii, *leges.* alii, *legem.* (7) *licet.*
(8) *fuerint.* (9) Anſelm. *poteſtatem.*
(10) *ut liberis.* Anſelm. alii, *ut liberis eorum.* (11) Anſelm. *legitimam, id eſt Falcidiam.* (12) *& diacones.* alii, *diaconi.*
(13) *domini.* [14] *& cæteri.*
(15) *honore.* & verſ. 22. (16) *prælati.*
(17) *re ſive pro.* (18) *ſive pro.*
[19] *dediſſe.*
(20) *rejecti.* [21] *clericos, vel monachos.* alii, *clericum, monachum.*
[22] *ſeu monaſtriam.* [23] *prius.*
(24) *& ille.* [25] *cauſam.* (26) *ſuo.*
(27) *calculo.* (28) *tradat.* (29) *in tali.*
(30) *Epiſcopali.* (31) *legum.* (32) *vel.*
(33) *perſonas.* (34) *inferatur.*
(35) *honore, &.* (36) *gradu.*
[37] *reiiciatur.* (38) *Sed & tunc.*
(39) *legitime diſcernat, &.* (40) *imponat.* alii, *rei imponat.* (41) *legitima diſceptatione.* [42] *probari.* (43) *tunc.*
(44) *& gradu.* [45] *recte.*
[46] *fidejuſſores.* (47) *Sin autem in.*

(*a*) Vide Auth. Presbyteros. *eod. tit.* Juliani verba refert Anſelm. Lucenſ. *lib.* 4. *c.* 55. decreti ex Novellis conſt. *c.* 461. Divus Gregorius *lib.* 11. *c.* 54. regiſtri, cujus verba Gratianus refert 11. quæſt. 1. *c.* 39. De perſona: aliquot verba hujus capitis, ſed non Juliani, refert. Videtur autem hoc *caput* 51. appellare, & quod nos *c.* 32. idem vocat 53. Hujus conſtitutionis titulum ſic ſcribit: *de ſanctiſſimis, & Deo amabilibus, atque reverentiſſimis Epiſcopis, clericis, & monachis. Imp. Juſtinianus Aug. Petro glorioſiſſ. Præſ. Præt.*
(*b*) Vidend. Authent. Presbyteri. *de Epiſc. & cler.* & Grat. 5. *quæſt.* 6. *c.* 3. *in fine.*
(*c*) Vide Auth. Si quis litigantium. C. *de Epiſc. aud.* Divus Gregorius hanc Novellarum conſtitutionem appellat ſub eo titulo, quem *capite* 30. retulimus; hoc vero ejus conſt. *caput* 53. Verba ab eo relata neque Juliani ſunt, neque barbari interpretis Authenticor.

UNED

cuſatio contra memoratas perſonas deponatur: ſub legitima cautela accuſata perſona fiat.

XXXIII. Si de negotio eccleſiaſtico (ideſt (1) canonico) cauſa emerſerit: non magiſtratus, ſed religioſus Epiſcopus ſecundum ſacros canones imponat negotio finem.

XXXIV. Si inter Epiſcopos ejuſdem concilii dubitatio emerſerit de eccleſiaſtico jure, vel de aliis negotiis: prius (2) metropolitanus eorum cum aliis quibuſdam concilii ſui conſiderans rem judicet. Et ſi non adquieſcet (3) utraque pars judicatis: tunc beatiſſimus Patriarcha illius regionis inter ipſos audiat: & quod eccleſiaſticis canonibus, & legibus noſtris conſentaneum ſit, hoc definiat (4); & nulla pars valeat calculo ejus contradicere.

XXXV. Si clericus, vel quis (5) alius contra Epiſcopum propter qualemcumque cauſam adire poteſtatem maluerit: prius metropolitanus eorum ſecundum ſanctas regulas, & noſtras leges negotium diſcernat: & ſi quis judicatis contradixerit, ad Patriarcham illius regionis res referatur: & ille ſecundum canones, & leges finem ei præbeat.

XXXVI. Si contra metropolitanum adire quiſpiam velit: regionis illius Patriarcha negotium diſcernat.

XXXVII. Quicumque Epiſcopus apud quemvis judicem accuſatus fuerit, omnino nullam neque fidejuſſionem, neque promiſſionem pro litigio facere compellatur: ſic tamen ut operam daret (6) intentiones (7), & cauſas actoris (8) diſſolvere.

XXXVIII. Œconomos, & xenodochos, & noſocomos, & ptochotrophos, & aliorum ſanctorum locorum adminiſtratores, & omnes clericos jubemus ſuper (9) adminiſtrationibus ſibi commiſſis apud proprium Epiſcopum, cui ſubjecti ſunt, reſpondere, & rationes ſuæ adminiſtrationis facere (10), & executionem (11) ſuſcipere, ſi quid (12) ab his debitum fuerit probatum [13]; ut hoc ei (14) loco reddatur, cujus ex adminiſtratione debitum apparuerit. Sin autem putaverint ſeſe (15) prægravatos; poſt exactionem metropolitanus rem diſcernat. Sin autem metropolitanus ſit, qui judicavit, & exegit; & ille, qui exactionem paſſus eſt, putaverit ſe læſum fuiſſe: adminiſtrationis illius, beatiſſimus Patriarcha rem diſcernat. Non enim concedimus antefatis perſonis in memoratis cauſis ante diſceptationem, & exactionem debiti ſuos Epiſcopos deſerere, & in alia pervenire judicia.

XXXIX. Si quis ex his, quibus adminiſtratio religioſi loci commiſſa eſt, ante quam rationes exponat, & debitam a ſe quantitatem exſolvat, deceſſerit: heredes ejus ſimiliter & rationibus & exactionibus ſubiiciantur.

XL. Si Epiſcopus, vel quivis clericus in civitate CP. inveniatur ex quacumque provincia; & aliquis voluerit adverſus eum actionem (16) movere; & ſi quidem [17] jam de re (18) litis conteſtatio facta eſt in provinciali judicio: ibi impleatur, (19), ideſt in ea provincia, in qua lis conteſtata eſt. Sin autem nondum cœpta eſt: apud eminentiſſimos tantum Præfectos Prætorio (20) Orientis judicium peragatur, vel apud eos judices, quos noſtra juſſio deputaverit.

XLI. Nullus apocriſiarius cujuſcumque eccleſiæ ſive in hac civitate degens, ſive apud Patriarchas (21), vel metropolitanos ab epiſcopo ſuo (22) miſſus pro ſuo Epiſcopo, vel pro negotio eccleſiaſtico; vel debito (23) publico, ſive privato aliquam actionem, vel (24) exactionem patiatur, niſi forte ei [25] mandatum eſt ab Epiſcopis, vel œconomis quoſdam convenire. Ipſis enim, qui conveniuntur, ſolis præſtamus (26) facultatem, ſi quas actiones habuerint (27) contra eccleſiam, vel Epiſcopos (28), adverſus apocriſiarios eas movere. Sed ſi (29) obligaverint ſe in eo tempore, quo apocriſiarii officium peragunt (30), ex his [31] cauſis actiones (32) ſuſcipiant.

XLII. Epiſcopi & clerici (33) pro civitate, vel eccleſia ſua legationis cauſa, vel conſecrationis Epiſcopi ſive in imperiali civitate, ſive in alio (34) quocunque loco pervenientes nullam moleſtiam, vel repulſam a quacumque perſona patiantur. Nam qui obnoxios eos (35) habere putaverint: poſtquam in provinciam revertantur, pulſare eos poterunt, nullo (36) eis præjudicio generando in temporali præſcriptione propter tempus, quod in tali profectione tranſactum eſt.

XLIII. Si quando cauſa emerſerit, ut admonitio, vel executio inferatur [37] pro pecuniaria cauſa [38] ſive publica, ſive privata clerico, vel monacho, vel monachæ, (39) vel cuicunque monaſterio (40) & maxime mulierum, (41) ſine injuria, & cum omni honore admonitio, vel executio (42) fiat. Monacha autem, vel aſcetria monaſterio, vel aſceterio non detrahatur (43): ſed procuratorem ab his præ-

(1) *vel canonico.* A. [2] *primus.* (3) *adquieſcat.* (4) *definiatur.* (5) *quivis alius.* (6) *det.* A. (7) *intentionem.* (8) *actionis.* (9) *de.* [10] *reddere.* A. (11) *negotiationem.* (12) *& ſi quid.* (13) *comprobatum.* (14) *hoc eidem.* (15) *ſe.* (16) *actiones.* (17) *ſi quidem.* (18) *de ea re.* A. (19) *experiatur.* (20) *Prætorii.* (21) *Patriarcham.* (22) *Epiſcopos.* (23) *pro debito.*

(24) *aliquam.* (25) *forte.* (26) *damus.* (27) *habent.* (28) *Epiſcopum.* A. (29) *Si tamen.* (30) *peragant.* (31) *& pro his.* (32) *actionem.* (33) *vel clerici.* (34) *in.* (35) *obnoxios.* [36] *nullum præjudicium.* (37) *adferatur.* (38) *cauſa, vel criminali.* A. [39] *monacho.* (40) *ex monaſterio.* (41) *mulieribus.* (42) *actio.* forte, *exactio.* [43] *detrahantur.*

UNED

præponi, qui pro negotio reſpondebit. Monachis autem liceat ſive per ſe, ſive per procuratores ſuos monaſterii, vel aſceterii cauſas peragere: ſciente eo (1), qui tranſgreſſus (2) fuerit hæc ſtatuta, ſive judex ſit, ſive executor litis; quod & cingulo ſpoliabitur, & pœnam quinque librarum auri præſtabit [3], quam debet exigere ab eo vir magnificus Comes Rerum Privatarum. Executor autem & periculum patiatur, & in exilium mittatur: religioſis locorum Epiſcopis proſpicientibus, ut nihil iſtis (4) contrarium fiat; vel ſi quid peccatum fuerit, ut prædicta coertio fiat. Præſide autem vindictam differente imponere, ad noſtram ſcientiam Epiſcopus referat.

XLIV. (*a*) Sportularum [5] nomine quæcumque perſona in quocunque eccleſiaſtico ordine (6) conſtituta, ideſt diaconus, & monachus, & aſcetria, & monacha pro quacunque criminali, vel pecuniaria cauſa cujuſcumque ſit quantitatis, ſive a clerico, ſive ab aliquo (7) militante admonitionem ſuſceperit, ſive in imperiali civitate, ſive in provinciis, in quibus degunt; non plus (8) quam quattuor ſiliquas præſtent (9). Si vero extra juſſionem ſive a Præſide, vel (10) a beatiſſimo Patriarcha miſſus (11) executor in alias cauſas admonitionem obtulerit alicui de memoratis perſonis: non ultra ſolidum accipiat. Sed etſi (12) plures pro una eademque cauſa conventi fuerint: non plus ſportularum nomine præſtent, quam ſi una perſona conventa fuiſſet.

XLV. Nullus Epiſcopus pro rebus eccleſiæ ſuæ executionem, vel moleſtiam patiatur. Sportulas autem nec pro ſuis negotiis admonitus præſtet. Actiones autem contra eccleſiam propoſitas œconomi ſuſcipiant, vel hi, qui in hac cauſa præpoſiti ſunt.

Si quis adverſus noſtra ſtatuta ſportulas exigere fuerit auſus, in duplum, quod accepit, præſtet ei, a quo exegit. Et ſi quidem militat, amittat cingulum: ſin autem clericus ſit, clero (13) expellatur.

XLVI. Presbyteris, & diaconis (14), & ſubdiaconis, & aliis in clero ſcriptis (15) non habentibus uxores ſecundum divinas regulas (16) interdicimus & nos mulierem [17] habere in ſua domo, excepta matre, & filia, & ſorore, & aliis perſonis, quæ (18) omnem querellam effugiunt. Si quis autem adverſus iſtam obſervationem mulierem in domo ſua habuerit (19), quæ (20) poteſt ei ſuſpicionem inferre turpitudinis: & ille a conclericis ſuis audierit cum tali [21] muliere non habitare (22); & noluerit eam a domo ſua repellere; vel accuſatore emergente probatus (23) fuerit inhoneſte cum tali muliere (24) converſari: tunc Epiſcopus ſecundum eccleſiaſticos canones de (25) clero eum repellat curiæ [26] civitatis, cujus clericus eſt, tradendus (27).

XLVII. (*b*) Nullus Epiſcopus cum muliere habitet penitus: nullam mulierem habeat. Sin autem probatum (28) fuerit hoc non obſervaſſe, Epiſcopatus honore reiiciatur: quia ipſe ſe indignum ſacerdotio oſtendit.

XLVIII. Caveant diaconiſſæ cum maſculis habitare, per quos inhoneſtæ vitæ ſuſpicio poſſit emergere. Sin autem hoc non obſervaverint: ſacerdotis, cui ſubjectæ ſunt, admonitione abſtineant converſatione maſculorum. Sin autem hoc (29) diſtulerint facere: eccleſiaſtico miniſterio, & ſuis ſalariis [30] careant, & monaſterio tradantur, & omnem vitam ſuam ibi peragant. Res autem earum ſi quidem liberos habeant: inter ipſas, & illos ſecundum numerum perſonarum dividantur: ut competens eidem mulieri portio monaſterio addicatur, & alat eam. Sin autem non habeat liberos: tota ipſius ſubſtantia inter monaſterium, ubi immiſſa eſt, & eccleſiam, in qua [31] prius fuerat, ex æqua (32) portione dividatur.

XLIX. [*c*] Si quis divinis myſteriis, vel aliis ſanctis miniſteriis celebrandis in ſanctam intraverit eccleſiam: & Epiſcopo, vel clericis, vel aliis miniſtris eccleſiæ [33] injuriam fecerit, jubemus eum tormentis ſubjectum in exilium mitti. Sed (34) ſi ipſa ſancta oratoria, vel divina (35) miniſteria conturbaverit, vel celebrari prohibuerit (36): capitali ſupplicio puniatur. Hoc eodem obſervando, & in litaniis, in quibus Epiſcopi, vel clerici inveniuntur: ut ſi quidem (37) contumeliam tantum fecerit: tormentis, & exilio (38) tradatur; ſin autem litanias conturbaverit; capitale periculum ſubſiſtat: eaque defendere volumus non ſolum civiles, ſed etiam militares judices.

L. Non liceat laicis litanias facere ſine Epiſcopo, & clericis, qui ſub Epiſcopo ſunt. Sanctas quo-

(1) *ſcientes eos.* (2) *tranſgreſſores erunt.* (3) *præſtabunt.* (4) *nihil.* (5) *Si quis ſportularum.* (6) *loco.* (7) *laico.* (8) *plures.* (9) *accipiat.* (10) *ſive.* (11) *miſſus eſt.* (12) *Et ſi.* (13) *e clero.* (14) *& diaconibus, & ſubdiaconibus.* alii, *diaconis, ſubdiaconis.* (15) *conſtitutis.* [16] *regulas.* (17) *mulieres.* (18) *quæ.* (19) *habuit.* (20) *cui poteſt ſuſpitio inferri.* alii, *quæ poteſt ſuſpitionem inferre.*

(21) *ut cum tali.* (22) *habitaret.* [23] *probatum.* alii, *accuſatus.* (24) *cum tali muliere vivere.* alii, *verſari.* (25) *a clero.* (26) *& curiæ.* (27) *tradat eum.* alii, *tradendo.* forte, *tradendum.* A. (28) *probatus.* [29] *autem.* (30) *ſuis beneficiis, & ſalariis.* [31] *ubi.* (32) *æqua.* (33) *miniſtris.* (34) *Et ſi.* (35) *vel.* (36) *noluerit, prohibueritve.* (37) *& ſi quidem.* (38) *ſubjectus exilio.* A.

(*a*) Vide Auth. Sed hodie. C. *de Epiſc. & cler.*
(*b*) Vide Auth. Epiſcopo. C. *eodem tit.*
(*c*) Vidend. Auth. Sed novo. *eod. tit.*

quoque cruces, quas in litaniis portant, in ſanctis locis reponi jubemus, & his [1] proferri, ſi litaniæ tempus vocaverit: eaque obſervent non ſolum antiſtites locorum, & clerici, ſed etiam magiſtratus. Si quis autem præſentis legis vim tranſgreſſus fuerit, vel vindictam imponere neglexerit: prædictas pœnas patiatur.

LI. Reſtat, ut de monachis dicamus. Igitur ſanctimus, ut abbas (2), ſive archimandrita ſingulis monaſteriis præponatur [3] non ſecundum gradus monachorum, ſed quem cuncti monachi, vel melioris opinionis conſtituti elegerint propoſitis ſanctis [4] evangeliis dicentes, quod non propter amicitiam, vel gratiam, ſed ſcientes eum fidei rectæ, & vitæ caſtæ, & adminiſtratione dignum, & potentem monachorum diſciplinam, & omnem monaſterii ſtatum utiliter cuſtodire, eum elegerint (5), & ſi ſic (6) electus fuerit modis omnibus confirmetur ab Epiſcopo, cui monaſterium ſubjectum eſt. Quæ autem de monaſteriis monachorum diximus, eadem teneant, & in monaſteriis, vel aſceteriis mulierum.

LII. Si quis monachus eſſe velit, ſi quidem notum ſit nulli condicioni ſubjectum eſſe: hegumenus monaſterii quando exiſtimaverit, habitum ei præſtet. Sin autem incognitus ſit, per tres annos habitum ei non præſtet; ſed experimentum, & probationem vitæ ipſius accipiat. Et ſi quidem intra triennium venerit aliquis dicens eum ſervum ſuum eſſe, vel adſcripticium, vel colonum; & ideo ad monaſterium veniſſe, ut culturam agrorum fugeret, vel propter furta, vel alia delicta in monaſterio [7] intraſſe; eaque fuerint probata: domino ſuo reddatur cum rebus (8), quaſi in monaſterio duxiſſe probetur (9), ut tamen prius fidem accipiat a domino ſuo, quod nihil patiatur. Sin autem intra triennium nemo ex prædictis (10) perſonis inquietaverit eum; & tranſacto (11) triennio probatum hegumeno oſtenderit: tunc accipiat habitum, & nemo eum poſtea pro condicione inquietet. Sic tamen ut res, quas in monaſterio (12) duxit, domino reſtituantur. Sin autem monaſterium reliquerit, & laicus fiat, & in civitate [13], vel in agris deambulet: ſuæ condicioni reddatur.

LIII. Monachi in una domo habitent, communiter alantur, in una domo ſemotim dormiant, niſi forte quidam ex his propter prolixam in monaſterio exercitationem ſemotim velint vivere, vel ſenectutis, vel corporalis imbellicitatis cauſa, in cœllulis quibuſdam intra monaſterium degerint: & hoc tamen non citra voluntatem hegumeni fiat, his omnibus & in monaſteriis, vel aſceteriis (14) mulierum obſervandis.

LIV. In nullo loco monachos & monachas permittimus unum monaſterium habere. Sed nec ea, quæ duplicia vocant; & ſi quid tale eſt: religioſus Epiſcopus mulieres quidem in ſuo loco ſtudeat (15) manere; monachos autem aliud monaſterium ædificare ſibi cogat. Sin autem plura ſint alia monaſteria: ſeparentur in aliis monaſteriis monachæ, & in aliis monachi; res autem, quas habent communes, ſecundum jura ſibi [16] competentia diſtribuantur. Quem autem monachæ presbyterum, vel diaconum elegerint, ut eum apocriſiarium habeant, vel ſanctam communionem ut eis adferat [17], religioſus Epiſcopus, cui ſubjectæ ſunt, deputet: ſi tamen & fidei rectæ, & vitæ bonæ fuerit (18). Sin autem is, quem elegerunt, neque presbyter, neque diaconus ſit; probatus tamen in caſtitate & fide: conſecret eum Epiſcopus in illa conſecratione, qua dignus ſit, & fiat apocriſiarius, & ſanctæ communionis miniſter, ſic tamen ut nec ipſe habeat licentiam, quamvis ita (19) electus eſt, in monaſterio mulierum permanere.

LV. [a] Si quis ſub condicione nuptiarum, vel liberorum, vel dotis cauſa, vel ante nuptias donationis donaverit, vel reliquerit ſuis liberis, vel aliæ [20] cuicumque perſonæ hereditatem, vel legatum: vel ab initio pure reliquerit, vel donaverit: ſubſtitutiones autem, vel (21) reſtitutiones eis fecerit ſub condicione quacumque ex his, quæ prædicta ſunt: jubemus talibus condicionibus ſubjecti (22) tam maſculi [23], quam fœminæ ſi in (24) monaſterium intraverint, vel clerici, vel diaconiſſæ, vel aſcetriæ fuerint: tales condiciones irritas, & pro non ſcriptis eſſe. Hoc autem auxilio clerici & (25) diaconiſſæ eccleſiarum fruantur (26) ſi in eadem vita perſeveraverint; & ea, quæ ſic eis donata, vel relicta fuerint (27), in pias cauſas conſumpſerint, vel donaverint, vel reliquerint. Nam de his, quæ in (28) monaſterium, vel aſceterium intraverint, certa forma (29) eſt, ut totum patrimonium eorum, vel earum (30) hujuſmodi rebus ad monaſterium, vel aſceterium pertineat. Sin autem ad redemptionem captivorum, vel alimoniam (31) ſubſtitutio, vel reſtitutio facta eſt ſub antefatis condicionibus:

(1) *& ex his.* (2) *abbates, ſive archimandritæ.* [3] *præponantur.* (4) *ſacroſanctis.* (5) *elegerunt.* [6] *& ſi.* (7) *monaſterium.* A. & verſ. 36. (8) *cum ea re, quam.* (9) *probatur.* (10) *ſupraſcriptis.* (11) *& hic tranſacto.* (12) *monaſterium.* forte, A. (13) *ut in civitatibus magis.* (14) *& in aſceteriis.* (15) *ſtatuat.* [16] *eis.* (17) *adferat.*

(18) *ſit.* (19) *ſit electus.* (20) *alii.* (21) *autem, &.* alii, *vel.* (22) *ſubjectis.* alii, *ſubiici.* [23] *tam maſculis, quam feminis.* alii, *ſive maſculi ſint, ſive feminæ.* [24] *ſi.* [25] *clerici, vel.* [26] *fungantur.* [27] *fuerunt.* (28) *quæ.* (29) *forma conſtituta.* [30] *eorum.* (31) *alimonias.*

(*a*) Vide Auth. Niſi rogati. C. *ad S. C. Trebell.*

UNED

bus: ex nullo modo prædicto recludi [1] eam concedimus.

LVI. (*a*) Si mulier, vel vir ad ſolitariam vitam tranſierit, & liberos non habeat: res ejus monaſterio competant, in quo (2) intravit. Sin autem talis perſona liberos habeat: liceat ei ſubſtantiam ſuam liberis (3) ſuis diſtribuere: ſic tamen ut nulli eorum legitimam portionem deminuat; & ſibi retineat [4] unius filii partem [5] ad monaſterium ſcilicet perventuram (*6*). Quod ſi ante quam deliberet [7] inter liberos [8] ſuos propriam ſubſtantiam, in monaſterio deceſſerit: ſola legitima portio liberis ejus (*9*) deferatur.

LVII. Si ſponſalia legitime (10) inter ſponſum & ſponſam contracta fuerint: deinde antequam nuptiæ celebrentur; ſponſus, vel ſponſa intraverit in [11] monaſterium: id, quod arrarum nomine datum eſt, in ſimplum tantum reddatur, (12) & pœna utrique parti remittatur.

LVIII. Si conſtante matrimonio ſolus vir, vel ſola uxor ad ſolitariam vitam tranſierit, & monachicum [13] habitum acceperit; hoc ipſo matrimonium diſſolvatur etiam nullo repudio miſſo. Et ſiquidem ſolus vir monachus factus eſt: reddat mulieri dotem, & quidquid aliud (14) ab ea ſuſceperit, & propter nuptias donationis tantam partem, quantam mulier accepiſſet ex morte mariti ſecundum dotalium inſtrumentorum tenorem. Sin autem mulier monacha facta ſit (15): maritus quidem retineat nuptialem donationem, mulier autem recipiat dotem ſuam, excepta illa portione, quæ apud maritum ex morte mulieris ſecundum pacta dotalia reſidere debet. Sed & quidquid aliud mulier apud maritum habuerit, reſtituatur eidem mulieri. Quod ſi utraque perſona ſolitariam vitam elegerit: unaquæque pars (16) ſuas res accipiat; & nemo nihil neque (17) lucretur, neque detrimentum ſentiat. Sed maritus quidem retineat propter nuptias donationem, mulier autem recipiat dotem ſuam (18), & quidquid aliud marito dediſſe probetur (19). Hæc (20) omnia tam de ſponſo, quam de ſponſa, & viro (21) & uxore ſtatuta ſunt: niſi altera pars alteri quippiam donare, vel concedere velit.

LIX. (*b*) Non liceat parentibus liberos, vel 19.q.3.c.ult. liberis parentes ab hereditate ſua (22) repellere monachos factos; quamvis dum laici fuerint (23) in cauſam ingratitudinis inciderint [24].

LX. Non liceat parentibus liberos ſuos ad ſo- Ibid. litariam vitam tranſeuntes abſtrahere de monaſteriis (25).

LXI. Si quis monaſterium ſuum reliquerit & ad aliud monaſterium tranſierit: res ejus priori monaſterio, in quo [26] ante intraverat (27) competant.

LXII. Agant ſollicitudinem Epiſcopi, ut neque monachi, neque monachæ in civitatibus ambulent: ſed ſi quas habent neceſſarias cauſas, eas agant per apocriſiarios ſuos, vel ipſi (28), vel ipſæ in monaſteriis permanentes.

LXIII. Si monachus laicus factus fuerit; honore, & cingulo (29) ſpolietur, & res ejus monaſterio addicantur, quod ab eo relictum eſt, inſtante Epiſcopo loci, & præſide provinciæ; ipſe quoque in monaſterium mittatur. Quod ſi iterum monachicam (30) vitam reliquerit: tunc eum Præſes provinciæ, in qua inventus ſit, teneat, & taxeotis ſuis connumeret.

LXIV. (*c*) Si quis rapuerit, vel ſollicitave- 27.q.1.c.30. rit, vel corruperit aſcetriam (31), vel diaconiſſam, vel monaſtriam [32], vel aliam mulierem (33) religioſam (34) vitam, vel habitum habentem: bona ipſius, & eorum, qui hujuſmodi (35) ſceleris communione contaminati ſunt, a religioſo (36) loco vindicentur, in quo talis mulier habitat, per religioſos Epiſcopos, & œconomos, & præſides [37] provinciarum, & officiales eorum: ipſi autem capitali periculo [38] ſubjiciantur. Mulier autem ubique inveſtigetur; & cum ſuis rebus monaſterio cautiori tradatur (39). Sin autem diaconiſſa fuerit liberos habens legitimos: pars legitima liberis ejus legitimis (40) præſtetur. Quod ſi intra annum poſt cognitum tale ſcelus hujuſmodi res a religioſis (41) locis non vindicentur: Comes (42) Privatarum rerum hæc (43) noſtro fiſco addicat (44). Præſes autem provinciæ, ſi vindictam tali [45] crimini imponere ſuperſederit, & cin-

(1) *reduci.* (2) *in quod.* A. (3) *inter liberos dividere.* alii, *inter filios dividere.*
[4] *remaneat.* (5) *pars.* (6) *perventura.*
(7) *divideret.* forte, A. (8) *filios.*
(9) *liberis.* [10] *legitima.* (11) *intraverit.* [12] *reddatur.* (13) *habitum monachi.*
[14] *aliunde.* [15] *facta fuerit.*
(16) *perſona.* (17) *nihil.* (18) *dotem.*
(19) *probatur.* (20) *Hæc autem.* A.
(21) *& ſponſa, quam de marito.*
[22] *hereditate.* (23) *fuerant.* Grat. alii, *fuerunt.* (24) *inciderunt.* Grat.
(25) *monaſterio.* (26) *in quod.* A.

(27) *introierat.* alii, *intravit.* (28) *ipſi.* A. alii, *vel Epiſcopi.* (29) *cinguli.*
(30) *monaſticam.* (31) Ivo, *matricuriam.*
(32) Grat. *monacham.* (33) *etiam feminam.* Ivo. (34) Ivo, *religioſum habitum habentem, vel religioſam vitam ducentem.* alii, *religioſam vitam bonam, vel habitum habentem.* (35) *hujus.* [36] *religioſo.* Ivo.
(37) *& per præſides.* Ivo. (38) *ſupplicio.*
[39] *tradatur per Epiſcopum.*
(40) *ejus.* Grat. (41) *religioſis.* (42) *per Comitem.* (43) *hæc.* [44] *addicantur.*
[45] *talis criminis.*

[*a*] Vide Auth. Si qua mulier. C. *de ſacroſ. eccl.* cujus verba refert Grat. 19. *quæſt.* 3. *c.* 9. Si qua.
(*b*) Refert Grat. *d. quæſt.* 3. *c. ult.* In libro veteri Juliani And. Alciati hæc capita deerant, ſed non ſola. Id occaſionem ei dedit negandi, Juſtinianum ea conſcripſiſſe, quæ Gratianus affirmaverat.
(*c*) Refert Ivo *parte* 7. *c.* 143. decreti, at Nov. conſtit. 11. & Grat. 27. *quæſt.* 1. *c.* 30. Si quis rapuerit.

UNED

gulo careat, & pœnam quinque librarum auri dare (1) fiſci juribus (2) compellatur.

LXV. Non liceat laico, præſertim ſcenicis viris, & mulieribus, & proſtitutis habitu monachi, vel monachæ, vel aſcetriæ uti, vel quocumque modo imitari; nec in qualemcumque eccleſiaſticum ſtatum liceat illudere. Si quis enim auſus fuit (3) aliquid facere contra: & corporales (4) pœnas ſubſiſtat, & exilio tradatur. Hæc autem ad curam, & ſolicitudinem Epiſcoporum, & clericorum, qui eis ſubjecti ſunt, & judicum tam civilium, quam militarium, & officiorum, qui eis obtemperant, & defenſorum civitatum pertineant (5).

Pœnæ, quæ præſenti lege continentur, ſi quidem prioribus quoque legibus cognitæ ſunt, exerceantur non ſolum in futuro, ſed etiam in præterito tempore. Si quæ autem in hac lege per innovationem poſitæ (6) ſunt, in futuris tantum temporibus cuſtodiantur.

NOVELLA CXXIV. (a)

I. (b) QUotienſcumque apud quoslibet judices lis aliqua inchoatur, vel appellationis examen agitur: oportet, & ipſas principales perſonas litigantium, vel eos, ad quos pendente adhuc judicio cauſa translata eſt, in ipſo diſceptationis exordio tactis ſacroſanctis ſcripturis ſacramentum præbere, quod nihil penitus judicibus aut patrocinii cauſa ipſis, vel alii cuicumque perſonæ pro hac cauſa quolibet modo dederunt, aut promiſerunt, aut poſtea dabunt, vel per ſe, vel per interpoſitam perſonam, exceptis his rebus, quæ propriis advocatis pro patrocinio præſtant, vel aliis, quibus ex legibus aliquid dare permittitur. Sed & ſi in ſacro auditorio conſultatio celebratur: debent ſub præſentia ſenatorum hoc idem partes jurare. Quod ſi forſitan aliqui ex litigatoribus non poſſunt ad judices pervenire: præſentes quidem litigatores ſimiliter jurare debent, ad abſentes vero ex officio deſtinari oportet competentes perſonas una cum adverſariis, ut præſentibus eis ſimili modo jusjurandum detur: niſi forſitan pro adverſaria parte mulier ſit honeſtiſſima; quæ ſe non ſoleat extraneis viris oſtendere. Etenim ſub præſentia tantum officialium, qui miſſi ſunt, non etiam adverſarii credere debent ſacramentum. Quod ſi uterque litigatorum, vel alteruter abſens fuerit: oportet eum, qui abſens eſt, in ea provincia, in qua degit, inter acta apud judicem ejuſdem provinciæ, vel Defenſorem idem ſacramentum præſtare. Quod ſi præſens, vel abſens litigator noluerit tale jusjurandum ſubire; & hoc judici manifeſtum fuerit: ſiquidem actor eſt, condemnabitur, quatenus ab actione ſua cadat: ſin vero reus eſt, qui jurare non vult, condemnabitur in ea quantitate, in qua conventus eſt. Plane ſi confeſſus ſit litigator aliquid dediſſe, vel promiſiſſe, & perſonam dixerit, cui dedit, aut promiſit; & hoc ipſum probaverit: a prædicta pœna immunis erit, cum veniam mereatur. Is autem, qui convictus erit ſub tali delicto: ſi quidem in pecuniaria cauſa, ſpoliabitur magiſtratus ſui poteſtate; & ejus quidem, quod accepit, triplum fiſco reſtituat; ejus vero, quod ei promiſſum eſt, duplum fiſco præſtabit. Sin autem criminalis ſit cauſa: publicabitur, & in exilium mittetur. Quod ſi litigator non potuerit oſtendere id, quod datum, vel promiſſum eſt: oportet eum, cui datum, vel promiſſum dicitur; jurare, quod neque per ſe, neque per quamlibet aliam perſonam datum ſibi aliquid, vel promiſſum eſt. Ita enim ipſe quidem pœnam evitabit; litigator vero, qui non potuit eum convincere, ſi quidem pecuniaria cauſa ſit, æſtimationem litis fiſco noſtro præſtabit; lis autem cepta legitimo modo determinetur. Quod ſi criminalis fuerit cauſa: bona ejus publicentur omnia, cauſa vero ſimiliter legitimum finem accipiat apud competentes judices. Quod ſi recuſet dare jusjurandum is, cui dicitur datum aliquid, vel promiſſum fuiſſe: eiſdem pœnis ſubiicitur. Enim vero ſi litigator ſacramentum dederit, quod neque promiſerit, neque dederit aliquid; & poſt ſententiam intra quattuor menſes convictus fuerit pejeraſſe: veniam nullam merebitur. Sed eiſdem pœnis tam ipſe, qui dedit, quam ille, qui accepit, ſubiicietur. Quod ſi per tutorem, vel curatorem lis exerceatur; jusjurandum quiſdem ipſi præſtare neceſſe habebunt: alioquin eiſdem pœnis ſubiiciuntur. Minoribus vero nullum præjudicium ex hoc generabitur.

II. Neque civilis, neque militaris judex in quacunque provincia permittere debet executoribus litis ultra modum legitimum ſportularum a quacunque perſona capere aliquid, vel exigere, ſive magiſteriani, ſive præfectiani, vel etiam ex divina juſſione dati ſunt executores. Quod ſi invenerint aliquem amplius exegiſſe: debent eundem conſtringere, vel includere; & quod amplius exegerint, in quadruplum ab eo repetere. Et ſimplum quidem ei, ex quo exactum eſt, reſtituere; triplum vero fiſco inferre. Quod ſi de hoc interpellatus judex eum, qui ſuper exactus eſt, audire noluerit: quadruplum de

[1] *dare.* (2) *rationibus.*
(3) *fuerit.*

(4) *corporalem pœnam ſuſtineat.*
(5) *pertinent.* [6] *impoſitæ.*

(a) Hæc eſt in libro Authent. conſtit. 5. collat. 9. tit. *Ut litigantes jurent in exordio litis &c.* Hanc utraque lingua edidit Haloander.

(b) Videndæ Authent. Principales . C. *de jurejur. prop. calumn.* & Auth. Novo jure. *C. de pœna jud. qui male jud.*

de ſuo fiſco præſtare. Idem eſt autem & ſi de officio ejus ſit exactor.

Qui ſupra legitimum modum ſportulas exigit: jure litis executori reſiſtet.

III. Lex, quæ poſita eſt in primo libro Codicis, qua cavetur, ne judices ex ſuis ſententiis pronuntient; quod ex divina juſſione ſine ſcriptis habita præcipimus aliquem exhiberi, ſive deduci; in ſuo robore cuſtodiatur.

Viri Spectabiles referendarii competentes divinas juſſiones judicibus debent inſinuare. Cum autem ad divinas aures cauſas referunt: nullus eorum poterit neque per ſe, neque per alium quemlibet tenere aliquem, vel fidejuſſores deſiderare, vel aliquid exigere, vel compellere, quod tranſactionem, vel pactionem aliquam cum adverſario ſuo faciat. Nullatenus enim in qualibet cauſa ſe immiſceat; ſed tantum unuſquiſque divinas juſſiones vel ſcriptis, vel ſine ſcriptis in quacumque cauſa prolatas competentibus judicibus inſinuare debebit. Quod ſi qui contra hæc fecerint; is, qui detrimentum paſſus eſt, vel circumſcriptus, nullum præjudicium circa jura priora ſuſtinebit: qui autem ei detrimentum intulit, hoc per competentem judicem reſarcire ei compellitur.

NOVELLA CXXV. (*a*)

JUdex ſententiam definitivam ex ſuo arbitrio conſentaneam legibus promat: & non utatur indicatione ad noſtram clementiam, nec referat. Sed quod ſibi viſum fuerit legitimum, dicat; poſtquam perfectiſſime de lite cognoverit. Quæ ſimiliter obtinere jubemus, ſive unus, ſive duo, ſive plures judices fuerint cauſæ cujuſcunque cognitores (1).

NOVELLA CXXVI. [*b*]

I. INvenimus Quæſtorem, & Præfectum Prætorio (2) per Orientem in ſacro auditorio iiſdem interlocutionibus uti, quibus nos utimur. Dicebat enim *Noſtra ſerenitas*, *& noſtra pietas*, *& noſtra manſuetudo* (3): & advocati iiſdem vocibus ad eos utebantur; & veſtitu (4) eodem omnes ornabantur, quo tantum uti apud (5) Principem licet. Nos autem Quæſtorem quidem cum Præfecto confidere; & tales cauſas audire, & legitimos calculos proferre; & conſueta ſcrinia in talibus cauſis ſuum miniſterium præbere permittimus. Illa autem illicita verba, & veſtitum vindicare ſibi nulli concedimus. Sin autem hoc fiat (6): majeſtatis crimine temeratores obnoxii ſunt.

II. In omnibus provocationibus hoc obtinere [7] jubemus, ut appellatione facta intra tempus ſtatutum, ſi utraque pars fatalem diem obſervaverit: ſine dilatione judices & ea (8), quæ acta ſunt, perſcrutentur, & legitimum calculum proferant. Quod ſi ſolus, qui appellavit, intraverit [9]: judices expectent uſque ad ultimum fatalem diem [10]; & ſi is, qui vicit, non inveniatur: perſcrutentur acta, & finis legitimus ſequatur. Quod ſi victor intraverit (11), & is, qui appellavit, requiſitus non inveniatur: expectent judices non ſolum ultimum fatalem diem: ſed etiam tempus reparationis, ideſt tres menſes. Quod ſi is quoque (12) tranſactis qui (13) provocavit, non inveniatur: nullatenus temporis curſu calculus [14] confirmetur. Sed ex una [15] parte judices perſcrutentur acta prioris judicii (16): & ſi quidem recte pronuntiatum eſt, confirmare [17]. Quod ſi aliquid non recte ſe habeat: hoc corrigere, & legitimum calculum proferre (18). Semel autem appellatione intra fatales (19) dies, vel ab una (20), vel ab utraque parte introducta, nullatenus biennalis temporis tranſactione primus calculus confirmetur; ſed veritas, & juſtitia perſcrutetur (21), & finis legitimus talibus cauſis imponatur, ſive una, ſive utraque parte præſente. Et propter hoc jubemus in talibus cauſis non in primo introitu omnes cognitiones referri, ſed ſingulas propriam diem habere perſcriptam (22).

III. Omnes judices legibus non interdictam provocationem intra ſtatutos dies recipere non recuſent; intra triginta autem dies, poſtquam provocatio porrecta eſt, acta cum ſua ſubſcriptione litigatoribus dare [23]: ut illi apud competentem judicem ea (24) intimare poſſint. Si quis autem judicum [25] hoc facere diſtulerit: calculus quidem temporis tranſactione non confirmabitur; ipſe autem judex, qui ea non obſervabit, [26], & qui miniſterium ei præbent, omne damnum, quod litigator paſſus fuerit, actis ei non editis: de ſuis ſubſtantiis reddere compellantur, & denas auri libras pœnæ nomine noſtris privatis inferendas (27) exſolvant.

NO-

(1) *fuerint.* (2) *Prætorii.* (3) *manſuetudo, & devotio.* (4) *veſtimento.* (5) *uti.* (6) *faciant.* (7) *obtinere.* (8) *ea.* (9) *intravit.* (10) *fatalem.* (11) *intravit.* (12) *his.* (13) *is, qui.* A. (14) *calculi confirmantur.* (15) *ex utraque.*

(16) *judicis.* (17) *confirment.* A. (18) *proferre debent.* A. (19) *diem fatalem.* (20) *ab una.* (21) *perſcrutentur.* alii, *præſtetur.* (22) *præſcriptam.* (23) *edantur.* (24) *eam.* (25) *autem.* (26) *obſervaverit.* (27) *privatis deferendas.* alii, *privatis ferendas.* alii, *privatis.*

(*a*) Hæc conſt. 4. collat. 9. tit. *Ut judices non expectent ſacras juſſiones.* Eam Haloander græce, & latine edidit. Vide Auth. Novo jure. C. *de relation.*

(*b*) Hæc non extat in libro Auth. Sed eam græce, & latine Haloander ſub titulo: *Exemplum ſacræ formæ de appellationibus.*

UNED

NOVELLA CXXVII. *(a)*

I. *(b)* SAnctimus ex hoc tempore ſi quis inteſtatus deceſſerit fratribus derelictis (1) ex utroque parente ſibi copulatis, & filio ex fratre ante mortuo, qui & ipſe ex utroque parente ei (2) copulabatur (3); & aliquo ex perſonis aſcendentibus: ſimul omnes ad hereditatem vocari; & aſcendentes perſonas non impedire fratris filios ad hereditatem defuncti capiendam. Et ut ſimpliciter dicamus; quem dedimus eis ordinem aſcendentibus perſonis non ſuppoſitis eundem eis præſtamus, & ſi parentes exiſtant ejus (4), de cujus hereditate agitur.

II. [*c*] Si propter nuptias donatio quingentorum ſolidorum quantitatem excedat, intimari eam jubemus monumentis publicis (5) celebrandis in hac quidem Regia civitate apud Magiſtratum Cenſus, in provinciis autem apud Defenſores civitatum, vel apud quos hujuſmodi (6) monumenta agi poſſibile eſt. Sin autem non inſinuentur; ſit quidem (7 ex parte mulieris propter nuptias donatio valida (8), ex parte autem mariti irrita (9). Et ideo matrimonio ſoluto mulieri quidem ante nuptias donatio ſive ex toto, ſive ex parte ſecundum quod caſus tulerit, ſine ullo obſtaculo competat; marito autem dotis retentio ſive ex parte, ſive in totum ſecundum eventus qualitatem nullo modo concedatur. Quia in poteſtate ejus fuerat propter nuptias donationem ultra quingentos ſolidos conſtitutam actis inſinuare. Et ideo periculum non intimatæ propter nuptias donationis ad ipſum non ad mulierem reſpiciat.

III. (*d*) Si mulier a marito [10] ſuo defraudata ad ſecundas non pervenerit (11) nuptias: habet quidem ante nuptias donationis uſumfructum, ſecundum quod jam diſpoſuimus. Lucretur autem & portionem (12) proprietatis tantam, quantam numerus liberorum ei (13) concedit; ut ipſa quoque pro uno filio habeatur. Quod autem de maritibus diximus: hoc & [14] de patribus intelligendum eſt, & de aliis perſonis aſcendentium, (15) quæ non ad ſecundas nuptias pervenerint.

IV. In ſuperioribus poſita eſt Conſtitutio, qua cavetur; ne uxor (16) maritusve ſine cauſa eidem Conſtitutioni cognita matrimonium diſſolvere audeat (17). Quod ſi hoc auſi fuerint facinus perpetrare: pœnis quibuſdam eos ſubjecimus (18). In ipſis (19) autem pœnis relevavimus (20) maritum, graviore animadverſione mulieribus impoſita. Sed hanc legem merito corrigentes jubemus eiſdem pœnis temerarios maritos ſubiiciendos eſſe, quæ mulieribus diſſidii (21) ſine cauſa legitima cupidis imminere [22] noſcuntur: ut in pari delicto par pœna utroſque comitetur.

NOVELLA CXXVIII. *(e)*

I. OPortet per ſingulos annos menſe Julio vel Auguſto particulares delegationes tributorum proximæ futuræ indictionis apud Præfectos Prætorio uniuſcujuſque diœceſeos apud acta manifeſtari ſignificantes tam quantitatem eorum, quæ in ſpecie, vel in re penſitanda ſunt ab unaquaque provincia ſive civitate pro ſingulis jugeribus ſive centuriis: quam æſtimationis ſpecierum, quæ in ſingulas provincias erogatæ ſunt, & quæ in arca inferendæ ſunt: ita ut tales delegationes dirigantur judicibus ſingularum provinciarum initio uniuſcujuſque indictionis. Judices autem provinciæ præponant ea in civitatibus intra Septembrem * menſem; ſed exemplaria eorum volentibus edantur a Præfectis Prætorio. Quod ſi antequam intimentur, ſicut diximus in alios titulos, & non in eos, quos continet anni particularis delegatio; tributorum quantitas erogata ſit: id quod expenſum eſt, reputari debebit in tributis ejuſdem indictionis. Quod ſi intra præfinitum tempus non ſint deſtinatæ prædictæ delegationes. Præfectus quidem pro tempore triginta librarum auri pœnam præſtabit. Tractatæ vero ejuſdem provinciæ viginti librarum diſpendio multantur. Judex autem, qui deſtinatam delegationem minime propoſuerit: decem libris auri damnificabitur, amiſſionem cinguli quoque patietur. Officium autem ejus quinque libras auri præſtabit.

* vel Octobrem *add. Pith. & Auth. libri.*

II.

(1) *relictis.* [2] *utraque parte.* alii, *utroque parente.* (3) *copulatur, vel.* alii, *copulabatur, vel.* (4) *ejuſdem, de cujus.* alii, *cujus de.* [5] *poſt hac.* [6] *hæc.*
(7) *ſi quidem.* (8) *valeat.* (9) *irrita ſit.*
(10) *marito.* (11) *venerit.* (12) *portionem.* (13) *liberorum quantitas.* alii, *numerus liberorum ejus.* (14) *hoc.* (15) *aſcendentibus.* (16) *ne uxori maritus, vel marito uxor.* alii, *ne uxor marito, ſive maritus uxori.* (17) *audeant.* A. (18) *ſubiicimus.*
(19) *Ipſius.* A. (20) *relevamus.*
(21) *nitentibus diſcedere.*
(22) *imminere.*

(*a*) Eſt in libro Auth. conſt. 7. collat. 9. tit. *Ut fratrum filii ſuccedant pariter &c.* Hanc non habuit græcam Haloander; ſed quod in aliis quibuſdam evenit, inſertam edidit conſtitutioni 118. & 119. ut in Baſilicis fortaſſe nactum prius fuit ſic in Nov. 1. ſunt quædam addita ex Nov. 18. & in Nov. 23. ex Nov. 137. Melius exemplar factus eſt Hen. Scringerus, qui hanc edidit græce, & latine Agylæus, qui detegit hoc errorum genus Noricæ editionis. In Baſilicis hanc conſt. non extare notatum a græcis eſt.
(*b*) Vide Authent. Ceſſante. C. *de legit. hered.*
(*c*) Vide Authent. Eo decurſum. C. *de don. ante nupt.*
(*d*) Vide Auth. Si tamen. C. *de ſecund. nupt.*
(*e*) Hæc in lib. Auth. eſt conſt. 14. collat. 9. tit. *de collaterib. & aliis capitulis.* Eam utraque lingua Haloander edidit.

UNED

II. Illationes ſpecierum intra exordium uniuſcujuſque indictionis fieri oportet. Ea autem quæ in ære penſitantur, ſecundum conſtituta tempora exſolvi debebunt.

III. Exactores tributorum plenarias vel ſecuritates, ſive apochas penſitantibus faciant; per quas ſignificent non ſolum quantitatem pecuniarum, vel ſpecierum ſuſceptam. Sed & numerum jugerorum, vel centuriarum; & nomina poſſeſſionum, pro quibus prædicta tributa ſuſceperunt. Quod ſi aliter fecerit quis, decem librarum auri multa feriatur, & punietur. Judex vero, ſi pro hoc interpellatus neglexerit; decem libras auri pœnæ nomine dabit.

IV. Si quis de collatoribus tributorum exigatur, dubitet autem de modo poſſeſſionis, cujus nomine tenetur; vel de ipſa quantitate tributorum: compellere debet judex, vel Epiſcopus ejuſdem loci cenſualem proferre publicam deſcriptionem; & ſecundum eam tributa perſolvantur.

V. Nolumus collatores compelli ad denominandos ſuſceptores eorum, quæ in ære in unaquaque civitatum penſitant. Sed ſive judex ſit, ſive curialis, ſive vindices, vel canonicarii, ſive alii fuerint, ad quos publicæ exactionis periculum reſpicit: ipſi ſuo periculo ſuſcipiant tributa, & erogent.

VI. Jubemus per ſingulas provincias canonicarios deſtinari; qui tributa periculo nominatorum exigere debeant: Expelleutas autem nullo modo cum eis tranſmittimus. Sin autem canonicarius, qui miſſus eſt, minus idoneus apparuerit: ſub modo eo alius loco ejus ſubrogetur: Expelleuta vero nequaquam mittatur. Sint autem canonicarii ſolatiis ſibi conſtitutis contenti; nec aliquod detrimentum collatoribus inferatur.

VII. Si quis poſſeſſor deſertum agrum ejuſdem ſubſtantiæ coactus fuerit ſuſcipere: ex eo tempore tributa ejuſdem agri debet adgnoſcere, ex quo ſuſcepit eum. Suſcipere autem non aliter deſertum agrum compellatur, niſi de hoc apud judicem provinciæ ſcriptis quæſitum fuerit, & ab eo pronuntiatum ſit. Si tamen quem judex ſuſcipere deſertum agrum decreverit: appellari poſſit contra ſententiam ejus; ſi ſibi videatur injuſta. Appellationis autem judicium apud Præfectum Prætorio terminetur.

VIII. Quotiens dominus alicujus poſſeſſionis non apparet; vel ſolvendo non eſt; ut neceſſitas fiat impoſitionis: oportet confeſtim eandem poſſeſſionem conjungere ejs, qui de eodem patrimonio agros poſſideant cum inſtructo, inſtrumentoque ſuo, & omnibus aliis, quæ in eadem poſſeſſione reperiuntur; qui prædictam ſuſcipere poſſeſſionem cogantur, vel alio modo impoſitio, ſive injectio differatur. Convenit apud judicem provinciæ inter acta referri qualitatem, ſive ſtatum ejus poſſeſſionis; & omnia, quæ in ea reperiuntur: ut ita ea excipiant curiales, ſive exactores, vel vindices, vel officiales; quatenus ſi poſtea inventus fuerit, cui legitimo modo adjungi debeant: quidquid deminutum fuerit a prædictis perſonis; de ſua (1) recipiatur.

IX. Nihil eorum nomine, quæ παραπομπικὰ dicimus collatores exigantur pro his, quæ (2) in aere, vel ſpeciebus perſolvant. Sed nec aliud, quam præter conſuetudinem antiquam dependere cogantur.

X. Hi, qui ad tributa exigenda deſtinantur, non aliter exactionem facere permittantur, niſi prius apud judicem ejuſdem provinciæ inſinuaverint juſſiones ſuper exigendis tributis ſibi datis. Nihil autem periculi, vel detrimenti collatoribus tributa ſolventibus ingerant. Hoc autem & in privatis exactionibus obſervare [3] placet.

XI. Cui publica tributorum exactio commiſſa eſt, privati exactionis non capiat auctoritatem.

XII. Si tributorum debitor habeat debitorem: non aliter debitor ejus pulſari debet, niſi ipſe debitor principalis primum non ſolvendo apparuerit: tunc ſecundus debitor ſecundum jus conveniendus eſt. Si quis autem aliter exactionem fecerit: cingulo militiæ privatus publicabitur; & in exilio (4) mittetur. Judex autem, qui eum permiſit, exactione decem librarum multam ſuſtinebit; quinque vero libras auri officium ejus præſtabit.

XIII. Nulli liceat tributorum exactori, vel cenſuali, vel logographis, vel aliis, qui publicis functionibus miniſteria præbent, collatores lædere, vel fines capere ſanctorum locorum contra eos, qui ſe læſos eſſe queruntur.

XIV. Nullus pro tributis earum terrarum nomine, quas non poſſidet, conveniatur. Nam ſi coloni, vel adſcripticii ſuam terram poſſideant: oportet & eiſdem tributa præſtare, niſi forte ſponte dominus penſitationem eorum cognoverit.

XV. Qui tributa exigunt, juſtis ponderibus & menſuris uti debent, ut nec pro hoc collatores lædantur. Quod ſi putaverint collatores fieri ſibi læſionem: ſpecierum quidem menſuras & pondera a Præfectis Prætorio accipere debent. Auri autem, vel argenti, vel aliorum metallorum pondera a Comite ſacrarum largitionum deſiderant. Quæ omnia in eccleſia uniuſcujuſque civitatis conſerventur: & ſecundum ea & illationes tributorum, & militares vel alios ſumptus faciant.

XVI. Exactores tributorum nullam communionem (5) in civilibus pecuniis, quæ ad operas, vel ad frumentum, vel aquæductum, vel ad ſalaria, vel ad ſollemnes cauſas civitatis deputatæ ſunt. Sed nec retinere aliquid ex eis audeant, vel quas † quod (6) ſine ulla deminutione

ne

(1) forte, *de ſuo.* A. [2] forte, *pro hiſque.* A.
(3) forte, *obſervari.* (4) *exilium.* forte, A.
(5) addendum eſt verbum, *habeant.* A.
(6) forte, *cum eas.*

ne, ſive dilatione in præfatis (1) cauſis erogari oportet, & in munera, quæ habitatoribus ejuſdem civitatis fulcita ſunt (2), auferendi aliquid ex ipſis, vel de inſcriptionibus alicujus, vel ſportularum nomine quippiam dare, ſive conſumere de prædictis pecuniis. Quod ſi quid vel dare, vel accipere fuerint auſi ex eis: jubemus eum duplam quantitatem ejus, quod dedit, vel accepit, de ſuo civitati reſtituere. Quin etiam nec judices provinciarum, vel officiales eorum adminiſtrationi prædictarum pecuniarum admittantur. Debet enim Epiſcopus cum primatibus, ſeu habitatoribus uniuſcujuſque civitatis patrem civitatis denominare, cui civilium pecuniarum adminiſtratio committenda ſit. Ita ut per ſingulos annos præfatus Epiſcopus cum quinque primatibus civitatis adminiſtrationis rationes accipiat: & quod reliquatus fuerit, pater civitatis ab eo exigat periculo eorum, qui denominatores eorum fuerant. Quod ſi talis adminiſtrator parum idoneus videbitur: jubemus alium in loco ejus ſubrogari cum decreto Epiſcopi, & habitatorum civitatis ejuſdem: ſcientibus nominatoribus, quod ſi aliquod per eum civitati adlatum ſit detrimentum: de propriis facultatibus hoc reſarcire cogantur.

XVII. Neque Præfectiano, neque ſcriniario neque alii cuilibet mandari poterat, ut rationes civilium pecuniarum accipiat neque ex divino reſcripto, neque ex majoris judicis auctoritate. Quod ſi hoc alicui permiſſum ſit: Epiſcopus, & primates civitatis nullam ejus rei nomine rationem reddant, ſed ſuper hoc referre ad principem curent. Oportet enim civilium pecuniarum logothetas, ſive ratiocinatores a ſolo Principe deſtinari talem utique, qui boni operis ſit, & in honore poſitus eſt. Sic tamen ut divinam juſſionem reſcripti habeant; quæ ſignificet nomen ejus, & honorem, & cauſas, & tempora, quorum rationes ei mandatæ ſunt. Ita enim qui hic rationes reddiderit; ſecurus erit: & iterum nullius rationibus ſubiicietur.

XVIII. In nulla penitus provincia Præſides, vel exactores tributorum loci ſervatores fiant Præfectorum Prætorio, & magiſtrorum Militum. Quod ſi neceſſitas forſitan expeditionis alicujus tale aliquid deſideraverit: jubemus ex diſpoſitione noſtri nominis loci ſervatorem præfectorum Prætorio conſtitui, qui de expenſis militum ſollicitudinem gerat. Nam ſi quis aliter ordinatus ſit: is quidem, qui auſus eſt eum facere; triginta librarum diſpendio ſubiicietur; & reſtituet nihilominus omnia detrimenta, quæ per eum conſtiterunt. Is vero, qui factus eſt loci ſervator, non ſolum magiſtratu ſuo, & honore, vel militia privabitur; ſed & decem libras auri multæ nomine dabit.

XIX. Nemo judicum ſive civilium, ſive militarium, ex quo ad commiſſam ſibi provinciam pervenerit, facultatem habeat ordinandi ſibi loci ſervatorem in civitatibus, vel caſtris. Qui vero contra hæc geſſerit, quinque librarum auri detrimentum patiatur. Eandem autem multam exſolvet etiam ipſe, qui factus eſt. Sane priuſquam ad ſubjectam ſibi provinciam perveniat, licentiam habeat conſtituendi ſibi loci ſervatorem; qui uſque ad præſentiam ejus omnia poſſit gerere, quæ ipſi quoque judices exequi poterunt, præter eas cauſas, quæ ultimum ſupplicium damnatis irrogant. Sed ſi divina juſſione judex in aliam provinciam fuerit deſtinatus: non prohibetur ſimiliter loci ſervatorem in ſua provincia conſtituere.

XX. Jubemus autem omnes judices tam militares, quam civiles; ut ſuper maleficiis, quæ in ea provincia commiſſa fuerint, per ſemetipſos cognoſcant, & legitimis pœnis mox eos adficiant, nec aliquid propter hoc a provincialibus tentent accipere. Viocolytas, vel Leſtodioctas, ſive Tribunos propter eas forte cauſas nequaquam eis facere permittimus. Quod ſi adverſus hoc fecerint: judex ſolutus cingulo ſuo decem librarum auri multam præſtabit; is autem qui factus eſt, caſtigatus publicabitur, & in exilium mittetur.

XXI. Quotiens aliquis judicum de civitate in aliam civitatem, vel de provincia in aliam provinciam tranſit: neque ipſe, neque officium ejus angariis, vel deſcriptionibus, aut aliis quibuslibet expenſis provinciales vexare audeat. Debet enim ex conſtitutis publicis ſalariis ſumptus facere.

XXII. Judices provinciarum poſt ſucceſſionem per quinquaginta dies in eadem provincia, cujus magiſtratum depoſuerint, remorentur, & reſpondeant omnibus, qui adverſus eoſdem movere aliquas actiones conantur. Quod ſi ante quinquaginta dies provinciam deſeruerint: cuncti, qui ab eo læſiones aliquas paſſi ſunt, conveniant apud metropolitanum Epiſcopum: ita ut ſinguli præpoſitis ſacroſanctis ſcripturis deponant, ſive manifeſta faciant detrimenta ſibi illata; quatenus ex ſubſtantia ejuſdem judicis univerſa damna reſarciat, cura & periculo Præfectorum Prætorio, ac Tracteutarum ejuſdem provinciæ. Nam ſi hæc neglexerint: de ſuis facultatibus præfata detrimenta reſtituere compellantur.

XXIII. Si quis judicum evocatus ad alium magiſtratum, vel utilitatem alterius provinciæ miſſus fuerit: procuratorem legitimum conſtituere debet; qui reſponſurus ſit provincialibus, qui ſuper detrimentis ſibi illatis ab eo conquerruntur. Nam ſi hoc prætermiſerint: oportet actis intervenientibus ſingulis, quod unuſquiſque damnificatus eſt, omnia detrimenta de patrimonio ejuſdem judicis reſarciri cura & periculo Præfectorum Prætorio, & Tracteutarum ejuſdem provinciæ.

Omnes

[1] *præfatas cauſas.* forte.
(2) locus mendoſus ſic fortaſſe ſcribendus: *neque habitatoribus ejuſdem civitatis facultas ſit.* A.

Omnes ſupra dictas pecuniarias pœnas Comes privatarum Rerum exigat. Cæterum ſi hoc facere ſuperſederit: ipſe omnia de propriis facultatibus cum officio ſuo fiſco præſtabit.

NOVELLA CXXIX. (*a*)

SAmaritæ liberam inter ſe licentiam habeant tam donandi, quam contrahendi; & ab inteſtato cognatis ſuis heredes exiſtant. Si quidem ex eodem gradu cognationis alii Samaritæ, alii Chriſtiani ſunt: hi, qui Chriſtianitate præfulgent, ipſi tantum in ſucceſſionem vocentur. Sin autem Samaritæ quidem proximiores inveniantur; Chriſtiani autem (1) ulteriores fuerint: Samaritarum condicio præferatur. Sin autem pœnitentiam egerint Chriſtianitatis imbuti myſteriis: ſimiles eſſe debent his, qui ab initio Chriſtiani fuerunt (2); ut nullam patiantur deminutionem ex eo quod in ſuperiori tempore Samaritanorum errore tenebantur. Sin autem ex aſcendentibus, vel deſcendentibus perſonis (3) Samarita conſtitutus (4) teſtamentum fecerit: liceat ei, ſi quidem omnes Samaritas habeat; omnes ex æquis ſcribere portionibus heredes, vel quemadmodum voluerint facere. Sin autem quoſdam Samaritas, quoſdam Chriſtianos aſcendentes, vel deſcendentes habeat: uſque ad duas uncias liceat ei Samaritas heredes inſtituere: reliquæ autem unciæ ad Chriſtianos veniant; quamvis a teſtatore Samaritis (5) adſcriptæ ſunt; niſi forte legata ex his Chriſtianis perſonis relicta fuerint. Similiter autem in ſucceſſione, quæ ex teſtamento ſuo venit [*6*], ſi Samaritæ pœnitentiam egerint, nullam patiantur læſionem; Chriſtiani autem & de inofficioſo teſtamento querellam habeant contra Samaritarum (7) teſtamenta uſque ad duas uncias. Hæc autem Conſtitutio & retrorſum vires ſuas extendit, ideſt etiam in præteritum.

NOVELLA CXXX. (*b*)

I. QUotiens expeditionis cauſa tranſitus militum fiet: oportet cum delegatoribus ſuis & eos ſuccedere, qui ſumptus eorum provideant: ita ut ſingularum provinciarum judices apparatum faciant ſpecierum ad expenſas, ſeu annonas eorum: quas ſpecies uniuſcujuſque numeri ſine ulla dilatione ſuſcipientes militibus erogare poſſint; quintam decimam videlicet partem pro ſolatio ſibi retinentes, & facientes ſollemniter apochas ſive recauta de impenſis iiſdem periculo Magiſtrorum Militum, ſive Ducum, & tribunorum, & Comitum, & Diaſoſtarum, & Delegatorum, & præpoſitorum uniuſcujuſque numeri. Gratis autem nullatenus volumus ſumptus accipere milites a collatoribus, licet minime eis apparatæ fuerint annonæ. Neque autem introita a collatoribus exigenda eſſe permittimus, quos inlæſos, & indemnes undique conſervari juſtum eſt.

II. Milites pro annonis ſuis eas ſpecies accipere debent, quas per ſingula loca inveniri certum eſt: non autem quærere tales ſpecies, quæ in ea provincia non inveniuntur, neque propter hoc vexare collatores.

III. Si collatores ſumptus militibus erogaverint, & hoc ex recautis demonſtratur Præfecto Prætorio: ſine ullo detrimento, vel aliqua dilatione compenſationem facere debet eorum, in tributis ejus indictionis, in qua erogati ſunt, imputare. Quod ſi ultra penſionem canonis, in qua erogati ſunt ſumptus: id, quod ſuperimpenſum eſt, ex omni canone ejuſdem provinciæ reputare debebunt. Quod ſi nec ex omnibus tributis ejuſdem provinciæ ſufficiant impenſæ: ſuppleri ab unaquaque generali arca Præfectus Prætorio debet; vel ex tributis ſequentis indictionis retinere a collatoribus, ſeu reputari ab his, qui tributa publica exigunt, periculo Præfectorum, & Tracteutarum uniuſcujuſque provinciæ, nec non judicum, & officialium eorumdem, & exceptorum, & curialium, & omnium, ad quos cura pertinet.

IV. Neque Magiſtri Militum, neque milites occaſione tranſitus ſui, aut ratione aliqua a civitatibus, vel provinciis exigere aliquid audeant. Alioquin in duplum, quidquid acceperint, reſtituere compellantur.

V. Si qui Duces, vel milites, vel optiones eorum recauta non fecerint de impenſis ſibimet erogatis: debebunt collatores ſimul convenire apud judicem civitatis & Epiſcopum; & ſi judex præſens non ſit: apud Epiſcopum & Defenſorem; & inter acta deponere & Duces, & exercitum de quantitate impenſarum, & quod recauta ab optionibus emiſſa non ſunt, ita ut Præfectis Prætorio hæc omnia referantur; qui prædictas impenſas, ſicuti dictum eſt, reputent, & retineant eas ex eo, quod delegatum eſt eiſdem Ducibus, vel militibus.

VI. Duces vel Diaſoſtæ exercitus & delegatores mittere debent ſemper promeatores ad ea loca ubi perventuri ſunt milites, ut ſumptus eis præſtetur; non autem ad alias civitates, vel provincias ſignificare tentent, quod venturus eſt exer-

(1) *Chriſtiani.* (2) *fuerint.* (3) *perſonis.* (4) *Samarita.* (5) *Samaritanis.* (6) *veniebat.* (7) *Samaritanorum.*

(*a*) Deſideratur hæc conſtitutio tam in libro Auth. quam in Norico Haloandri, & in Baſilicis. Sed ex Veneto libro Scringerus eam græce, & latine Agylæus ediderunt ſub tit. *de Samaritanis.* Ant. Contius, qui 10. collationem extravagantium Novellarum Auth. libro addidit, hanc addere oblitus eſt. Vide Nov. 144.

(*b*) Hæc etiam in libro Auth. deſideratur. Eam græce, & latine edidit Haloander, ut Nov. 129. ſub titulo, *de tranſitu militum.* Contius, & Agylæus melius, ut 130. Haloandro vero 130. eſt, quæ nobis 106. *de uſuris nauticis.*

exercitus, & propter hoc pretia quædam exigere. Nam ſi quid ejus rei gratia acceperint, oportet & hoc inter acta referri, & quod acceperint, & quibus erogatum ſit, ita ut a Præfectis Prætorio reputatio fiat. Duces autem, & delegatores, & Diaſoſtæ, qui acceperint, duplam quantitatem reſtituant: promeatores vero etiam puniri, & exilio mitti convenit.

VII. Si quis judex provinciæ cum Diaſoſta colluſerit, ut militibus nullus apparatus impenſarum fieret, & propter hoc contingerit per diverſas civitates exercitum evagari: magiſtratu ſuo privatus publicabitur, & in exilio (1) mittatur una cum officio ſuo. Collatores autem indemnes conſervabuntur vel ex recautis, vel ex fide geſtorum, ſicut ſuperius dictum eſt.

Hæc omnia oportet obſervari, & quotiens gentis alicujus in auxilio noſtro accerſitæ tranſitus fiat.

VIII. Nemo militum in ea cœnatione hoſpitium ſibimet vindicare audeat, in qua ipſe paterfamilias habitare ſolet. Debet enim in aliis partibus ædium ſibi hoſpitia quærere.

NOVELLA CXXXI. [a]

I. Quattuor ſanctorum conciliorum canones pro legibus habeantur.

II. Papa Romanus prior omnibus Epiſcopis & Patriarchis ſedeat: poſt illum Conſtantinopolitanæ civitatis Archiepiſcopus.

III. Archiepiſcopus Primæ Juſtinianæ eccleſiæ habeat (2) ſibi ſubjectos Epiſcopos Daciæ Mediterraneæ, & Daciæ Ripenſis, item Prævalenſis (3), & Dardaniæ, & Myſiæ ſuperioris, & Pannoniæ. Sed & ille ab ipſis conſecretur, & eadem jura (4 ſuper eos 5), quæ Papa Romanus habet ſuper Epiſcopos ſibi ſubjectos.

IV. Maneant jura præſtita Epiſcopo Carthaginenſi, & aliis metropolitanis, & omnia privilegia; item omnia ſolatia, & liberalitates religioſis locis datæ firmiter maneant (6).

V. Poſſeſſiones ad religioſas domos pertinentes nullam deſcriptionem adgnoſcant, niſi ad conſtructionem (7) viarum, vel pontium ædificationes: ſit tam habuit (8) poſſeſſiones intra territorium conſtitutas illius civitatis, in qua talis deſideratur deſcriptio. Habeant [9] autem immunitatem in ſordidis muneribus, & (10) lucrativorum deſcriptione.

16.q.4.c.ult. VI. [b] Neque decem, neque viginti [11], neque triginta (12) annorum curriculi præſcriptio [13] religioſis domibus opponatur (14), ſed ſola quadraginta annorum (15); non ſolum in cæteris religioſis rebus (16); ſed etiam in legatis, & in [17] hereditatibus.

VII. Nemo oratorium ædificare audeat, ante quam Epiſcopus veniat [18], & oraverit (19), & venerabilem crucem in eodem loco defixerit. Qui [20] autem ſemel inchoaverit, neceſſe habet opus (21) implere, vel ipſe, vel heredes (22) ejus. Et neceſſitatem ei debent imponere Epiſcopi, & œconomi, & civiles magiſtratus.

VIII. Si quis in proaſtio, vel domo, vel fundo auſus fuerit eccleſiaſtica miniſteria facere ſine clericis locorum Epiſcopo ſubjectis: dominio eorum cadat; & veniat eadem res ad eccleſiam. Si autem ignorante domino hoc fuerit factum: hi, qui peccaverunt ſive emphyteutæ, ſive procuratores ſunt, de provincia expellantur, & ſubſtantia eorum addicatur eccleſiæ illius territorii, intra quod tale delictum contigerit.

IX. Si quis in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti hereditatem, vel legatum reliquerit: capiant id, quod derelictum eſt, eccleſiæ illius loci, in quo domicilium teſtator habebat.

X. Si quis in nomine ſancti martyris hereditatem, vel legatum reliquerit: ſi quidem ejuſdem nominis plures ſunt in eodem loco oratoriæ domus; capiat lucrum illa, quæ pauperior eſt, niſi aliud ſingillatim teſtator expreſſerit. Quod ſi talis domus in civitate non inveniatur; ſed & in territorio ejus ſit, illi detur. Si autem neque in territorio reperitur eccleſia illius ſancti; neceſſe eſt, ut eccleſiæ lucrum detur illius civitatis, in qua domicilium habuit.

XI. Si quis in ultima voluntate domum religioſam fieri diſpoſuerit; oratoria quidem ab heredibus ejus intra quinquennium ædificari oportet, xenones autem, & alia pia loca intra annum fieri decet imminentibus tam Epiſcopis, quam magiſtratibus. Quod ſi opus fieri intra annum non poſſit: neceſſitatem habeant heredes domum comparare, vel conducere; in qua poterunt ea, quæ teſtator voluit, adimplere, donec opus ædificii perficiatur. Et ſi is, qui teſtatus eſt, dixit, quos vult xenodochos, vel prochotrophos, vel alios hujuſmodi fieri: voluntas ejus conſervetur; vel ſi hæredibus ſuis electionem dedit, ut faciant ipſi, quos velint; ſimi-

[1] *in exilium.* forte. A. (2) *habeat.* (3) *Privalenos.* (4) *jura.* (5) *ipſis habeat.* forte, *eos habeat.* A. [6] *permaneant.* (7) *conſtructiones.* (8) *habuerint.* A. (9) *habeant.* (10) *muneribus, & extraordinariis, &.* (11) *decennii, neque vicennii.* Grat. (12) *vel triginta.* Grat. (13) *præſcriptio.* Grat. (14) Grat. *opponantur.* (15) Grat. *annorum curricula.* (16) *rebus.* Grat. (17) *&.* Grat. (18) *venerit.* (19) *exornaverit.* (20) *Quod.* (21) *locum.* (22) *heres.*

(a) Eſt in libro Auth. conſt. 6. collat. 9. tit. *de eccleſiaſticis titulis, & privilegiis.* Ab Haloandro græce, & latine edita eſt.

(b) Vide Authent. Quas actiones. C. *de ſacroſ. eccl.* cujus verba refert Grat. 16. *quæſt.* 3. *c.* 15. Placuit. §. Quas. & *c.* 16. Jubemus. §. Quas. Juliani verba refert idem Grat. 16. *quæſt.* 4. *c. ult.*

ſimiliter voluntas ejus cuſtodiatur. Liceat autem Epiſcopis a teſtatore deputatos xenodochos & prochotrophos, vel alios mutare; ſi non inveniantur idonei, eodem obſervando, & ſi teſtatoris heredes elegerint hominem non idoneum ad miniſterium, vel adminiſtrationem locorum.

XII. (*a*) Si pro redemptione captivorum legatum, vel hereditas relicta fuerit, vel pro alimoniis pauperum: ea, quæ teſtator juſſit, cogantur heredes implere. Quod ſi non expreſſerit is, qui teſtatus eſt, cujus loci pauperibus alimonias dari oportet: Epiſcopus locorum relictam quantitatem diſtribuat inter pauperes ejus loci, in quo teſtator domicilium habuit. Item quod pro redemptione captivorum relictum eſt, adminiſtrari debet aut ab eo, quem teſtator ad hoc deputavit, aut ſi nemo ab eo nominatus eſt, ab Epiſcopo & œconomo pietatis opus impleatur. Omnia enim facta ad pietatem pertinentia Epiſcopo intereſſe oportet: quamvis teſtatores, vel donatores verba contrariæ voluntatis expreſſerint.

XIII. Si per publicas perſonas heredes admoniti juſſa teſtatoris implere diſtulerint: omne lucrum, quod eis relictum eſt, auferatur cum fructibus, & cæteris emolumentis, quæ medio tempore acceſſerint. Negligente autem Epiſcopo, liceat etiam metropolitanis hujuſmodi cauſas diligenter inquirere.

XIV. (*b*) Si dixerit heres a teſtatore derelictam ſubſtantiam ad impenſas pias non ſufficere: ceſſante lege Falcidia, ea, quæ relicta ſunt, impendantur in illas cauſas, quas teſtator voluit, cura ſcilicet, & diligentia locorum Epiſcopi.

XV. Si legatum, quod pie relictum eſt, & intra ſex menſes numerandos ex eo tempore, quo teſtamentum intimatum eſt, heredes diſtulerint ſolvere: fructus, & uſuras, & omne emolumentum ex tempore mortis teſtatoris perſolvere cogantur.

XVI. Si annale legatum religioſo loco relictum fuerit; ſi quidem vicinus ſit locus, vel perſona, a qua relictum eſt; maneat in ſuo ſtatu intactum. Sin autem procul ſit locus, vel perſona, a qua legatum eſt: liceat permutare in majorem reditum: ut quartam portionem plus in reditum habeat, & poſſeſſio vicina ſit, & fertilis non pluribus gravata tributis. Liceat autem hujuſmodi legatum ſecundum præfatam diſtinctionem, & vendere intra quinque annos, & id, quod datum fuerit, ad commoda ejuſdem religioſi procedat.

XVII. (*c*) Quæcumque probatus fuerit Epiſcopus ante honorem Epiſcopatus habuiſſe: ea omnia, utpote ſua, aut propria conſtituta; licentiam habeat, ad quos voluerit, ultima voluntate tranſmittere. Hoc etiam amplius poſt Epiſcopatum jure cognationis uſque ad quartum gradum quidquid ad eum pervenerit, tranſmittere poterit, ad quos ipſe voluerit. Cæteræ autem res alio modo ab eo adquiſitæ, dominii eccleſiæ ſunt; niſi forte conſumptæ ſunt ad redemptionem captivorum, vel ad alimonias pauperum, vel ad utilitatem eccleſiæ, vel ad alias ex pietate proficiſcentes cauſas. Eadem optinere oportet & in adminiſtratoribus cujuſcumque religioſi loci, ut res, quæ poſt commiſſam adminiſtrationem ad eos pervenerunt, iiſdem ſubiiciantur diſtinctionibus.

XVIII. Si Epiſcopus, vel clericus cujuſcumque gradus eccleſiaſtici miniſterii ſine teſtamento, & ſine cognatione deceſſerit: hereditas ejus non ad fiſcum, ſed potius ad eccleſiam devolvatur. Et ſi diaconiſſa fuerit, ſimili modo.

XIX. Non liceat catholicæ fidei Chriſtianorum alienis hominibus, veluti Paganis, vel Judæis, vel hæreticis poſſeſſiones habere emphyteuſeos, vel conductionis titulo, in quibus orthodoxæ religionis miniſteria celebrantur.

*

NOVELLA CXXXII. (*d*)

*

NOVELLA CXXXIII. (*e*)

*

NOVELLA CXXXIV. [*f*]

I. NEque Præfectus Orientis, vel Illyrici, neque Comes Sacrarum Largitionum, vel Rerum Privatarum facultatem habent conſtituendi ſibi loci ſervatores in quacunque provincia, vel civitate. Sed neque quilibet judex in commiſſa ſibi provincia loci ſervatorem audeat ordinare. Sane in Oſrhoena & Meſopotamia, vel in aliis locis, quotiens uſus exegerit, expeditionis forſitan tempore permittimus fieri loci ſervatores a Præfectis Prætorio, quibus cura militarium impenſarum mandatur. Quinimmo nec Magiſtros Militum, nec Duces concedimus, cum in provinciis ſibi ſubjacentibus fuerint; dare loci ſervatores, vel Viocolytas, vel Leſtodioctas facere: niſi forſitan ex divino reſcripto ſit permiſſum, quotiens neceſſitas exegerit, loci ſervatores ordinaverint. Nam

[*a*] Vide Auth. Licet. C. *de Epiſc. & cler.*
(*b*) Vide Auth. Similiter. C. *ad* L. *Falcid.*
(*c*) Vide Auth. Licentiam. C. *de Epiſc. & cler.*
(*d*) In libro Juliani deſideratur. Eſt in libro Authenticor. conſtit. 12. collat. 9. titulo *De interdictis collegiis hereticorum.* Partem ejus refert Anſelm. Lucenſ. *lib.* 1. *cap.* 8. decretorum. Hanc Haloander græce, & latine edidit.
(*e*) Hanc in libro Juliani, & in libro Auth. deſideramus. Edidit eam græce, & latine Haloander ſub tit. *De monachis, & aſcetriis, & eorum converſatione.*
(*f*) Eſt in libro Auth. conſtit. 9. collat. 9. tit. *Ut nulli judicum liceat habere loci ſervatorem.* Ab Haloandro etiam græce, & latine edita eſt.

qui contra hoc loci ſervatores ordinaverit: cingulo proprio ſolutus viginti librarum auri multam ſuſtinebit: is autem, qui factus eſt, in exilium cum publicatione damnabitur. Erit autem licentia tam judicibus, quam Epiſcopis provinciarum, nec non habitatoribus Viocolytas, vel Leſtodioctas miſſos ab eis contemnere.

II. Nullus judex civilis, ſive militaris ſine juſta cauſa provinciam ſibi commiſſam circumluſtret. Quod ſi ad hoc eum neceſſitas aliqua compulerit: oportet eundem, nec non officium ejus de ſuo ſumptum facere; & neque angarias, neque alias quaslibet impenſas a provincialibus deſiderent; neque eas, quas mala conſuetudo per longum tempus exigit.

III. Judices provinciarum ita debent recte converſari, ut de nulla cauſa neceſſitas nobis emergat aliquem in provincias deſtinandi. Quotiens autem quis tributorum cauſa deſtinatus fuerit in provinciam: loci ſervatoris quidem nomen nullatenus uſurpent; ſed mandatum ſibi officium ſine detrimento collatorum impleat.

IV. Ut quotiens Vindices, vel exceptores tributorum habuerint opus, judices adjuvent.

V. Ut judices omnes cautiones ſuo periculo pro illatione tributorum Comiti Privatarum debent: & ſi forte non dederint, pro datis haberi.

VI. Ut judices tunc pro tributis periclitentur, quando Vindices procurator non habet.

VII. De judicibus, qui teſtari quemlibet, aut uxorem ducere, aut humari prohibent, aut donationem inſinuare ante nuptias, aut inventarium fieri; in omni damno ei, qui paſſus eſt, condemnandis, & in exilio mittendis: & licere Epiſcopo, vel primis civitatum hoc referre.

VIII. Ut judices appellationes ſibi porrectas ſuſcipiant, & apoſtolos tribuant: ut appellatione facta nulla rerum tranſmutatio fiat; ſed omnia in integro maneant.

IX. (a) Ut judices delinquentes quærant, & non alios ejuſdem loci pro eis detineant; nec pignora ex eodem loco capiant, neque peccantes vendant. Nam omne damnum his, qui paſſi ſunt, reſtituent, & ipſi in exilium mittuntur; & adſeſſores contra leges ſcriptis conſentientes, & reliqui proprio lucro damnum reſarcientes in exilio mittuntur.

X. Ut judices pro fugientis perſona ad judicem loci, ubi fugit, mittat: ut eis mandetur periculo ejus, qui mandat, & officii ſui. Sin autem eos tradere noluerint; ſed pro lucro eos dimittant: honore privati in exilio mandentur.

XI. Ut judices a prædeceſſore ſuo miſſa ſacra excipiant: & ſi quidem privatorum ſint, juſſa expleant; ſi adverſus publicam auctoritatem: primum & hoc ipſum referre debent, & ſecundam expectare juſſionem.

XII. (b) Ut creditores filios debitorum pignoris jure, aut ſervitutis, aut ut eos conducant, adducere non audeant. Sin autem hoc fecerint: cadentes ex debito, & aliud tantum debitori præſtantes in exilio dirigantur.

XIII. (c) Mulierem licet multotiens pro marito pro privato, aut publico debito intercedat: non teneri; niſi manifeſte probetur, quod pecunia in propria ejus utilitate expenſa eſt.

XIV. (d) Mulieres pro nulla cauſa, aut debito in cuſtodiam, ideſt in carcerem mitti: ſed aut per procuratorem, aut per ſe reſpondere debent; & ſi non habeant fidejuſſorem, cautioni juratoriæ committendæ ſunt. Sin autem criminalis cauſa fuerit: aut in monaſterium, aut mulieribus cuſtodiæ cauſa tradi; ne pudori earum inſidietur.

Ut ſanctimonialis, aut monacha de monaſterio non trahatur.

XV. (e) De mœchis, eas pœnas pati volumus, quas lex Coſtantini inſtituit, vel qui mediatores, aut hujus ſceleris miniſtri fuerint. Uxor autem mœchi dotem, & donationem habeat. Sin autem dotalia inſtrumenta non habuit: quartam partem rerum mariti accipiat; mulier autem mœcha in monaſterium mittatur. Et ſi quidem voluerit maritus: intra duos annos eam recipere ei liceat, & nullum præjudicium ex hoc nuptiæ patiantur. Sin autem noluerit: mœcha fiat ibi permanens uſquequo vivit. Et ſi quidem quoſdam ex deſcendentibus habeat: duas partes ejus ſubſtantiæ habeant, monaſterium autem tertiam. Sin autem aſcendentes habeat, hos tamen, qui tali ſceleri non conſenſerunt: tertiam ipſi habeant; monaſterium beſſem. Sin autem neque aſcendentes, neque deſcendentes habeant; totum monaſterio adquiratur. Per omnia autem oportet pacta in dotalibus inſtrumentis inſerta ſervari.

XVI. (f) Qui conſenſu matrimonia ſolvunt. Sed hodie totum hoc capitulum innovatum eſt.

XVII. Si mœchus condemnationem effugiens eam, de qua accuſatus [1] fuerat, duxerit: competentibus pœnis a quolibet judice ſubiiciendus eſt; illa autem in monaſterio mittatur.

XVIII. (g) Nulli judici licere utraſque manus, aut utroſque pedes reo abſcindere; neque exar-

(1) *eandem, quæ accuſata.*

(a) Vidend. Auth. Si vero. C. *ad L. Jul. de adult.*
(b) Vide Auth. Immo a debito. C. *de oblig. & action.*
(c) Vide Auth. Si qua mulier. C. *ad S. C. Vellejan.*
[d] Vide Auth. Sed hodie. C. *de off. div. judicum.* & Authent. Hodie. C. *de cuſtod. reor.*
(e) Vide Auth. Sed hodie. C. *ad L. Jul. de adult.*
[f] Vide Auth. Idem eſt. C. *de bon. quæ lib.*
[g] Vide Auth. Sed novo. C. *de ſerv. fug.*

exarmare (1) in qualicumque delicto. Sed ſi quidem mortale eſt crimen: morte damnare.

XIX. Fures autem membro non abſcindere. Fures autem dicimus, qui in nocte cum gladiis ambulant. Reliqui autem competentibus pœnis ſubiiciantur.

XX. (*a*) Nulli (2) autem publicari debent [3], niſi qui neque deſcendentes, neque aſcendentes habent [4]. Uxoribus tamen eorum donationem reddi (5), & dotem. Sin autem dotem non habeat (6): juxta ſtatuta quartam partem (7) ex rebus damnati habeat. Aſcendentes autem uſque ad tertium gradum vocantur.

NOVELLA CXXXV. (*b*)

*

NOVELLA CXXXVI. (*c*)

I. Liceat Argyropratis, ſi habeant principalem debitorem, & fidejuſſorem ejus; pactum conventum componere; ut poteſtatem habeant prius fidejuſſorem pulſare: quamvis principalis reus locupletiſſimus fuerit.

II. Argenti diſtractoris militia, vel liberorum, vel cognatorum ejus in præſumptionem [8] creditoribus ipſius hypothecæ titulo ſit obligata: & ex contrario militia ejus, qui argyropratæ debitor eſt, aut liberorum, ſive cognatorum ipſius præſumptione argenti diſtractori ſupponatur.

III. Si quis argenti diſtractori crediderit, ut res aliquas ex pecunia ſibi mutuata emeret; & cum ipſo pepigerit in ſcriptis; ut res, quæ fuerit ex eadem pecunia comparata, titulo hypotecarum ſibi obligata ſit; omnibus aliis in eadem re præferatur.

IV. Liceat argenti diſtractoribus & ipſas ſpecies, quas præſtiterint, vindicare; niſi æſtimationem earum acceperint.

V. Argenti diſtractores pro pecuniis, quas crediderint, uſuras uſque ad beſſem centeſimæ capiant, & non deeſt (9) * quod in ſtricta actione (10), ſive [11] ſtipulatione, & mora (12) uſura exigitur [13].

* Et notandum eſt, quod in diſtratione ſine ſtipulatione memorata uſura exigatur.

VI. Quicumque cum argyroprata contrahunt, ſi cautiones, vel ratiocinia fecerint manu ſua conſcripta, ſive ſubſcripta: teneantur perſonalibus actionibus. Tunc (14) hypothecariis ſupponantur, cum dixerint aliquid, quod ad intellectum hypothecarum tendit. In præteritis autem tantummodo uſura exigatur, quæ uſque ad beſſem centeſimæ producitur. Quod ſi (15) de ſingulis cauſis ſcriptum fuerit in ratiociniis vel manu ejus, qui cum argyroprata contraxit [16], vel ſubſcriptum ab eo fuerit, vel confirmatum: ſive quod fœneraticiam cautionem quaſi mutuatus expoſuit; ſive quod tranſegit: nullæ probationes exigantur de ſingulis cauſis ab argyroprata. Sed tantum intra tempora exceptionis non numeratæ pecuniæ liceat ei jusjurandum inferre.

NOVELLA CXXXVII. (*d*)

*

NOVELLA CXXXVIII. (*e*)

IMP. JUSTINIANUS PP. A. *Hermogeni Mag. Off.*

Maniſeſtiſſima eſt noſtri numinis Conſtitutio, quæ uſque ad dupli quantitatem, & actionem debiti concludit. Si igitur creditores tui quidam in duplum acceperunt, alii adhuc minus cenſiti ſunt: in duplum excuſaturum (17) † quantitatem per diverſa tempora conſecuti ſunt: nullam adverſus te inquietudinem proponere concedatur. Alii autem, ſi ſimili modo repleti fuerint, eo modo ſilere compelluntur. Et ſi debita ſubſecuti fuerint: eo modo fœneraticias cautiones recuperare; vel ſi remanſerint, ſuis viribus vacare: ſi preces veræ ſunt; præſentis oraculi ſanctione decernimus. (Similis Conſtitutioni huic Græca ſubſequitur, quæ jubet in his tantum, quæ civitates (18) † muniantur, locum non habere.)

NO-

(1) *exanimare.* forte, *exartuare pro artuum diſſolutione.* [2] *Nullus.* (3) *debet.* (4) *habeat.* (5) *debere reddi.* (6) *habeant.* & verſ. 12. (7) *quartam.* (8) *præſumptione.* (9) *& notandum eſt.* forte, *& non obeſt.* A. [10] *inde ſcripta.* forte, *non ſcripta actione.* (11) *ſine.* (12) *memorata.* [13] *exigatur.* (14) *Tunc autem.* (15) *Quod.* (16) *contraxerit.* (17) *duplum ex uſurarum quantitate.* forte, A. (18) forte, *cautionibus.*

(*a*) Vidend. Auth. Bona. C. *de bon. proſcr.*

[*b*] Hæc in libris Juliani, & Auth. deſideratur. Haloander eam græce, & latine edidit ſub titulo, *Ne quis cogatur bonis cedere.*

(*c*) Hæc etiam in libro Auth. non extat. Sed ab Haloandro græce, & latine edita eſt ſub tit. *De artariorum contractibus*, cujus argumenti ſunt. Edictum 7. & 9. Juſtiniani.

(*d*) Hanc in libro Juliani, & Auth. deſideramus. Neque in græcis omnibus libris hoc loco poſita eſt. Sed ut in Norica editione Haloandri, inſerta Nov. 123. ſic arbitror in Baſilicis conſcriptam fuiſſe. Antiquiores libri eam hoc loco retinuerunt, ut ex Veneto libro Scringerus græcam edidit, & latinam Ant. Contius, & Henr. Agylæus ſub titulo *De ordinatione Epiſcoporum, & clericorum.*

(*e*) Hæc eſt latina conſtit. quæ hoc loco deſiderabatur. Eam nos in veteri quodam libro Juliani invenimus; cujus epitome paucisexceptis verbis caremus. In libro quoque Auth. hæc non extat. Haloander pro ea græcam epitomen edidit, eamque latinam fecit hoc titulo *De interpretatione a Principe facta, & ut uſuræ particulatim ſolutæ duplum ſortis non excedant.*

UNED

NOVELLA CXXXIX. [a]

*

NOVELLA CXL. (b)

*

NOVELLA CXLI. [c]

*

NOVELLA CXLII.

*

NOVELLA CXLIII. [d]

DE RAPTIS MULIERIBUS, QUÆ RAPTORIBUS NUBUNT.

IDEM A. (1) *Ariobindo* (2).

LEgis interpretationem culmini tantum Principali competere nemini venit in dubium: cum promulgandæ quoque (3) legis auctoritatem fortunæ ſibi vindicat (4) eminentia. Meminimus itaque pro raptu mulierum, ſive jam deſponſatæ fuerint, vel maritis conjunctæ, ſive non; vel etiam ſi viduæ ſint (5); legem antea poſuiſſe, & capitis ſubjeciſſe ſupplicio non tantum raptores, verum etiam comites eorum; nec non alios, qui eis auxilium tempore invaſionis contuliſſe noſcuntur: & non tantum parentibus mulierum, verum conſanguineis etiam, & tutoribus, & curatoribus in hujuſmodi (6) dediſſe per eandem legem vindictam; & præſertim (7) pœnis locum dediſſe: ſi jam nuptæ, vel deſponſatæ mulieres rapiantur. Cum non ſolum raptus mulieris, verum etiam adulterium per hujuſmodi temeritatem committitur. Et ſuper alias pœnas raptoris etiam nec non aliorum, qui cum eo fuerint (8), patrimonium raptæ mulieri vindicari, per eandem legem præcipimus, ut dotis (9) etiam marito legitimo (10) dandæ (11) copia per [12] raptoris ei miniſtretur (13) ſubſtantiam (14). Illo quoque ſpecialiter adjecto, ut nulla raptæ licentia ſit mulieri, vel virgini, raptoris eligere matrimonium, ſed cui parentes voluerint, excepto raptore, legitimo matrimonio copulari: nullo modo, nullo tempore licentia mulieri raptæ permiſſa raptoris ſe conjungere matrimonio. Sed parentes etiam ſi tali conſenſerint matrimonio: deportari præcipimus. Sed mirati ſumus, quod conati ſunt aliqui dicere, raptam mulierem ſive volentem, ſive nolentem, & ſi raptoris amplexa ſit matrimonium contra noſtræ Conſtitutionis tenorem: debere tamen raptoris eam habere ſubſtantiam; vel quaſi legis præmium, vel ex teſtamento forte, ſi hoc etiam factum eſſe contigerit. Qui enim talia dicere præſumpſerunt, prædictæ (15) legis ſeriem intelligere non potuerunt. Qui enim ſtare tale matrimonium, & ſi [16] rapta voluerit, prohibuimus (17), & ob hoc parentes raptæ mulieris deportationis ſubjecimus (18) pœnæ; ſi hujuſmodi conſenſerint matrimonio: quomodo raptas mulieres raptorum eligentes connubium, præmiis honoraſſemus raptæ datis mulieri? Superfluam igitur eorum dubitationem, vel in poſterum reſecantes priorem legem per præſentem interpretari cenſuimus. Sanctimus itaque, ſi rapta mulier, cujuſcumque ſit condicionis, vel ætatis, raptoris nuptias eligendas eſſe cenſuerit; parentibus præſertim non conſentientibus, nec ex beneficio legis, nec ex teſtamento raptoris hereditatem accipere (19), vel quocunque modo ſubſtantiam vindicare: ſed præmium, quod per legem noſtram raptæ mulieri datum eſt, ut raptoris, & eorum, qui auxilium ei tempore invaſionis præbuerint, ſubſtantiam (20) vindicet: hoc ad parentes, ſi ambo, vel unus ſuperſit, qui nuptiis ſpecialiter non probantur conſenſiſſe ex tempore raptus, ipſo jure transferri, & patrimonium raptoris non jam raptam habere mulierem, quæ conjugio ſe raptoris inquinare non piguit, ſed in perſonas transferri, quas ſuperius nominavimus ejus (21) non conſentientes conjungio. Nam nefarios hujuſmodi coitus pœnis corrigi, non præmiis compe-

pe-

(1) *Imperator Juſtinianus.* A. [2] *Areobindo glorioſiſſimo Prætoriorum Præfecto, Expræfecto almæ urbis, & Exmagiſtro militum.* (3) *quidem legis.* alii, *legis.* (4) *vindicet.* [5] *ſunt.* [6] *hujuſmodi.* (7) *præſcriptis.* (8) *fuerunt.* (9) *dotem.* (10) *legitima.* [11] *dando.* (12) *propter.* (13) *miniſtraretur.* (14) *ſubſtantia.* (15) *hi prædictæ.* (16) *etiam ſi.* (17) *prohibuiſſemus.* (18) *ſubiici oportet.* (19) *ſuſcipere.* (20) *bona.* (21) *ei.*

(a) Hæc in libris Juliani, & Auth. deſideratur. Haloander eam græce, & latine edidit hoc titulo, *Remiſſio pœnæ illicite contractarum nuptiarum.* In Veneto libro hoc loco eſt epitome cujuſdam conſt. *de appellationibus*, quam Scringerus edidit græce; Contius, & Agylæus latine; quorum alter 139. appellat, alter 140. Namque hæc Contio eſt 139. ut Haloandro illa *de appellationibus*, 140. Agylæo vero illa eſt 139. hæc vero 140. Nobis autem non placet illam *de appellationibus*, quæ pars eſt conſtitutionis 134, hic collocare: & in hoc Florentino magis libro, quam Veneto adhæreo. Nec verum eſt, quod quidam aſſerunt, hanc conſt. eſſe Juſtini Minoris. Eſt enim id dictum in Scholiis græcis libri Veneti de proxima Novella conſtitutione.

(b) Hæc eſt ſecunda Juſtini Minoris Novella conſtitutio, quam Scringerus græce, ex libro Veneto, Agylæus latine ediderunt hoc tit. *Ut conſenſu matrimonium ſolvi poſſit.* Vidend. Julian. Nov. 117. *c.* 8. & Nov. 134. *c.* 16. Hæc conſtitutio in libris Juliani, Authenticorum, Haloandri, & Contii deſideratur. Neque eam in Baſilicis fuiſſe, Græci affirmant.

(c) Novellæ 141. & 142. in libris Juliani, & Auth. deſideratur. Eas Haloander græce, & latine edidit ſub his titulis 141. *Edictum de iis, qui luxuriantur contra naturam.* 142. *de iis, qui eunuchos faciunt.* Vide Nov. 77.

(d) Hæc latina conſtitutio eſt in libro Auth. conſt. 13. collat. 9. tit. *de raptis mulieribus, quæ raptoribus nubunt.* Juliani epitome deſideratur: quamvis Albericus in *L. ult. C. de legibus* ſcripſerit, hanc eſſe ultimam in libro Novellarum. Haloander græcam epitomen edidit, quam Agylæus latinam fecit. Vide Nov. 150.

UNED

petit (1) honorari. Quod ſi parentes jam deceſſerunt, vel hujuſmodi (2) ſceleri conſenſerunt: ſubſtantia raptoris, nec non (3) aliorum, qui facinoris participes fuerunt [4]; fiſci viribus [5] vindicetur. Quam interpretationem non in futuris tantummodo caſibus, verum in præteritis etiam valere ſanctimus: tamquam ſi noſtra lex ab initio cum interpretatione tali [6] promulgata fuiſſet.

Ariobinde pater (7) cariſſime, atque amantiſſime. Quæ (8) igitur per hanc legem noſtra ſtatuit æternitas, Celſitudo tua effectui mancipari, obſervarique præcipiat.

NOVELLA CXLIV. [a]

*

NOVELLA CXLV. (b)

*

NOVELLA CXLVI.

*

NOVELLA CXLVII.

*

NOVELLA CXLVIII. (c)

*

NOVELLA CXLIX. (d)

*

NOVELLA CL. (e)

* *Conſtitut. CXXVIII. atque ultima hæc eſt in lib. Pith. ſub tit.* De raptis mulieribus, quę raptoribus nubunt.

„ QUam * jam videor conſcripſiſſe in re-
„ gia Civitate. *In eadem Conſtitutio-*
„ *ne finiuntur novellæ Conſtitutiones, quæ*
„ *poſt Codicem divi numinis Juſtiniani pro-*
„ *mulgatæ ſunt.*

NOVELLA CLI. (f)

*

NOVELLA CLII.

*

NOVELLA CLIII.

*

NOVELLA CLIV. [g]

*

NOVELLA CLV. (h)

*

NOVELLA CLVI.

*

NOVELLA CLVII.

*

NOVELLA CLVIII.

*

NOVELLA CLIX. (i)

I. SI quis prohibuerit alienationem [9] rerum extra ſuam propriam familiam faciendam (10); ut ſi ſine liberis deceſſerit unus ex his, qui filii ſunt, & heredes teſtatoris; ad cæteros res veniant (11): liberis natis ceſſat alienationis prohibitio. Ideoque liberi procreati etiam ad extraneos eaſdem [12] res transferre non prohibentur.

II. Si quis extra familiam ſuam alienationem fieri prohibuerit, & omnes, qui res conſecuti ſunt, vel omnes res, vel quaſdam ex his alienaverint: videntur fideicommiſſo invicem renuntiare.

III. Si quis prohibuerit extra ſuam propriam familiam rem alienari; & adjecerit, ut neque filii, neque deinceps perſonæ, quæ ſucceſſerint ei, qui primus [13] acceperit (14); eandem ad extraneum transferant; & deinde [15] quattuor proceſſerint (16) ſucceſſiones, quæ familiæ nomine continentur; & ultimus heres per medium impu-

(1) *convenit.* (2) *qui hujuſmodi.*
(3) *nec non, &c.* (4) *fuerint.*
(5) *juribus.* (6) *tali a nobis.*
[7] *Præfecte.* (8) *Quæ.*
[9] *alienationes.*
(10) *faciendas.*
(11) *perveniant.* (12) *eas.*
[13] *primum.* (14) *acceperit rem.* alii, *accepit rem.* [15] *deinde.*
(16) *proceſſerunt.*

[a] Hæc conſtit. & cæteræ omnes, excepta Nov. 159. in libris Juliani, & Auth. deſiderantur. Edidit hanc græce, & latine Haloander ſub titulo *de Samaritanis.* Quam eſſe Juſtini Minoris conſtitutionem 5. ex libro Veneto didicimus. Vide Nov. 129.

(b) Novellæ 145. 146. & 147. ab Haloandro græce, & latine editæ ſunt ſub his titulis 145. *Ut nullam de cætero licentiam dux aliquis, aut cohibendis violentiis præpoſitus habeat ad utramque Phrygiam accedendi &c.* 146. *De Hebræis, quomodo oporteat eos ſcripturas legere.* 147. *Ut ea, quæ Præfectis, aut largitionibus, aut rebus privatis, aut ſacro patrimonio debentur in reliquis &c. indulgeantur.*

(c) Hæc in libro Veneto eſt Juſtini Minoris conſt. prima. Edidit eam Haloander, ut Juſtiniani conſt. utraque lingua ſub tit. *de indulgentia tributariorum reliquorum.*

(d) Hæc etiam eſt Juſtini Minoris conſt. 4. quam Haloander non habuit: neque in libris Baſilicorum poſita eſt, ut Græci affirmant. Ab Scringero græce, ab Agylæo latine edita eſt inter Novellas Juſtini ſub tit. *Ut Dei amantiſſimi Epiſcopi provinciarum indigenis, & incolis, quos ſibi Præſides eſſe velint, eos ſibi a ſacratiſſimo Principe concedi petant &c.*

(e) Hæc in omnibus libris deſideratur. Latinam fuiſſe credendum eſt. Nam pro ea Haloander græcam epitomen edidit, quam latinam fecit ſub tit. *de ea, quæ raptori ſuo nubit.* Vide Nov. 143.

(f) Novellæ 151. 152. & 153. ab Haloandro græce, & latine editæ ſunt ſub his tit. 151. *Ne decurio, aut cohortalis perducatur in jus &c.* 152. *Ne ſacræ formæ, quæ de cauſis procedunt publicis, aliter robur accipiant, quam glorioſiſs. Prætorior. Præfectis inſinuatæ ſint &c.* 153. *De infantibus expoſitis.*

(g) Hæc etiam græce, & latine ab Haloandro edita eſt tit. *de iis, qui in Oſrhoena illicitas contrahunt nuptias.* De eadem re Nov. 3. Juſtini Minoris conſcripta eſt.

(h) Novellæ 155. 156. 157. & 158. ab eodem Haloandro utraque lingua editæ ſunt ſub his titulis 155. *Ut matres etiam tutelæ rationibus obnoxiæ ſint.* 156. *de prole partienda inter ruſticos.* 157. *de ruſticis, qui in alienis prædiis nuptias contrahunt.* 158. *Ut deliberandi jus etiam ad impuberes tranſmittatur.*

(i) Hæc eſt in lib. Auth. conſt. 8. collat. 9. ſub tit. *de reſtitutione fideicommiſſi, &c.* Hanc Haloander græce, & latine edidit.

puberem ſucceſſor extiterit: liberam facultatem habeat, & in extraneos homines rem, cujus alienatio prohibita eſt, transferre [1], ideſt ſi tertius heres impubes fuerit, & primum heredem in quattuor ſucceſſiones reputet (2). Hoc noſtræ mens Conſtitutionis ſignificat.

NOVELLA CLX. (*a*)

*

NOVELLA CLXI. [*b*]

*

NOVELLA CLXII. (*c*)

*

NOVELLA CLXIII. [*d*]

*

NOVELLA CLXIV.

*

NOVELLA CLXV. (*e*)

*

NOVELLA CLXVI. (*f*)

*

NOVELLA CLXVII.

*

NOVELLA CLXVIII.

*

EDICTUM (*g*) I. (*h*)

*

EDICTUM II. (*i*)

*

EDICTUM III. (*k*)

OMnia jura, quæ de cæteris Romanis poſita ſunt: eadem & in Armeniis teneant. Nam & ſucceſſiones tam in maſculis, quam in feminis ſic obſervari Conſtitutio jubet, quemadmodum in cæteris Romanis. Hæc autem ex eo tempore obſervari oportet, ex quo noſter Imperator Reipublicæ gubernacula tenuit, niſi forte vel tranſactiones ſecum fecerint, vel alio modo cauſas ſuas damnaverunt. Habeant autem & in prædiis illis, quæ γενεαρχικὰ vocantur, ab antefato tempore. Sin autem contigerit quoſdam inveniri, qui filias ſuas heredes ſcripſerint: volumus ipſi quoque genearchicarum rerum dominium competere, quamvis ab inteſtato parentibus ſuis ſecundum priſtinam Armeniorum conſuetudinem non ſuccedebant. Ea autem, quæ ſemel filiabus competierunt, etiam liberis earum poſtea competere placeat.

EDICT. IV. (*l*) V. (*m*) VI. (*n*) VII. (*o*) VIII. (*p*) IX. (*q*) X. (*r*) XI. [*s*] XII. [*t*] XIII. [*u*]

(1) *tranſmittere*. (2) *deputat*. forte, *reputat*.

(*a*) Hæc conſtit. & octo ſequentes in libris Juliani, & Auth. deſiderantur. Ab Haloandro hæc græce, & latine edita eſt tit. *Exemplum ſacræ pragmaticæ formæ de uſuris.*

(*b*) Hanc Haloander utraque lingua edidit ſub tit. *de provinciarum Præſidibus*. Eſt Tiberii Imp. Nov. 3.

[*c*] Hanc etiam Haloander græce, & latine edidit ſub tit. *Sacra forma tranſmiſſa Dominico glorioſiſs. Prætorium Illyricianorum Præfecto de diverſis capitulis.*

(*d*) Utraque Tiberii eſt, & ab Haloandro græce, & latine edita ſub his titulis 163. quæ eſt Nov. 5. Tiberii, *de relevatione tributorum publicorum*. 164. quæ eſt Nov. 2. ejuſd. *de heredibus.*

[*e*] Hæc in omnibus libris deeſt. Tantum Haloander initium, & epitomen græce, & latine edidit ſub tit. *generalis forma de proſpectu in mare &c.* Eam latinam fuiſſe ſuſpicamur. Vide Nov. 63.

[*f*] Tres formæ Præfectorum Prætorio hoc loco conſtitutæ ſunt ab iis, qui Novellarum conſtitutionum volumen collegerunt. Earum titulos tantum Haloander in prologo Novellar. Noricarum græce, & latine retulit. Cæteri nihil amplius addunt. Nos eas ex Florentino, & Bononienſi libro deſcripſimus. Tituli earum ſunt hi, 166. & 168. περὶ ἐπιβολῶν, hoc eſt *de adjectionibus*. 167. *Quomodo oporteat in poſſeſſionem mittere forma* 24. *Præfectorum*: illæ vero duæ ita diſtinguuntur, ut 166. ſit prima forma, & integra. 168. ſit ſecunda forma Præfectorum, & dimidiata.

[*g*] Novellas ſequuntur Edicta Juſtiniani 13. ab Scringero græce ex Veneto libro, ab Agylæo latine conſcripta.

(*h*) Edict. 1. poſitum eſt in libro Auth. cum Nov. 17. & illic ab Haloandro græce, & latine editum.

(*i*) Edict. 2. Hoc titulo reperitur: *Ne Præſides in fiſcalibus cauſis fidem publicam dent.*

[*k*] Edict. 3. *de Armeniis*. Hujus ſolius extat Juliani epitome; non multum differt a Nov. 21.

(*l*) Edict. 4. *de magiſtratu Phœniciæ Libani.*

[*m*] Edict. 5. *de tempore actionum, quæ ſacris locis competunt.* Hæc eſt græca Nov. conſt. 111.

(*n*) Edict. 6. *de formula artificum.* Ejuſdem argumenti eſt cum Nov. 122.

(*o*) Edict. 7. Formula pragmatica *de argentariorum contractibus.* Vide Nov. 136. & Edict. 9.

(*p*) Edict. 8. *de Pontici tractus Vicario.* In veteri quodam libro Auth. hoc Edictum legi a barbaro interprete converſum.

(*q*) Edict. 9. *de argentariorum contractibus.* Vide Edict. 7.

[*r*] Edict. 10. *de apparitoribus Præſidum.*

[*s*] Edict. 11. *ut ponderatores, & monetarii apud Ægyptios quicquam pro obryzo exigendi nullam licentiam habeant &c.*

[*t*] Edict. 12. *de Helleſponto.*

(*u*) Edict. 13. *de Alexandrinis, & Ægyptiaeis provinciis.*

UNED

VERBORUM QUORUMDAM JULIANI

INTERPRETATIO.

AB *actis*: Nov. 41. numeratur inter apparitores Quæſtoris provincialis. Cura ejus eſt actis præeſſe, quæ coram magiſtratu fiunt. In notitia dignitatum Orientis, & Occidentis in officio multorum Magiſtratuum enumeratur *Ab actis.* Actuarius idem etiam dicitur, vel qui ſub eo acta ſcribit. Vide lib. 12. *Codicis* tit. *de numerariis, & actuariis.*

Auditores quæſtoris: Nov. 35. erant ſub Quæſtore urbis Conſtantinopolitanæ, & militare dicebantur, non in armata militia, ſed in Scriniis. In ea notitia dignitatum Illuſtris Quæſtor officium non habet; ſed adjutores de ſcriniis, quos voluerit. Vide *l.* Comperimus. & *l.* Hac lege. & *l.* Certæ. C. *de proxim. ſacror. ſcrin.* libro 12.

Ad reſponſum: Nov. 28. *c.* 1. ſub Moderatore Helenoponti militum controverſias ſedabat. Sic alii Præſides alios habebant eodem nomine. Alius hic eſt ab Apocriſiariis, quamvis nomen Græcum non diſſimile ſit πρὸς ἀπόκρισιν. Erant etiam ſcriniarii ad reſponſum, ut conſt. 7. *de palatinis* lib. 12. *Cod.* & in notitia dignitatum fit mentio primicerii ſcrinii auri ad reſponſum ſub Comite ſacrarum largitionum.

Adſcripticius: De hoc Nov. 17. *c.* 9. Nov. 22. *c.* 6. Nov. 54. *c.* 1. Nov. 123. *c.* 27. Hic in cenſu adſcribebatur certo agro, quem colere cogebatur. Vide lib. XI. *Codicis* tit. *de agricolis, & cenſitis, & colonis.* & lib. 13. tit. 10. *Cod. Theodoſ. de cenſu, ſive adſcriptione.*

Agapetus: ἀγαπητὸς Nov. 6. *c.* 6. dilectum ſignificat. Hoc nomine diaconiſſæ ſuos appellabant familiares. Vidend. Hieronym. epiſt. 22. ad Euſtochium.

Agens in rebus: Nov. 86. *c.* 8. *De agentibus in rebus, & de præpoſitis, & principibus agentium in rebus* videndæ conſtitutiones lib. 12. *Codicis.* In notitia dignitatum ſub magiſtro officiorum fuit ſchola agentium in rebus. Vide tit. *de off. Mag. offic. lib.* 1. *Cod.*

Agreſtes: Nov. 33. Juſtinianus hoc nomine agricolas appellat. Sic Virg. 1. Georg.

Ignaroſque viæ mecum miſeratus agreſtes.

Alienatio: Nov. 7. *c.* 1. Alienationis verbum continet donationem, permutationem, & emphyteuſeos perpetuum contractum.

Anachorita: ἀναχωρήτης. Nov. 5. *c.* 3. Separatum ſignificat virum religioſum, quales eremitas appellant. Hieronym. *in d. epiſt.* 22. Tria ſunt in Ægypto genera monachorum; Cœnobitæ in communi viventes; Anachoritæ, qui ſoli habitant per deſerta, & ab eo, quod procul ab hominibus receſſerint, nuncupantur; tertium genus neglectum &c.

Angaria: ἀγγαρεία. Nov. 17. *c.* 6. Proprie ad curſum publicum pertinebant, ut lib. 12. *Codicis Juſtin.* & lib. 8. *Cod. Theodoſ.* tit. *de curſu publico, & angariis.* Transfertur ad alia onera. Vide *l.* Neminem. *C. de ſacroſ. eccl. l. ult. in fine. D. de muneribus. l.* Viæ *D. de veteranis.*

Annona, & dona eccleſiaſtica loco beneficiorum. Nov. 57. *c.* 1. 2.

Antefatus: pro *præfatus*, vel *prædictus*. Nov. 5. *c.* 8. Nov. 7. *c.* 3. Nov. 22. *c.* 9. & 28. Nov. 39. *c.* 2. & alibi.

Aphopliſta: ἀφοπλιστής. Nov. 8. *c.* 6. qui privatis hominibus arma habere non ſinit, exceptis militibus, ut Nov. 17. *c.* 11. & Nov. 85. *c.* 3. Vide lib. 11. *Cod.* tit. *ut armorum uſus &c.* & vid. *Heſychius.*

Apocha: ἀποχή. Nov. 46. Nov. 49. *c.* 2. receptionis, liberationis, vel ſolutionis inſtrumentum ſignificat. Vide *Cod. de apochis pub.* lib. 10.

Apocriſiarius: ἀποκρισιάριος. Nov. 6. *c.* 2. 3. Nov. 79. *c.* 1. Nov. 123. *c.* 41. 54. 62. A reſponſis dici poſſet, qui veluti internuntius eſt ſanctimonialium, & aliarum perſonarum nonnumquam procuratorem, & negotiorum geſtorem earundem, nonnumquam oratorem, vel legatum abſentis Epiſcopi, vel Patriarchæ ſignificat.

Apparitio: cohortem, vel officium Præſidis, aut aliorum magiſtratuum ſignificat. Nov. 28. *c.* 1. Nov. 29. Nov. 31. Nov. 41. Nov. 58. *D. quod metus cauſ. c. ult.*

Apparitor: unus ex ea cohorte, vel officio ab apparando, vel apparendo potius magiſtratui dictus. Nov. 28. *c.* 2. Nov. 29. Nov. 60. *c.* 1. De his plures tituli lib. 12. *Cod.*

Archiepiſcopus: ἀρχιεπίσκοπος. Nov. 11. major Metropolitano eſt. Sed pro eodem aliis accipitur.

Archimandrita: ἀρχιμανδρίτης. Nov. 5. *c.* 7. Nov. 7. *c.* 1. Nov. 120. *c.* 2. Nov. 123. *c.* 51. Abbatem, vel monachorum præfectum ſignificat. Vide conſtitut. 52. Græcam *de Epiſc. & cler.*

Archimandritiſſa: ἀρχιμανδρίτισσα. Nov. 7. *c.* 1. Sanctimonialium præfecta, vel Abbatiſſa.

Arctoa loca: ἀρκτῷα. Nov. 69. *c.* 2. Septentrionis loca, quod ἄρκτος urſam ſignificet: & cœleſte ſignum eo nomine appelletur; & Arctophylax Bootes.

Argyroprata: ἀργυροπράτης. N. 136. argenti diſtractor. Nov. 4. *c.* 1. argentarius a veteribus

bus dictus, quod argentea vaſa venderet. Nov. 136. c. 4 & auctionibus præeſſet, ac nominibus faciendis. Vide *Dig.* & *Cod. de edendo.*

Aſceterium: *ἀσκητήριον*. Nov. *6. c. 6.* Nov. 7. *c.* 5. Nov. 59. Nov. 79. *c.* 1. 2. Nov. 123. *c.* 43. 51. 53. 55. locus, ubi aſcetriæ, ſive ſanctimoniales degunt: quamvis olim monaſterium virorum eodem nomine diceretur.

Aſcetria: *ἀσκήτρια*. Nov. 123. *c.* 32. 43. 44. 55. *64*. *65*. eandem monacham, monaſtriam, & ſanctimonialem Julianus appellat.

Aureorum anulorum jus: Nov. 18. *c.* 10. Nov. 78. *c.* 1. 4. Olim non poterant liberti aureo anulo uti ſine Imperatoris licentia. Eratque is anulus equitum inſigne, poſtea ingenuorum.

Baſilica: Βασιλική. Nov. 82. *c.* 3. non templum, nec regiam domum, ſed locum exercendorum judiciorum ſignificat. Vidend. *Vitruvius.*

Bona gratia divortium fiebat, cum ſine culpa diſcedebatur, ut Nov. 22. *c.* 2. 4. 17.

Brephotrophium: Βρεφοτροφεῖον. Nov. 7. *c.* 1. locus venerabilis, in quo infantes aluntur.

Brephotrophus: Βρεφότροφος. Nov. 111. Nov. 120. *c.* 2. qui curam gerebat dicti loci.

Cadere loco: Nov. 35. *de caſu militiæ.* Nov. 53. *c.* 5. Nov. *97*. *c.* 4. vacare, & vacatio vulgo dicitur.

Cænatio: Nov. 130. *c.* 8. pro cænaculo, hoc eſt cænandi loco.

Calculus: ψῆφος. Nov. 53. *c.* 1. Nov. *60*. *c.* 1. Nov. *62*. *c.* 1. pro decreto, vel ſententia.

Canonicarius. Nov. 30. Nov. 128. *c.* 5. *6*. eſt qui exigit canonem, hoc eſt menſuram tributi. Vide *Cod. de canone largitionalium titulorum* lib. 10. & *de canone frumentario urbis Romæ* 11. & conſtitut. *9*. Græcam *de exactiobus tributorum.*

Canonicum: a canone eccleſiaſtico. Nov. 17. *c.* 7. In Capita ſucceſſio, quæ ſit. Nov. 118. *c.* 2.

Capite cenſitus: Nov. 17. *c. 9*. Olim capite cenſi dicebantur cives Romani, qui extra claſſes cenſebantur ob egeſtatem. Poſtea qui pro capite in provinciis tributum ſolvebant; capite cenſiti dicebantur, & alienos agros colebant. Unde etiam coloni, & adſcripticii vocati ſunt. Vide *Cod. de agricolis, & cenſitis* lib. 11. & in quibus cauſis coloni capite cenſiti dominum accuſare poſſunt.

Caſtus: Nov. *6*. *c.* 5. non ſolum cælebs, ſed etiam is, qui habet, vel habuit uxorem caſtam, eamque virgo virginem duxit.

Caſus liberorum: Nov. 22. *c.* 13. Nov. *68*. cum morte alicujus ex liberis lucrum mater, vel pater ex inſtrumentis dotalibus conſequitur.

Caſus militiæ: vide *Cadere loco.*

Cathedraticum: *καθεδρατικόν*. Nov. 123. *c.* 5. jus cathedræ, ſive ſedis.

Cautela: Nov. 2. *c.* 4. non pro aſtutia, ſed pro cautione.

Cenſualis: Nov. 17. *c.* 5. Nov. 128. *c.* 4. & 13. Cenſus curam gerit in municipio, ut & Magiſter Cenſus: erant etiam ſcribæ cenſuales, ut lib. 8. *Cod. Theodoſ.* tit. *de tabulariis, holographis, & cenſualibus ſcribis.* Vide titulum *de tabulariis, ſcribis, logographis, & cenſualibus* lib. 10. *Codicis.* & *de cenſibus & cenſitoribus* lib. 11. In notitia dignitatum occidentis cenſuales numerantur in officio Præf. urbis Romæ, de quibus Capitolinus in Gordianis.

Charta, vel Chartula: pro ſcriptura, vel inſtrumento. Nov. 48. Nov. *49*. *c.* 2.

Chartularius: a chartis, ſive inſtrumentis dictus, variis in rebus, & ſcriniis curam agebat. Nov. 85. *c.* 2. & 4. in ſcrinio fabricæ armorum. Nov. 117. *c.* 9. in militia. Nov. 120. *c.* 1. 2. & 4. in eccleſia. Vide lib. 1. tit. 2. *Codicis* conſtit. 25. græcam.

Cingulum: magiſtratus ſignum. Nov. *62*. *c.* 2. Tamiacorum. Nov. 30.

Circus: Nov. 117. *c.* *6*. locus eſt, ubi ludi circenſes fiebant a quattuor factionibus quadrigarum. Vide Nov. 105.

Civitatis Romanæ jus: Nov. 78. c. 1. & 4. olim multa poterant cives Romani, quibus alii prohibebantur: ut ſunt connubium cum cive Romana; teſtamenti factio active, & paſſive; patria poteſtas, commercium, nexus, & alia id genus.

Clariſſimi: Nov. 71. Comites, & Tribuni clariſſimi dicuntur, Illuſtribus minores.

Collatores: Nov. 128. *c.* 4. 5. 10. 15. Nov. 130. *c.* 1. 2. 3. 7. qui tributa conferunt. Olim ſocii dicebantur.

Colonus: Nov. 17. *c.* 9. Nov. 34. Nov. 80. *c.* 1. ruſticos agrorum colonos, quos nonnunquam adſcripticios, & capite cenſitos vocant. Sed *colonus* nomen generis eſt: in plures ſpecies ſcinditur. Olim tam in colonias miſſi, quam qui agros colerent, ita appellabantur. Vid. lib. 11. *Codicis* ſub titulis *de agricolis, & cenſitis, & colonis, & de captione civium cenſibus eximenda, & in quibus cauſis coloni cenſiti dominos accuſare poſſunt, & de colonis Palæſtinis, Thracenſibus, & Illyricianis, & de mancipiis, & colonis patrimonialium, & ſaltuenſium, & emphyteuticorum fundorum, & de fugitivis colonis, & de prædiis tamiacis, & iis, qui ex colonis tamiacis, aliiſque liberæ condicionis procreantur.* & lib. 5. *Cod. Theodoſ.* tit. *de inquilinis, & colonis, & ne colonus inſcio domino ſuo alienet peculium.* & Nov. 9. Valentiniani *de colonis vagis, vel agnatione, & de advenis.*

Comitiacus: Nov. 38. *c. 6.* nonnunquam *Comitianus*, & *Comitatenſis* appellatur a comitatu, de quo Novella 1. Marciani titulo, *neminem exhiberi de provincia ad comitatum*: vel a comitibus Imperatoris, vel Præfecti Prætorio, aut inferioris magiſtratus. Sic vexillationes, & legiones Comitatenſes ſub Magiſtris Militum in notitia dignitatum orientis. *De comitiaco* vidend. formula 13. lib. *6*. & 31. lib. 7. variar. Caſſiodori.

Com-

Commentarienſis: Nov. 41. numeratur inter apparitores Præſidum, ſæpe carceri præerat, a commentariis, ſive libellis dictus. Vide *Cod. de cuſtod. reor. l.* 4.

Comparator: Nov. 49. *c.* 2. qui ad litterarum comparationem adhibetur.

Concubina: Nov. 18. *c.* 5. mulier libera ſola in domo ejus, qui uxorem legitimam non habet.

Concubitor: Nov. 18. *c.* 5. Nov. 89. *c.* 12. qui concubinam habet.

Confirmator venditionis: Nov. 4. *c.* 1. fidejuſſor datus a venditore.

Conſiſtorium: Nov. 23. *c.* 2. utitur hoc verbo Juſtinianus pro ſenatu, ſive pro tribunali Principis.

Conſtringere: Nov. 124. *c.* 2. in carcerem mittere, aut vinculis coercere.

Conſuetudinaria: pro conſueta. Nov. 17. *c.* 2.

Conſuetudo: pro ſportulis, vel ſtipendiis ſolitis. Nov. 123. *c.* 5. & 23.

Conſularis: Nov. 62. *c.* 2. alii ordinarii, alii honorarii Conſulares: ordinarii, qui conſulatum geſſerunt: honorarii, qui honoris ejus codicillos tantum adepti ſunt. Ordinarii item in ordinarios, & ſuffectos diſtinguuntur: namque ii, qui Kalendis Januariis Conſulatum inibant, ordinarii dicebantur, propter ordinem faſtorum conſularium: cæteri ſuffecti. Conſularis Exconſule etiam dictus eſt poſteriori ſæculo. Nov. 81. *c.* 1.

Conſultatio: Nov. 23. *c.* 2. Nov. 62. *c.* 1. cum Princeps ſenatum convocabat, a conſulendo dicta: diſtingui videtur a Juliano in conventum, & ſilentium. Idem videtur dixiſſe Juſtinianus conſiſtorium. Nov. 23. *c.* 2. Vid. lib. 7. *Cod.* tit. *de app. & conſult.*

Continentia: pro alimentis. Nov. 65.

Conventus: pro ſenatu. Nov. 62. *c.* 1. Olim Prætores Provinciales habere conventus dicebantur, cum de totius provinciæ cauſis cognoſcerent.

Creditor: Nov. 4. *c.* 2. qui mutuam dedit alicui pecuniam, & qui aliquam contra aliquem actionem habet.

Curia: Nov. 38. *c.* 1. 2. 4. Nov. 45. *c.* 1. Nov. 70. decurionum, ſive curialium ſenatus. Hinc curiæ tradere. Nov. 6. *c.* 7. Nov. 123. *c.* 21. & 46. pro *decurionem*, vel *curialem efficere*. Vide Nov. *ult. Theodoſii, de bonis decurionum*, & *de naturalibus filiis eorum in curiam mittendis, heredibuſque ſcribendis.*

Curialis: Nov. 6. *c.* 1. 4. 7. Nov. 18. *c.* 2. Nov. 38. *c.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. Nov. 45. *c.* 1. 2. Nov. 70. Nov. 87. Nov. 89. Nov. 101. Nov. 123. *c.* 1. 6. 22. Nov. 128. *c.* 5. 8. Olim decuriones dicebantur in coloniis, qui locum ſenatorum tenebant: quibus Duumviri præerant; ut Romæ duo Conſules ſenatui. *Cicero 2. in Rullum de lege Agraria.* Vide *l.* Pupillus. *Dig. de verborum ſignif.* Is ſenatus curia dicebatur, & ordo decurionum, qui poſtea curialium. Ex coloniis ad municipia, atque alia loca nomen extenſum eſt. Hi initio donati privilegiis, poſtea oneribus gravati ſunt.

Curſus publicus: Nov. 28. *c.* 1. cum publica pecunia licebat equis diſpoſitis, & vehiculis homines, aut res quaslibet mittere. Olim diplomate uti, & angariis dictum eſt. Vide lib. 12. *Cod. Juſtin.* & lib. 8. *C. Theodoſ. de curſu publico.*

Κυνήγιον θεάτρου: theatri venatio. Nov. 105. diſtinguitur hæc a venatione ferarum, de qua lib. 11. *Cod. Juſtin.* & lib. 15. *C. Theod.* tit. *de venatione ferarum.* illa enim in amphitheatro fiebat, hæc in theatro: illa ferarum, hæc cicurum fuit. Dicitur rectius κυνήγια καὶ κυνηγέσιον.

Decani: Nov. 59. qui lectuli defuncti miniſterium faciunt, dum ad ſepulchrum defertur. Vide *l.* Non plures. *C. de ſacroſ. eccl.*

Decanica: Nov. 79. *c.* 2. eccleſiæ carcer, ab eodem forte decanorum miniſterio dictus.

Decreta facere: pro *electionem facere.* Nov. 123. cap. 1.

Delegatores: Nov. 128. *c.* 1. 5. 6. mittuntur ab exercitu, ut annonæ militibus præbeantur, a delegationis munere appellati.

Denominatores: Nov. 128. *c.* 16. pro iis, qui nominarunt, & nominatores. Nov. *ead. c.* 6.

Depoſitor: Nov. 73. *c.* 1. qui depoſuit.

Deſtinare: pro *deſignare.* Nov. 3. *cap.* 2. pro *ſtatuere.* Nov. 53. *c.* 4.

Deſtitutor: Nov. 57. *c.* 1. qui deſtituit eccleſiam, & non reſidet.

Diaconiſſa: διακόνισσαι. Nov. 3. *c.* 1. Nov. 6. *c.* 6. In baptiſmo feminarum, & in aliis eccleſiaſticis miniſteriis, ut Clemens teſtatur lib. 2. *c.* 30. & lib. 3. *c.* 15. & 16. & lib. 8. *c.* 34. Apoſtolicar. conſtitutionum, ne viri inter mulieres verſarentur, adhibebantur diaconiſſæ; quæ etiam Epiſcopo ſuggerebant neceſſitates viduarum, vel pupillarum.

Διαιτηταὶ: Diætetæ. Nov. 82. *c.* 1. judices delegati, & nonnunqam arbitri ita appellantur. Videndus *Heſychius.*

Diaria: redditus. Nov. 123. *c.* 23.

Diaſoſta: διασώστης. Nov. 130. *c.* 1. 6. 7. nomen militaris miniſtri, a conſervando dictum.

Egentia: pro inopia. Nov. 4. *c.* 1.

Elogium: pro teſtamento. Nov. 22. *c.* 19.

Emphaniſtica: ἐμφανιστικά. Nov. 56. inſinuationis cauſa data.

Emponemata: ἐμπονήματα. Nov. 7. *c.* 3. Nov. 64. Nov. 120. *c.* 5. quæ meliora effecta ſunt in prædiis, vulgo melioratiores appellant.

Eremodicia: ἐρημοδίκια. Nov. 69. *c.* 3. deſerta ab altera partium judicia ſunt.

Ergaſteria: ἐργαστήρια. Nov. 17. cap. 10. Nov. 59. tabernæ opificum, ſive officinæ.

Exarmare: Nov. 134. *c.* 18. aut manus utriuſque abſciſſionem facere, ut armis uti nequeat; aut articulorum diſſolutionem facere, & forte exartuare ſcribendum eſt, ἐξαρμόζειν græ-